

0.  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
1

PER ERAS R. 136

erat λογικῶς. Inutilitas, maledicentia & obtrectatio, praeterquam quod est in decora Christi bor. stiano, sepe nec utilis est, nec tuta. Fortassis haec fut. bet nonnulla inoluptatis titillationem, sed inhone Obtrece sta, sed quae multa doloris usura secum trahat. Es si quod erat reticendum, mox sequitur poeni perpetuas, sollicitudo, ne quod garriendi

# DE MORBIS INTERNIS CV-

RANDIS LI-  
BER VNVS.

R-10.040



D. Ioanne Mesue Damasceno medico auctore.

Accessit Petri Aponi praestantissimi medici simul & phi-  
losophi ad Mesuen προσοδῆν, cum uocum Arabicarum  
in toto opere contentarum interpretatione, ab Ioanne  
Renerio medico adiecta. Omnia ad diuersorum exem-  
plarum fidem summa diligentia emendata.



AMSTERDAMI,  
Apud Antonium Vincentium.

M. D. LI.



DE MORBIS

INTERNIS CV-

RANDIS LI-

BERVNS.

R-10.040



D. Ioanne Mesue Damasceno medico authore.

Accessit Petri Aponi præstantissimi medici simul & phi-  
losophi ad Mesuen  $\pi\rho\sigma\theta\delta\eta\mu\kappa$ , cum uocum Arabicarum  
in toto opere contentarum interpretatione, ab Ioanne  
Renerio medico adiecta. Omnia ad diuersorum exem-  
plarum fidem summa diligentia emendata.



LUGDUNI,  
Apud Antonium Vincentium.

M. D. LI.



- I -

**ONE IN HOC OPERE CON-**  
*tinentur hæc sunt sectio-*  
*nes*

*1<sup>a</sup> Sectio de egerandis capitis qm*  
*Implicis sunt et cerebri et nigri*

*2<sup>a</sup> Sectio de egerandis Nervorum*

*3<sup>a</sup> Sectio de egerandis oculorum*

*4<sup>a</sup> Sectio de egerandis aurium*

*5<sup>a</sup> Sectio de egerandis Narium*

*6<sup>a</sup> Sectio de egerandis oris et dentium*  
*7<sup>a</sup> Sectio de egerandis*

*8<sup>a</sup> Sectio de egerandis gutturis*

*9<sup>a</sup> Sectio de egerandis pectoris et pulmonis*

**TABVLA ADITIONVM**  
**PETRI APONI**  
**IN P<sup>o</sup> LEGE**

Typographus Lectori.



**H**A B E S, studiose Lector, D. Ioannis Me-  
sue Damasceni, excellentissimi Medici pra-  
cticum opus, quod de appropriatis Medico-  
rum vulgus appellare solet, summa diligentia  
innumerus mendis expurgatum. Quod huius atatis prin-  
cipis Medici, & qui in artis operibus consenuerunt, cun-  
ctis eiusdem argumenti operibus haud temere præponunt.  
Græcus Mesues nō fuit, nec Græcè scripsit, quod ex eius uer-  
sione apertò sonjicere licet, in qua permultas Arabicas uo-  
ces interpret seruauit. Porrò quanquam artis Medicæ stu-  
diosi his temporibus Græcos mirentur, eisque omnia refe-  
rant accepta, fateantur tamen oportet, uix ullum Græco-  
rum tanti habitum, quanti Mesues fuit, ut cuius coacerua-  
tis præsidij, & antidotis ubique gentium ab Anno mille-  
simo centesimo quinquagesimo quinto à Christo nato (quo  
quidem tempore, Friderico Sueuo imperante, floruit) in  
hunc usque diem, nullus nec Medicorum nec Pharmacopo-  
larum non est usus. Quoniam autem morborum tantum  
capitis & thoracis curandi rationem tradidit, Petri Aponi  
clarissimi & philosophi & Medici opusculum adiunxi-  
mus. Vbi enim Mesues desijt, inde incipiens reliqua-  
rum corporis partium affectus internos accuratè persecu-  
tus est. Vocum præterea Arabicarum toto in opere conten-  
tarum interpretationem, ne in illis artis studiosi hererent,  
apponendam curauimus. Vale Lector, & fructu, la-  
borémque nostrum boni consule.

# VOCABVLORVM

Arabi corum hoc inopere  
contentorum inter-  
pretatio.

## A

Adib. animal lacertæ simile, aquas incolens.  
Adip. lupus.  
Adhil. eufrasia nonnullis putatur.  
Al. particula hæc Arabibus de, uel ex significat.  
Alcitran. pix liquida.  
Alcanna. cyprus.  
Algul. fœniculum algul, peucedanum.  
Alfesera. uitis alba.  
Alhasce. hyssopus  
Alumen Iamenum. alumen scisile.  
Alcohol atomos. puluis tenuissimus, ad oculos propriè.  
Cum uerò derebus liquidis dicitur, & pinguis, cola-  
lyrium est duntaxat.  
Alzahanam, aut alzachanam, hederæ.  
Albotim. gummi albotim, gummi hederæ.  
Alfesira. alphefera, idem.  
Almuri. garus.  
Altasaracon, aut cum x. altaxaracon, aut altaxacon,  
cichorium.  
Almezereon. thimelea.  
Alfelengemisch. ocymum caryophyllatum.  
Albaras. uutiligo alba Latinis dicitur, in qua caro in pro-  
fundo patitur.

Alcili,

Alcilil, aut alkilil. myrobalani flauæ.  
Alumbath, aut alimbach. gluten alumbath, resina terebin-  
thina.  
Altarahel unguentum, seu alariel. eius descriptio est in an-  
tidotario Mesuæ.  
Algarab. aigilops Græcis dicitur, id est, apostema fistulo-  
sum in lacrymali oculi.  
Alcubugil, aut alcubugi. perdix.  
Almusaragi. uueæ egressio. Quidam uolunt esse dilata-  
tionem pupillæ.  
Alinthisar, aut alintisach. apostema in palpebra cum  
pruritu.  
Algael, aut algasel. animal, à quo moschus colligitur.  
Alchaisim. Vide chaisim.  
Alphazar, aut alphasat, aut alphahar. medica, uel pratum.  
Alfasal. cepe.  
Alfasur. radix uitis alba.  
Albelach. dactyli immaturi.  
Albedarogi. aut albeharogi, ocymum commune,  
Alchasel, aut alchasech. tribuli.  
Assecumie, aut afficumie, species exituræ oculi.  
Asecremia. sapor factus ex acacia.  
Alcurat. urtica.  
Alcebran, aut alsebran. esula.  
Alchali. alumen.  
Alzanahan. hederæ.  
Alchola. pustula alba, quæ nascuntur in ore & lingua in-  
fantium.  
Albedustar, aut albeduster. castoreum. est & herba, quæ  
caremus.

Alsanich. uide sanich.

Alhoſor. aut alſor. ſaccharum alhoſor. eſt ſaccharum ſuper  
cannas ui Sole concretum, noſtro ſaccharo cando arte  
parato ferè ſimile, ſed multo melius.

Adhebe. galla Aegyptiaca.

Alteramabin. manna conſectum.

Arthanita. cyclaminus.

Aſſemen. butyrum.

Albuth, uel albug. aſphodelus.

Alben. piper album. Quidam uolunt ſignificare flores pal  
marum.

Albem. gummi pini.

## B

Baurach. nitrum.

Baras. Vide Albaras.

Belach. Vide Albelach.

Bedegar. acantha leuce.

Been. radices ſunt: quæ ex Armenia deferuntur, albæ, &  
rubræ.

Ben. fructus arboris myricæ ſimilis, quæ balanus myreſſi  
ca, hoc eſt glans unguentaria appellatur. In Aethio  
pia, Aegypto, Arabia & Petra Iudeæ oppido naſcitur.

Bothor. eminentiæ in cute non naturales, ut puſtulæ, cuiuſ  
cunque coloris ſint

Bubegi, aut, bubagi, aut bubugi. cortex radicis capparis

Bucia, ſeu bucea. uitis alba, bryonia.

Berengeſif. artemiſia.

Buruch, aut buruth, aut baruch. ceruſſa plumbi.

Botron, aut botrion. prima ſpecies hulcerũ oculi. hulcus in  
cornuq; canum & ſtri ctum.

Botrys.

Botrys. herba eſt, de qua Plin. lib. 27. cap. 4. & 8

## C

Chalcadis. chalcitis.

Carmeni. ex Carmania, ſeu Carmania regione.

Charabe. ſuccinum.

Cachula. cardamomũ maius. Nonnullis eſt ſtercus caprinum.

Carafin. ſuperiora foramina naſi.

Carmeſith. fructus, aut ſemen tamaricis.

Chalceucaumenon. æſ uſtum.

Cheiri. Leucoion.

Cherua. cataputia maior.

Chryſolachanon. atriplex.

Cheſmes. uuæ paſſæ ſine uinaceis.

Cohol. medicina ocularis, & antimonium propter ex  
cellentem uirtutem quam habet ad oculorum affectus.

Colchotar. uitriolum citrinum.

Condiſi. ſtruthion, herba fullonum.

Cordumenum. cardamomum.

Climia. cadmia.

## D

Dauch. pondus trium granorum.

Dubellati. apoſtoma ſaniei collectionem faciens.

Darſeni. cinnamomum craſſum, non electum.

Darceſahan, aut darſihahan. arbor granati ſylueſtris.

## E

Elmeluth, aut elmelich. melilotum.

Eufiſtidos. hypociſtidos.

Eyron, aut cheyron. tamarindi cheyron, ſic à prouincia  
in qua copioſe naſcuntur, dicti ſunt.

## F

Parafion. praesium.  
 Faufel. auellana Indica.  
 Fellengemifch. uide alfellengemifch.

## G

Gebenech, aut Gebenech. uenæ duæ sunt in labio inferiori.  
 Genigen. polygonum.  
 Guedegni. uenæ mefaraicæ.  
 Gegners, aut gigners, aut gegner. milium, aut panicum.  
 Gilbenech. femen turbith.  
 Grabadin. aggregatio antidotorum.  
 Gyrafolis. cataputatia maior, ricinus.

## H

Hafce. thymus.  
 Hafas. galla.  
 Hapar. capparitis.  
 Harmel. fpecies rutæ fylueftis, & montanæ.  
 Heyl. cardamomum minus Arabum.  
 Heififtidos, aut heufiftidos. hypociftidos.  
 Hueg, aut huheg. acorus, aut calamus aromaticus.

## I

Iacur. aut iacut. pinus mafcula, aut papauer.  
 Iabroch, aut iabroth. oleum de iabroch, id eft de pomis  
 mandragoræ.

## K

Karat. pondus trium ( aut fecundum quofdam ) quatuor  
 granorum hordei.  
 Kirat. pondus quatuor granorum hordei.  
 Key fim, leuifticum.  
 Kift. menfuræ nomen.

## L

Luf. genus serpentariæ.  
 Leheleng. betonica.  
 Lubene, luben. thus.

## M

Mabrahinc, genefta.  
 Maran, aut maram. emplaftum.  
 Merdafengi. Lithargyros.  
 Macaziri, aut macazari. odorifer. hinc fantala citrine  
 fantala macaziri dicuntur.  
 Marmacur. meliffophyllon.  
 Marcafita. pyrites.  
 Mahalep. arbor cerasi fylueftis, alij uolunt arborem ala-  
 cannæ fimilem. Vide Serapionem.  
 Melech. fal.  
 Memithe. glaucium.  
 Meibutegi. carenum mustum quod coquendo tertiam par-  
 tem amifit.  
 Mes. fafeolus.  
 Mecha. loci nomen. Meybeg. meibe. fapa.  
 Myrach. abdomen.  
 Morphea. uutiligo, in qua non omnino caro in profundo  
 patitur, fed summa tantum cutis: quæ duplex eft, alba  
 & nigra, Græcis ἀλφὸς dicitur.  
 Muri. Aide Almuri.  
 Nabati. id eft, Orientalis, à Nabatæa regione Orientis.  
 Nabet. faccharum candum.  
 Neriden. fpica Romana, uel Celtica.  
 Neemen, nemen. fifymbrium. ferpillum.  
 Neridan. auricula muris

Nyctalopia. nocturna cæcitas.

Nyctalopes. qui post Solis occasum non uident.

O

Oleander. rhododendron.

P

Pharasion. Vide Faraasion.

R

Ramich. compositio, cuius descriptio est in antidotario Mesue.

Resenigi, aut rasenigil. fœniculus.

Rob. uinum, uel mustum coctum ad tertias. Omnis etiam succus ita coctus rob dicitur. Cùm tamen rob simpliciter dicitur, intelligitur de musto uue.

S

Sauich. polenta. Polenta uerò farina est subtilis, siue per se sicca, siue in pulvis modò redacta, Fit autè ex hordeo, tritico, fabis, ciceribus, & alijs leguminibus, & seminum generibus, ex thure quoque, ac rebus alijs, quæ in tenuissimū puluerē redigi possunt. Simpliciter tamè cum sauich aut polèta dicitur, intellige ex tritico, aut hordeo: *κατ' ἐξ ὀξυς* ex hordeo: ut farina ex frumento.

Saphati. Græci ἀκώφας, Latini manantia capitis hulcera, barbari tineam capitis appellant.

Sief. colyrium, medicina ocularis.

Soda. capitis dolor.

Sucaba. acantha Arabica.

Saduran. herba, aut eius succus miræ nigredinis, quo apud Persas ligna tinguntur.

Sahara. superflua uigilia, ob præter naturalem quandam dispositionem intrinsecam, qua homo usque adeo in somnis

somnis redditur, ut debitas operationes exercere nequeat.

Saphar. caryophyllum.

Sahane. salsamentum ex pisciculis salitis, nucibus, quibusdam speciebus, & oleo.

Sagzenea. confectio mollis, opiatam uocant.

Sahari. penidæ sabari dicuntur, cùm saccharum ex quo fiunt, in hordei decocto dissoluitur.

Secacul. quidam eryngium esse uolunt, alij sisdrum. Alij aiunt apud nos non nasci, sed ad nos ex India quondam exportabatur, cùm autem ad nos aduehi desierit, pastinaca syluestri, quam bauciam appellant, uti licet.

Secaniabin. oxymeli, siue syrupus acetatus ex melle, uel saccharo.

Scebran, siue scefebran. esula, pityusa.

Scea, siue sceha, siue schea. santonicum. Quidam uolunt etiam significare stœchadem citrinam.

Sceni. regionis nomen. quidam putant esse Syriam, alij Indiam.

Sebel. est uenarum coniunctiue oculi repletio superficialis à materia crassa ad oculos a capite fluenti.

Sedenegi. aut sedenagi. semen cannabis. Volunt quidam etiam fumariam significare. Est & lapis hematites.

Setaragi, aut seitaragi. lepidium.

Seitaragi Indum. casia India.

Seni. regionis nomen.

Sirsen. phrenitis, apostema cerebri.

Sigia. styrax liquida.

Siricinum oleum. Siricū fit ex sinopide & sandyce mistis.

Sandyx autem ex cerusa usta, & rubrica simul mistis.

Sumach.

Sumach, rhus obsoniorum.  
 Siracost. manna, uel succus fructuum.  
 Subet. caros.  
 Sumachia. sapor factus ex sumach.  
 Suffuf. puluis.  
 Such. gallia.  
 Saror, siue saro. cypressus.

T

Tubel. squama metallorum ab incude cadens.  
 Tortella. panis bis coctus.  
 Tarphati. puncta rubra, quae post ophthalmiam in oculo  
 remanent.  
 Tuthia Carmeni. à Carmeni regione.  
 Tharas. surditas.  
 Tarasacō, aut taraxacō. cichorium.  
 Tarachi, aut taragi. auis minuta.  
 Talch. terra Samia, lutum Samium.

V

Vsmen. antyllis.

Z

Zarur. mespilum.  
 Zerechhie, siue zerechhie. berberis.  
 Ziniar. erugo eris.  
 Zinian. chamæpitys nonnullis creditur.  
 Zuhendegh. continuatio capitis.

FINIS

INDEX CAPITUM

OPERIS.

<i>Angina seu Ceran ches</i>	228
ALOPECIAE curatio pagina	5
Alchola curatio <i>en m le m de pmoen iustia</i>	225
Asthmatis curatio	263
Almusaragi curatio <i>dilatatio pupillae</i>	144
Alinthisar curatio <i>apoptena crogelita</i>	ibidem
Aque in aurem ingressions curatio	172
Aque in oculum descendentes curatio	127
Anorexiae curatio	444
Aurium bothor curatio	161
Appetentiae caninae curatio	445
Aurium aegritudines	156
Aurium doloris frigidi & uentosi curatio	138
Aurium sonitus curatio	162
Auditus debilitatis curatio	165
Amygdalarum abscessus curatio	243
Capillorum casus curatio 3. Catarrhi curatio	92
Cordis aegritudinum curatio	380
Dentium doloris curatio 197. Dentium extractio	204
Dentium mobilium curatio	205
Dentium corrosions curatio	208
Dentium stuporis, seu congelationis curatio	209
Dentes à uermibus ut expurgandi	209
Dentium coloris corruptio ut emendanda	210
Dentium generationis acceteratio	212
Empyematis curatio 364. Epilepsiae curatio	62
Furfurum capitis curatio	8
Gingiuarum abscessus curatio	213



Gingivarum hulceratarum curatio	213
Hemicranie curatio	36
Hemicranie calide curatio.	37
Hemicranie frigide curatio	38
Hepatis affectuum curatio	447
Hordeoli palpebre curatio	155
Hydropis curatio	467
Lethargi curatio	48
Lingue abscessus curatio	218
Lingue hulcerate aut uulnerate curatio	220
Lingue mollificationis curatio	220
Lingue spasmi curatio	224
Labiorum scissure curatio	195
Mammarum tumantium curatio	404
Memorie diminutionis curatio	53
Melancholie & manie curatio	55
Melancholie & manie sanguineae curatio	57
Narium fetoris curatio	173
Narium abscessus curatio	185
Narium hulceratarum aut uulneratarum curatio	185
Narium polypi curatio	191
Neruarum & gritudinum curatio	71
Nyctalopie curatio <i>s. qui post solis occum</i>	145
Oculorum & gritudinum curatio	102
Oculorum preseruatia cura	108
Oculorum doloris curatio	123
Oculorum hulceratorum aut uulneratorum curatio	126
Oculorum scabiei curatio	128
Oculorum albuginis curatio	132
Oculorum unguis curatio	135

Oculorum

Oculorum lacrymantium curatio	136
Oculorum atgrarum curatio	140
Odoratus nocumentorum curatio	283
Ophthalmie curatio	112
Oris fetoris curatio	231
Oris doloris curatio	236
Paralysos curatio	77
Peripneumonie curatio	362
Phrenitidis curatio	46
Phrenitidis sanguineae curatio	47
Phrenitidis cholericae curatio	48
Pilorum palpebrarum casus curatio	153
Pilorum palpebrarum inuersionis curatio	154
Pleuritidis curatio	325
Phthisis curatio 364. Polypi curatio	19
Pupillae dilatationis curatio	144
Pustularum oris curatio	226
Raucedinis uocis curatio	257
Sabarae curatio 43. Saphati curatio <i>s. bonea</i>	8
Sanguinis fluxus e naribus curatio	176
Sanguinis fluxus ab ore curatio	309
Scabiei oculorum curatio	128
Sebel curatio <i>s. uena conpuncta &amp; sanguis curatio</i>	132
Sermo de aqua hordei <i>in pa. s. p. 62 18 oculorum</i>	340
Sermo de aqua cicerum	342
Singultus curatio	436. & 437
Sitis curatio	441
Scotomatis curatio <i>s. 64 a c.</i>	4
Scotomatis cholericis curatio	41
Scotomatis phlegmaticis curatio	42
Scoto	

Scotomatis melācholici, aut phlegmatici uetosi curatio	42
Sodæ curatio <i>1 dolor capitis &amp; cephalæ</i>	10
Sodæ calidæ curatio	13
Sodæ frigidæ curatio	18
Sodæ ex aggregatione bilis & phlegmatis curatio	29
Sodæ frigidæ ab humore melācholico curatio	31
Sodæ ex permistione atræ bilis & phlegmatis curatio	34
Sodæ ex percussione curatio	35
Spasmi curatio 88 Spasmi cynici curatio	83
Splenis affectuum curatio	461
Sternutatio 193 Stomachi dolorum curatio	406
Strangulationis curatio	238
Stuporis curatio	91
Surditatis curatio	165
Synopes curatio	401
Tarphati curatio <i>spina infra gressum in</i>	139
Tremoris curatio 92 <i>92</i> Tussis curatio	286
Tussis catarrhalis calidæ curatio	289
Tussis catarrhalis frigidæ curatio	291
Tussis humidæ curatio	299
Ventris dolorum, & intestinorum curatio	477
Ventris fluxus curatio	481
Ventriculi præuæ concoquentis curatio	421
Vigiliarum curatio	43
Visus debilitatis curatio	148
Vngulæ oculorum curatio	135
Vomitus curatio	432
Vnæ ægritudinum curatio	239
Vnæ abscessus curatio	242

FINIS.

CANDIDO

CANDIDO LE-  
ctori. S. P.



IERI non potuit, cum ob uitiosam exemplaris descriptionem, tum ob medicæ doctrinæ notas, quibus & mensuræ, & pondera indicantur, quæ perquam paucis sunt cognitæ, quin mendæ multæ, accedente etiam interdum chalcographicarum operarum incuria, admitterentur. Quarum mentionem facere, & ueluti appenz dicem subijcere, ne imperitum lectorem fallant, operæ pretium duximus. Nec tamen omnes annotauimus, alia enim errata præter hæc annotata inter legendum nobis occurrerunt, quæ quod leuis essent momenti, notatu indigna existimauimus. In hoc errorum elencho prior numerus paginam, posterior ipsius uersum indicat. Vbi unicus tantum fuerit numerus, eiusdem prænotatæ paginæ signatum uersum denotat. Si uero nullus fuerit numerus eundem uersum intellige. Vale.

B



# CASTIGATIO-

nes in operis contextum.

PAGINA 2. uersu. 5. Nimirum exultat &c. lege. Nimirum exultat ille, quod experta habet multa, quæ tamen nunquam tractauit. 5. 15. elementa. lege alimēta. 16. rerum uidelicet. lege rerum sex. 7. 23. myrtæ. lege mirrhæ. 8. 21. myrtæ. lege mirrhæ. 9. 12. araneorum. lege ranarum. 12. 13. sensibiles & occultas. lege sensiles aut occultas. 22. 11. cum auricula muris. lege ex succo auricule muris. 24. 17. ne uentus. lege ne uirtus. 25. 20. & qui sunt. lege & sunt qui. 29. 12. ana drach. lege ana unc. 24. usque ad β. lege usque ad ij. 34. 24. sublimes. Confectio. lege sublimes. Archigenes. Confectio &c. 35. 24. administratur. lege administrantur. 36. 25. asseramus. lege asseramus. 43. 9. somnium. lege summum. 45. 1. Reciprococidra=chmas. vij. opij drach. quinque. lege Reciprococidrum croci. 3. vij. opij. 3. β. 29. castæ fiant. lege castæ ana, fiant &c. 46. 10. basis. lege uasis 27. quæ possit. lege per quæ possit &c. 47. 19. stuentia. lege stuentium. 51. 30. ad lethargum, & subet. ex oleo & aceto. lege lethargum, & subet. excitat enim cito à somni profunditate: & quandoque miscetur cum eis castoreum. Alexander. Vapores à capite optimè expelluntur, si in principio lethargi, & subet, ex oleo &c. 52. 3. calamintha, aut omnia. lege calamintham, authasce, aut necmen, aut omnia. &c. 54. 17. deglutiuerit cicera. lege deglutiuerit libani cicera &c. 57. 9. sophenis. lege saphenis. 16. sanguis. lege sanguinis. 58. 24. catharci. lege cathartici. 61. 5. mabrahumich. lege

lege mabrahinc. 26. sophenæ lege saphenæ. 62. 26. uida. lege uiuida 67. 5. quintam. lege. β. 68. 5. ex comelle. lege ex eo & melle. 69. 3. lib. unam & quintam. lege libram unam, & β. 18. drach. unam & quintam. lege 3. j. β. 71. 24. libr. v. lege lib. β. 27. quinque. lege β. 72. 5. libr. quinque. lege lib. β. 16. libris quinque. lege lib. β. 21. lib. j. & v. lege lib. j. β. 73. 1. libr. v. lege lib. β. 2. unc. j. & v. lege. 3. j. β. 6. libr. v. lege lib. β. 7. quinque. lege β. 11. & 12. & expurgantibus. lege & de expurgantibus. 24. & dosis à quarta drach. lege & singulis. lege & sit dosis à quarta 3. j. usque ad 5. j. diebus &c. 74. 13. drach. ij. & v. lege 3. ij. β. 14. & 15. fœtidarum maiorum expertorum iuuamentorum ad ægri tudines. lege fœtidarum, quæ sunt expertorum iuuamentorum maximum ad ægri tudines &c. 26. drach. v. lege 3. β. 75. 11. & quintam. lege & β. 20. ad ij. & quintam. lege ad ij. & β. 76. 14. & quintam. lege & β. 77. 2. hyssopi cerotum. lege æsopi cerotum. 25. mortuos. lege motuos. 80. 4. libr. quinque lege lib. β. 7. & quintam lege & β. 9. & quinta Ethnius aquæ lib. quinque. lege & β. Ex huius aquæ lib. j. & β. 15. unc. 5. lege. 3. β. lib. quinque. lege lib. β. 21. libr. v. lege lib. β. 28. galbani, affinini. lege chalbani, euphorbij. ana 3. j. hieræ gummi pini. ana 3. viij. ol. cucumeris afinini &c. 81. 13. & quintam. lege & β. 82. 22. vj. & v. lege vj. & β. 24. & v. lege & β. 26. 3. j. & v. lege 3. j. & β. 83. 13. ana 3. vj. enforbij. lege ana 3. v. myrrhæ, opoponacis. ana 3. j. castorei. 3. vj. euphorbij &c. 23. tortura quæ dam est. lege tortura oris quæ dam est &c. 85. 25. drach. quinque. lege 3. β. 86. 30. libr. v. lege lib. β. 89. 16. quinque. lege β. quintam. lege β. 90. libr. quinque. lege lib. β. 28. v. lege β. 91. 1. libr. quin-

que lege libr. β. 15. quinta. lege β. quintam lege β. 93. 28.  
sumere. lege sumen. 99. 21. quintam. lege β. 100. 1. quintam  
lege β. 2. quintā. lege β. 14. quintā. lege β. 101. 13. quintā.  
lege β. 14. sicca. lege siccarū. 102. 18. succus memithæ lege  
sief memithæ 103. 2. uiriliter. lege uniuersaliter. 105. alga=  
rump. lege alhariph. 16. 7. quinq;. lege β. 8. quinq;. lege  
β. 2. 4. cū aqua sampsuchi, sumach. lege cum aqua sampsuchi  
tertio cū aqua sumach. 17. 15. quinq;. lege β. 108. 1. quinq;  
que. lege β. 111. uiriliter. lege uniuersaliter. 112. 17. calidi.  
lege frigidi. 28. habitat, aer. lege habitat, temperatus aer.  
114. 10. aut sedum. lege aut secundum. 117. 28. fac emplā=  
strum aut albumine oui. lege fac emplāstrum cum aqua ro=  
facea, aut albumine &c. 120. 16. quinq;. lege β. 121. 29.  
cerusa, amyli. lege cerusa. 3. v. amyli &c. 122. 18. tres. lege  
duas. 124. 20. sic. lege sit. 125. 21. litij aur. lege litij. ana.  
aur. 126. 28. superius. lege supinus 127. 13. calceum enon.  
lege calceecanmenon. 131. 7. danic, id est, salis. lege danic  
unum, salis &c. 21. buruch. unciā unā. lege buruch. ana.  
3. j. 146. 10. eius qui currit. lege eius humoris qui currit  
&c. 166. 26. drach. lege 3. 27. drach. lege 3. 168. 2 con=  
ceduntur. lege comeduntur. 180. 6. uliæ. lege uua. 187. ex=  
pedit. lege expetit. 188. tua. lege tuam. 189. 192. 20. alcadi  
con lege alcalalon. 27. trifolio. lege trifoli. 190. 23. ex=  
pedit. lege expetit. 211. 17. calida. lege chali. 216. 10. za=  
zur. lege z acur. 225. 28. iubinū. lege iuubinū. 226. 3. af=  
secumie. lege asecmie. 25. z azur. lege z arur. 232. 12. al=  
facanne. lege alsahane. 237. 8. salutem. lege salus. 238.  
17. opirus. lege autopyrus. 239. 18. una. lege uua. 2. 5. una.  
lege uua. 256. 23. tabstef. lege castiæ fist. 259. 14. styrax  
& calamita. lege styrax calamitis. 260. 4. melbutegi. lege  
meibutegi.

meibutegi. 269. 15. & ficubus. lege cum ficubus. 274. 18.  
hyssopi drachmas. lege hyssopi, ana. 3. ij. 275. 2. rubi lege  
rubra. 276. 1. botron. lege botryos. 287. 5. Armeni. fac.  
lege Armenia. ana. fac. &c. 300. 9. educatione. lege edu=  
ctio. 301. 14. embolum. lege infundibulum. 306. 21. li=  
bris. lege libra 307. 10. uini lege uiui. 308. 14. cera. lege  
tere. 310. 4. apate. lege apostemate. 317. 10. etiam omnem  
lege etiā secundū omnē. 320. 23. & mundificetur. lege ut  
mundificaretur. 322. 7. & rebus. lege ex rebus &c. 329. 21  
& uiriliter. lege & uniuersaliter 330. 21. 22. syracostum,  
unū, manna, & myrobade uiolis. lege syracost. i. manna, &  
myroalani de uiolis &c. 334. 2. permittatur. lege præter  
mittatur. 13. ex sorbitione. lege est sorbitio. 335. 5. que ulti=  
matur. lege que si ultimatur. 15. similis. lege simul. 338. 6.  
chrysolocanna. lege chrysolachano. 340. 10. obsidente. le  
ge abscidente. 12. aut, lege autē. 345. 5. Confice cum muc  
cagine lini. lege confice cum muccaginibus, & proprie  
psyllij, & seminum cydoniorum & lini. 346. 8. meliloti.  
lege meliloti. 18. ablas. lege albas. 26. non multum lege  
multus. 348. 23. & herba. Et quandoque. lege & herba  
uitri, quandoque oportet sedare dolorem. Et quandoque  
&c. 349. 2. quæcunque. lege quandoque 360. 8. & 9. ana  
drachmas quinq;. lege ana. 3. β. 364. 19. nutrimentum le=  
ge detrimentum. 372. 4. in ouis. lege nimis. 374. 25. rece=  
dentibus. lege recentibus. 375. 24. quasi lege quæ si. 281.  
26. & quomodo. lege extra cor. 28. etenim esse. lege o=  
nium essentiæ. 29. cordis aut. lege cordis, quæ aut confir=  
mantur &c. 382. 14. officio. lege orificio. 26. & simili=  
ter in acuta. lege & semel copiosa. 385. 8. dilatationem.  
lege dilationem. 14. conditione. lege cognitione. 392. 3.

staceorum. lege pistaciorum. sepi. lege seminis. 401. 14. prohibitam respirationem. lege prohibitionem respirationis, ac ipsius delationem &c. 413. 2. diligere. lege digere. 421. 28. nisi causa. lege uitio causæ. 429. 30. utilia. lege uniuersalia. 437. 28. & sicut summerfus. lege sicut singultus, cuius causa est humor submersus, &c. 438. 20. aureum unum. lege aureus unus. 21. seminis. lege semen. 444. 21. nam si est acuta, & frigida, utamur contrarijs super hoc uel in illa cum aceto &c. lege nam si est acris, utamur contrarijs super hoc, ut aceto, intybo, aqua granatorum acidorum, & quæ hoc cursu procedunt: si frigida uino antiquo, dialacca, diagalanga &c. 445. 15. sed non illos, & eum lege sed non illos, qui uehementem esuritionem, bulimon Græcis appellatam, patiuntur: nec eum qui &c. 16. super eo de hydrope. lege super eo, qui appetentia canina laborat, de hydrope. 447. 9. concurrentium ad eum & aliquando, lege concurrentium in eo angustiam, & aliquando &c. oppillationes. lege oppillatione. 10. figuratas. lege fatigatur. 449. 9. Vero quidem artifice infirmatur, cor ab eo sanguinem recipit, ut à debito re debitum, & alia contristat. lege. Vt à uero sanguinis artifice cor sanguinem recipit, ut à debitore debitum: & cum infirmatur, alia contristat &c. 450. 13. felle. lege febre. 15. felle. lege febre. 451. 14. digeruntur. lege dignoscuntur. 15. uerissima. lege uersa. 16. suam ipsius. lege superius. 17. leuigatam lege leuatam. 18. imo parum, subtilis sit, & sæpe. lege imo parum comedant, subtilis sit potus, & sæpe bibant. 457. 12. quadraginta. lege undecim. 30. uiolarum. lege uiolariæ. 458. 2. drachmas. lege uncias. 3. unciam. lege drachmam. 11. puluerisati unciam. lege puluerisati

uerisati ana unciam. 17. rubri unciam. lege rubri ana unciam 459. 17. libræ unius. lege libram unam. 460. 8. spodij drachmas. lege spodij ana drachmas. 463. 9. nihil uel parum. lege nihil aquæ mistum, uel parum. 12. auium degentium in aquis esset contrarium &c. lege & auium degentium in aquis essent contrariæ, & peruerse hoc membrum rectificarent, ut & alia, quæ inimica sunt, ut huius amica committere, nobiliorum oblitum &c. 16. agnorum. hædorum. 464. 5. rectificatur, frigidis gubernatur, & nocere ab eis usu continuo. lege rectificatur ab eis, frigidis uero gubernatur, & læditur à calidis usu continuo. 465. 25. asini. lege asinini. 468. 9. inflammationis. lege infiationis. 29. alia. lege ilia. 477. 5. arnabuglosi. lege arnoglosi 481. 2. damnum. lege danum. 485. 2. denotatione. lege dotatione. 487. 29. consolidatæ. lege consolidæ. 30. mumia. lege minima. 488. 9. aqua. lege æqua. 490. 23. 3. unius β. lege 3. j. β. 24. fænogræci. lege smaragdi. 491. 16. compellunt. lege compefcunt. 27. drachma unius β. lege drach. j. β.

\* \*

\*

IN NOMINE  
DEI MISERI-  
CORDIS,

Ioannis Nazareni filii Mesue Grabadin  
medicinarum particulariū. Incipit.



**S**ANAT solus languores Deus, & de fru-  
galitatis folio produxit in largitate suame-  
dicinā benedictus, gloriosus, & excelsus.  
Tantum tamen auxiliari non desinens, cur-  
randi doctrinam timētibus eum explicauit.

Totus igitur Dei timor praeueniat, & principiet opera  
tua, & felicitabit ea: tamen considera ne te amor, aut odium  
circumueniat, ut declines à recto. Est enim excelsus glorio-  
sus qui iudicat. Sunt & caeli qui arguunt, elementa quae se-  
uiunt. Et si nō aliud, superest in posterū cruciatus gehennae.

Inquit Gale. Nolite prauarum aegritudinum onus susci-  
pere, ne mali medici nomen subeatis. Per omnia ò tu cor-  
porum curam gerens auxiliari ne differas, quia semel per-  
eunti nulla deinde suffragia profunt. Ratio clamat ad iudi-  
cium, si misericordiam deseris stulte: de largè tributis gau-  
dens, parua negans. Tristem igitur te cerne habentem irri-  
tum donum Dei, ut si abundanter de ipsius largitate susce-  
peris, ne parcus esto: per unum cuius plurā, & magna exhu-  
berant. Deum in cunctis praeponere, & praeponet te. Hono-  
ra eum, & honorabit te. Time eum, & securus cuncta expe-

rieris. Ne diuertas dum recta potes. Nomen enim **Q**rem  
habet medici, quem nulla mouent, quem constantia morum,  
incepsus grauitas, & sermonum onus insignit. Gestiunt mu-  
nera bene quidē ad uitam, sed melius est nomen præclarum  
cunctis diuitijs. Nimum exultat quod experta habet  
multa, quæ nunquam tractauit. Ideo experta tua sunt in qui-  
bus considerationem fecisti.

Triseclū erit opus hoc quod aggredior. Et prima erit  
sectio eius, de medicinis ægritudinum particulariū, quæ sunt  
à capite usque ad pedes.

Secunda de medicinis ægritudinum uniuersalium.

Tertia de medicinis, quæ sunt ad ornandū & decorandum

### PRIMA IGITVR SECTIO

continet quinque particulas.

Prima est de medicinis ægritudinum membrorum capitis.

Secunda de medicinis ægritudinis membrorum seruientium  
spiritui.

Tertia de medicinis ægritudinum mēbrorum nutritionis.

Quarta de medicinis ægritudinū mēbrorum expulsionis.

Quinta de medicinis ægritudinum iuncturarum.

### SECUNDA SECTIO CON=

tinet quatuor particulas.

Prima est de medicinis ad febrem.

Secunda de medicinis apostematum.

Tertia de medicinis solutionum continuitatis : & separa-  
tionis continui.

Quarta de uenenis.

### TERTIA SECTIO EST

summa singularis.

Et sic capit hoc opus in toto particulas decem, quas per  
summas

summas distinguimus, & per capita cū auxilio & gratia  
spiritus Dei benedicti & gloriosi.

Prima autem particula sectionis primæ continet octo  
summas.

Prima de medicinis ægritudinum capillorum.

Secunda de medicinis ægritudinum cutis capitis.

Tertia de medicinis ægritudinum cerebri.

Quarta de medicinis ægritudinum neruorum.

Summa Quinta de medicinis ægritudinum oculorum.

Sexta de de medicinis ægritudinum aurium.

Septima de medicinis ægritudinum partium nasi.

Octaua de medicinis ægritudinum oris.

Repleat igitur spiritus Dei præcepta hæc misericorditer  
gratia sua. Et secundum quas ex terra medicinas ad usus  
indigentium edidit fecunditate proferat salutem. Quon-  
iam sine ipso nihil incolume: & ab ipso sanatiuū omne.

## PARTICVLA PRIMA SE- ctionis primæ de casu capillorum.



VR A huius ægritudinis est tres res. Prima  
est occupatio circa capitis mundificationem si  
est materia ledens, & proprie cum eis quæ  
dicemus iam. Secunda est regimen cibi &  
potus, & aliorum emendantium malitiam complexionis, &  
generantium humores laudabiles. Tertia est administratio  
medicinarum casum eorum prohibentium, & ex eis est me-  
dicamen Galei ualens ad casum capillorum, & initiū calu-  
itij. Et modus operationis eius est. Recipe succi extre-  
mitatum myrti Lumida & succi oliuarum syluestriū an. ʒ ij.  
rosarum siccarum ʒ. β. absynthij Romani sicci. drach. ij.

bulliant hæc omnia cum aceti. lib. β. usque ad consumptionem medietatis eius. Deinde cola, & infunde in eo calido ladani. ʒ.ij. & dimitte per dies duos. Deinde tere: & funde super ipsum nunc oleum myrtinum, & alia vice unum stipticū, donec in substantiā mellis redigatur. Deinde misce cum eis ramic. ʒ.ij. capillorū ueneris. ʒ.ij. & β. in puluerem redactorū. Vltimo uerò aromatisa cum galliæ ʒ. una & β. uel. ij. & unge locum postquam fricueris ipsum pāno aspero: & postquā unxeris per tres dies, laua. Deinde redi ad ungendm, usque dnm appareat sanitas.

Vntio alia ex nostra inuentione prohibēs casum capillorum. Recipe corticum cannae ustorum, & corticū auellanae narū ustorum, granorum myrti. ana. ʒ. iij. absynthij, gallarum. ana. drach. ij. confice post triturationem eorum cum oleo myrtino, & unge. Expertum est.

Machomet filius Zachariæ ad casum capillorum, & initium caluitij, expertum. Recipe capillorū ueneris, foliorum myrti, omnium asorum ut teri possint, corticum pini, & libani ana. Pulueriza, & accipe ladani partes ij. myrti partem j. Et cum uino ueteri, & oleo de semine raphani tere. Deinde cætera cum eis misce. Et epithimetur cum eo in nocte, & lauetur in mane cum aqua decoctionis capilli ueneris, & sicla, & foliorum myrti. Et assiduetur medicamen hoc, quoniam sanat.

Aliud eiusdem. Recipe myrobalanos emblic. & folia myrti, & capillorum ueneris, & gallæ, coquantur in aqua usque dum fiat turbida. postea cum tantundē olei omphacini coquatur ad aquæ consumptionem. Deinde adde oleo quod remansit ladani. drach. xij. masticis. drach. viij. & fac coequi cum uino. Deinde tere donec impinguetur. Et misce cum eis ramic. drach. ij. Et linantur cum eis radices capillorum.

est

est enim mirabile. Dixit Archigenes. Recipe granorum uniperi, ladani, absynthij, & capillorum ueneris ana. per misce omnia cum uino & oleo myrtino: & dimitte diebus sex. Deinde coque ea usque ad uini consumptionē, & cola. & unge caput post fricationem eius, deinde laua sicut diximus.

Summa secunda sectionis primæ de medicinis ægritudinum cutis capitis.

## DE ALOPECIA.



VR A huius ægritudinis est quatuor res. Prima est mūdificatio capitis ab humore sub cuius malitia esse uidetur, sicut dicemus iam. Secunda est, ut ad æquatio fiat in corpore, & in huius modi occupatione conuertere regimen ad ea, quæ laudabilium materiarum elementa sunt. Et hoc est regimen laudabile in generibus rerum. Tertia est occupari circa id, quod factum est de malitia in cute. Quarta est ad generationem pilorum auxiliari. De prima dicemus post. De secunda prætermittimus nunc, quia non est huius inquisitionis. De tertia & quarta loquemur nunc. Si alopecia de humore fuerit phlegmatico, fiat linimentū ex inuentione nostra, quod recipitalchitram. euforbij, ruta montanæ, baccarū lauri. an. drach. ij. sulfuris uiui. ellebori albi. an. drach. j. & β. Tere quæ terenda sunt, & misce cum oleo laurino, & cleo antiquo quantum oportet ut habeant mediocritatem inter spissum & tenue, & line cum eo super locū postquam fricueris cum cepe muris, id est, scilla, aut allijs, fricatione acquirēte rubedinem in loco.

Inquit Iudeus. Linimentum ad alopeciam expertum. Recipe euforbij, spumæ maris, sumi columbini an. drach. j.

*alimēta sunt.*  
*Perum sex.*



ellebori albi, seminis rutæ montanæ, corticū auellanarum, & castanearum, nasturtij, spicæ, castiæ an. drach. ß. amygdalarum amararū combustarum cum corticibus suis. drach. j. cum uino cocto, & oleo raphani, aut laurino, aut rosaceo, fac unguentum, & caput unge: & dimitte tota nocte. Deinde lauas aqua, ubi sicca & saba coctæ fuerint. Et hoc fiat sine intermissione, donec sanetur. Et hæc omnia fiant postquæ frictionem in loco panno aspero feceris. Deinde fricueris cepa mur. s. aut allijs, aut cepa acuta.

Rufus. Confectio epithematis ad alopeciam. Recipe euforbij, rutæ montanæ, baur. ac. id est nitri, sinapis, artim. sic. ana partes æquales. Conface cum aqua cepæ squillæ, aut cum aqua cepæ acutæ. Et epithimatur cum eo post frictionem rubificantem.

Hali. Confectio epithematis ad alopeciam experti. Recipe euforbij, rutæ montanæ. ana drach. iij. nigellæ combustæ. drach. j. seminis harmel, id est, rutæ syluestris, & montanæ combusti, amygdalarum amararum combustarum cum corticibus suis. ana drach. iij. corticum arboris fici, & foliorum eius, spumæ maris combustæ. ana drach. ij. Conface cum expressione squillæ, & epithimetur cum eo diebus decem donec rubeat locus, & uescitur. Deinde epithimetur super ipsum aristolochia rotunda, & ladanū, & absinthium combustum, & sisybrium, & litium. ana cum aqua solani.

Filius Zachariæ. Epithema ad alopeciam mirabile. Recipe spumæ maris. drach. x. baur. ac. sulfuris, quod non inuenit ignis, euforbij. ana. drach. ij. gummi Arab. rutæ agrestis, staphisagriæ ana drach. j. cantharidarum. drach. j. permisce ea cum sæce olei antiqui, & line ex eo post frictionem cum cepe acuto donec locus rubeat: & cion mordicat, & ampullæ apparuerint, unge per aliquot dies cum adipe anatis, aut

ursi, aut cum unguento de cerusa. Deinde redi ad epithema.

Si autem alopecia ex humore fuerit colérico, fiat linimentū descriptione iudæi: quod recipit spumæ maris, baurac, amygdalarum amararum combustarum, corticum auellanarum combustarum, radices cannæ cōbustæ, stercoris muris. ann. cum aceto, & adipe anatis fiat linimentum, post frictionem tamen loci cum spuma maris & panno aspero.

Ultima debet esse intentio occupari ad capillorum generationem, & ut curetur caluitium. Philagri.

Medicamen faciens nasci capillos ubi oportet, & sanans caluitium. Recipe carniū limacum, & sanguisugarum, & apum, & uestparum, & salis tosti: ana partes æquales. Pone in uase uitreato habente foramina multa in fundo eius, sicut cribrum, & pone sub eo uas uitreum: & manabit post diem & diem humiditas, quæ conseruetur in uase. Et quando oportet fricetur super caluitium, postquam fricueris ipsum uehementer cum panno aspero, aut spuma maris, & panno aspero.

Filius Zachariæ. Linimentū sanans caluitiū & generās pilos in barba, aut supercilijs. Recipe ceræ. 3. v. olei de keiri. drach. ij. & ß. ladani. 3. viij. euforbij, gummi Arab. rutæ agrestis, cantharidum. ana drach. iij. seminum citrangelorum combustorum, uestparum. siue apum an. drach. ij. syracis liquidæ, myrræ ana drach. ij. & ß. Fiat unguentū, & linatur ex eo in nocte, & lauetur mane: & hoc fiat post locis frictionē uehementem. Cum autem pili nasci incipiūt, sepe radantur ut ingrossentur, & firmi fiant, & spissi: & proprie quando exiles nascuntur sicut lanugines.

Aliud eiusdē, ualens similiter. Recipe cineris abrotoni drach. x. uentris cantharidarum. drach. ij. ladani. drach. iij. auellanæ cōbustæ. drach. ij. Terantur omnia cum oleo ueteri

Et aromatizentur cum aliquantulo galliæ: Et ungatur in nocte, Et abluatur manè post fricationem: Et postquam uesicauerit, dimittatur die uno aut duobus, deinde iteretur, quoniam sanat.

Aliud ualens similiter. Recipe olei de ben. drach. j. can tabridum quarū abscessa sint capita Et alæ drach. iij. terantur sufficiens et misceantur cum oleo: Et coquantur in olla uireata sufficiens agitando omni hora spatula: Et dum cocta fuerint deponantur ab igne, Et cum modico moschi aut ambaris, aromatizetur. Est enim expertum: Et propriè inunctum post fricationem loci, ut diximus.

## DE FVRFVRIBVS.



**F**VRFVRES si ex frigido fiant humore. Accipe sel taurinum, uel caprinum, Et baurac equaliter. Tempera cum succo siclæ, Et oleo irino: Et line sero Et manè laua aqua decoctionis lupinorum, Et facnogræci assi.

Si ex calido fit humore: confert medicamen illud mirabile: mirobalanorum citrinorum assorum. drach. x. cum succo siclæ Et solani Et aceto distempera, Et line cum eo. Deinde laua aqua surfuris Et lupinorum, Et myrtæ.

DE SAPHATI. *antinea*

**C**VRA huius ægritudinis est quatuor res: sicut distinximus in alopecia.

Filius Zachariæ. Confectio epithematis ad saphati recentem, quæ accidit in corporibus teneris. Recipe alcannæ de mecha, amygdalarum amararum combustarum cum corticibus suis, stercoris muris, uenarum chelidoniæ, cortandri sicci, scorie argenti, uenarum tinctorum

tinctorum curcumæ, aristolochiæ, corticum granatorum, merdasengi ana partes æquales. Confice cum aceto Et oleo rosacco. Et line post fricationem.

Galenus dicit se curasse multos hoc linimento. Chartas combustas tere, Et distempera cum aceto, Et line super locum, Et nos quidem experti sumus apud necessitatem.

Democritus. Linimentum curans saphati. Recipe chartarum combustarum, calcis lotæ, argenti uiui ana. ℥. i. Confice cum aceto Et oleo nucum, Et line cum eo post fricationem loci sufficiens panno aspero.

Alexander. Linimentū sanans saphati antiquam in corporibus duris. Recipe bubegi, stercoris muris, capitū araneorum combustorum, colcothar usti, uenarum chelidoniæ salis adusti, gallarum, sulfuris uiui, curcumæ lithargyri, aristolochiæ, tubel aeris ana partem. j. chartarum combustarum partes. ij. Et β. cineris alcheruæ, sarcocolle. ana partem. β. argenti uiui partem. j. Et β. amygdalarum amararum adustarum partes. iij. Confice cum aceto uini Et oleo antiquo, Et administra post fricationem cum cæpe acuto: aut scilla, expertum est uerax, deinde laua cum aqua usinæ, Et foliorum ulmi, Et radicium maluarum.

Aliud de inuentione nostra. Lithargyri, cadmiæ utriusque, calcis uiuæ ana. unc. j. chartarum combustarum, libani, tartari combusti ana drach. β. sicf, memithæ, gallarū combustarum ana drach. iij. argenti uiui. drach. v. j. acetum Et olei myrti quantum sufficit. Coque usque dum acetum sit consumptum. Deinde argentum uiuum sic coterendo cum eis commisce, Et utre sicut alias.

Summa tertia de medicinis ægritudinum cerebri: Et primò De cura Sodæ.



**I**NTENTIO in curatione huius ægritudinis si sit complexionalis, & non habens materiam, est alterare, & sedare tantū. Et si est cum materia, circa alterum duorum occupabimur, uel utrunque: & sunt aut abscissio causæ, aut sedatio doloris, aut utrunque. Et si est à solutione continuitatis, alijs atque alijs utemur: sicut dicemus in suis capitulis. Et si est ab aggregatione omnium, tunc totum genus curæ est necessariū: sicut in soda quæ est sicut uerbi gratia, ab apostemate.

Inquit Hali. Si sub pratorum humorum dominio caput positum est, à sedantibus incipere non debemus: & raro ab eis nisi apud uehementiam doloris.

Galenus. Rarò ab abscissione causæ incipere debemus, nisi sit soda sanguinea, aut similis acuitatis: sed ab eo quod materiam adaptat ad abscindendum. Si enim sanguinea fuerit, aut humores peccet in sanguine, à phlebotomia prius incipiemus. Et si soda uehemens fuerit pulsatiua, à phlebotomia similiter incipiemus.

Si autem ab alterius humoris peccato, prius ipsum digeremus, deinde abscindemus. Digestionem itaque faciunt in materia calida, syrupus acetosus, & aqua de lupulis, & aqua hordei, & aqua buglossæ domesticæ, & syluestris: & syrupus uiolatus, & syrupus rosatus, & syrupus de nenafare, & similia. Et in frigida quidem phlegmatica digestionem faciunt oxymel simplex, & oxymel squilliticum, albasce id est, thymus & hyssopus, & spica, & similia.

Et si fuerit materia adusta cholericæ, digestionem eius faciunt syrupus acetosus, & aqua lupuli, & fimmus terræ, & altarasacon, & similia.

Si autem fuerit melancholica: in digestionem eius regimen erit duplex. Ex una scilicet parte cum eis quæ lenificat, & humo-

humectant & habitant duritiem corporis, & siccitatem terrestritatis eius, & ex alia cum eis que resoluunt, & incidunt, & subtiliant resolutione & incisione non perducete ad lapideitatem: & proprie cum rebus operantibus cum mediocritate & temperie. Et semper ponimus uicissitudinem in hoc duplici regimine, ut cadat æqualiter digestio & maturatio in materiam, & non abscindatur subtile, & remaneat grossum.

Eligimus autem ad digestionem materierum siue calidarum, siue frigidarum, ex unctionibus & epithematibus, & emplastris, & embrocationibus, & alijs quæ cõgruât, sicut infra distinguemus. Et incipiemus experiri ea secundum testimonium exigentiæ causæ.

Et quidem canon est, quoniam in soda calida ab alterantibus incipere debemus, siue sint epilastra siue unctioes, ut reprimatur excessus eius, & prohibeatur aduentus nociui alterius ad ipsum quantum possibile fuerit, nisi in quatuor casibus

Primus est in soda calida, quæ fit in febris, & proprie materialibus. Vfus enim epithematium frigidorum repercus suorum multiplicat e: nõ enim permittit uapores exire. Sed attractio aceti, & aquæ rosatæ aut uiolatæ per nares, uehementiam eius sedat.

Secundus uerò est quando fit soda propter uapores acutos qui perueniunt ad caput ex cõmunitate totius corporis, aut membri alicuius, & iam caput recipit eos: & tunc facere ut fiat eorum diuersio ad oppositum, & diuersum ex una parte, & ex alia receptorum resolutio sedat eam.

Tertius est quando soda fit à nocumento quod infertur à multitudine materiæ: & tunc euacuatio eam sedat.

Quartus est quando soda fit à multitudine uaporum existentium in capite, & propter cõmunitatē corporis aut alterius

alterius membri: & tunc resolutiuorum administratio cum facilitate, & particularium euacuationum eam sedat.

Amplius autem canon est quod emplastra, & linimenta alterantia non sunt expolianda ab aliqua trium uirtutum. Prima est, competentia eius in gradu alterationis. Secunda est, ut coadunet uirtutem membri: ut non recipiat superfluitates. Tertia est ut confortet membrum, cui applicatur, proprietate sua. Et incipiemus rememorari de eis: primo quæ caput & cerebrum mundificat. Et incipiemus à mundificantibus materias calidas, & conferunt sodæ & ægritudinibus calidis. Et dico quod omnis materia siue calida, siue frigida secundum tres modos recipit diminutionem: aut enim per euacuationes sensibiles & occultas, aut per diuersionem eius à parte nobili ad ignobilè, aut per utrunque. Euacuationes autè occultas natura regulat: euacuationes quoque sensibiles eadè similiter: & quandoque per se, & quandoque adiuta rebus exterioribus ab operatione artificis: & hoc secundum duos modos, aut uniuersaliter, aut particulariter. Voco autem hic uniuersalem purgationem, quæ materiam euacuat: cui accidit à communitate totius multiplicationis, aut plurimorum, aut famosorum, aut eorum quæ sunt minera illius: sicut hepar sanguinis: & xistis cholæræ: stomachus phlegmatis: & sple melancholiæ. Et uoco particularem purgationem, quæ ex parte illius membri in quo materia exuberat, euacuat ab emunctorijs eius, sicut quando per palatum, & nares, & aures, & oculos materiæ cerebri purgantur.

Et quidem canon est particularem uniuersali præponi nõ debere, nisi in quatuor casibus. Aut quia materia nõ multum in quantitate exuberat: quare sufficit à parte emunctorium illius membri adduci, in quo est ægritudo. Aut quia membrum

brum dans non est forte in dando: nec membrum recipiens aptum in recipiendo. Aut quia membrum nõ recipit à membris communitatem eius. Aut quia corpus & alia membra non sunt posita sub dominio materiei facientis ægritudinem in illo membro. Diuersiones autem materiei à parte nobili ad partem ignobilem fieri debere ostendimus per fricationes extremitatum, & compressiones, & ligaturas earum dolorosas, & cum uentosis & alijs. Res autem quæ habent intentionem utriusque sunt clysteria & suppositoria: & omnia quæ simul ad longinquam diuersitatem attrahunt & euacuant. Et nos de omnibus loquemur. Et primò de euacuationibus ab artificio: si Deus uoluerit.

## DE SODA CALIDA.



ODÆ calidæ primò medicinas distinguimus. Et sanguinæ quidã phlebotomiã necessariam esse dicimus. Deinde sedantia, quæ dicemus. Cholericæ uerò curã aggrediemur. Incipientes à simplicioribus & debilioribus, ad maiora & fortiora procedemus.

Inunctio ad sodã calidam: siue sit sanguinea, siue cholericæ, siue cõplexionalis, siue materialis. Oleum rosatum, & acetum album cum modico aquæ rosatæ diu agentur, & contundantur, donec impinguescat: deinde infrigidetur super niuem, & ex eo caput linatur. Est enim expertum. Si autem cum soda fuerit insomnietas, opij parum adde, aut papaueris succum cum cortice.

Inquit Alexander. Recipe ex ceroto Gal. circiter ʒ. ij. & laua illud lauationibus pluribus cū succo solani: & semperuiuæ, & lactucæ, & endiuicæ: & succo cucurbitæ, & succo uinæ acerbæ. & line Et superpone folia salicis: & miraberis

beris effectum eius.

Linimentum forte ad sodam calidam pulsatiuam. Oleum rosatū & uiolatū cum paucō aceto & succo uuae acerbae, & modico caphurae, diu contunde donec pinguescat: & capiti superponatur. Est enim efficax.

Filius Serapionis. Embroca conferens sodae calidae. Viola, rosa, folia nenufaris, hordeum excorticatum, folia salicum, & maluarum in aqua coquantur, quae per canulam urceoli capiti ex alto fundatur, si catharrū non timueris. Si autem uirtutem habere resoluendi uolueris, chamamelum addes. Et si sedatiuam, & somni prouocatiuam quaeris, cortices papaueris & lactucae adde.

Filius Zachariae. Modus alius embrocae conferētis ad sodam calidam cum qua sunt uigiliae & permissiones. Recipe uiolas siccās, hordeum excorticatum, semen cucurbitae, aut corticem eius, semen lini, psyllium, cortices papaueris, semen althae, semen lactucae, semen portulacae, rosas siccās. Decoquantur in aqua usque ad consumptionē quartae ipsius. Deinde fac embrocas sicut diximus. Et similiter ea manus, & pedes, & facies lauentur.

Modus embrocae alius resoluens, & sedans sodam calidam. Accipe folia maluarum, aut radicem, aut semina earum, aut omnia simul, & hordeum excorticatum, & rosas, & uiolas, & folia salicum, & folia cucurbitae, aut cortices eius, aut semina ipsius, & mellilotū. De omnibus ana. partem unam: florum chamameli quantum de omnibus. Coquantur omnia in aqua: & fiat embroca sicut diximus.

Epithema sedans sodam calidam. Althae semen & psyllium separatim, siue coniunctim cum aceto conquassata, & super caput posita ualent.

Modus emplastri alius ad idem. Accipe flores chamamelis,

meli, farinam hordei, radices althae, semen lini, cortices papaueris, uiolas nenufar. Tere cū oleo rosaceo, & uiolaceo, aut nenufarino permisce, & ex eo super caput fac emplastrū.

Dioscorides. Succum extremitatum uitis in primis cum nascuntur cum farina hordei distempera, & oleo rosaceo: & line ex eo super caput: & expertum est.

Modus emplastri alius ad idem quod resoluit cum facilitate residuum sodae calidae. Recipe uirge pastoris, sampsiuchi, & balsamitae, seminum & radicum, & foliorum maluarū, & uiolarum, & albae. id est, thymi, & hordei mundi, ana. partem unam, rosarum partem unam, & β. chamameli partes. ij. fiat emplastrum cum eis, uel fiat embroca cum aqua decoctionis earum.

Mesuae emplastrum sedans sodam calidam pulsatiuam, & hemicraniam calidam. Accipe farinam hordei, santalorum trium, syef, memithe rosarū, faufel id est, auellanae Indicae, boli Armeniae, acatiae: aloes, seminis lactucae, caphurae, de singulis partes aequales: confice cum mucagine psyllij, aut cum succo portulacae, aut lactucae: & epithimetur cum eo.

Gabriel. Suffumigium ualens ad sodam calidam. Accipe santalorū citri, faufel: rosarum ana. drach. ij. & β. caphurae drach. unius tertiam, spicae drach. β. ponantur in uase uitreo stricti orificij cum aqua rosata quantum sufficit, & obturetur orificium eius, & dimittatur ut bulliat in cinere calido, deinde deobturetur, & recipiatur fumus eius. est enim expertum. Et si ex eo super tempora aspergatur, aut lauetur ex eo facies, confert. Si autem uigilias patitur: cortices papaueris cū eis adde, & proprie eius. 3. iij. & plus uel minus sicut necessitas urget.

Aliud suffumigium eiusdem resoluens residuum sodae calidae. Accipe rosarum, santalorū macaziri id est, odoriferi, hoc est citri,

trini, ligni aloes an. ʒ. ij. chamæmeli. ʒ. iij. aquæ rosatæ quantum sufficit. Fac sicut primum. Nobile & expertum est. Et sunt qui ponunt chamæmeli pondus omnium. Et sunt qui addunt melilotum.

Errhina fiat cū oleo rosarū & uiolarum, & nemusarino, cum pauca caphura, aut cum pauco oleo de semine cucurbitæ dulcis, aut oleo de salice.

Aliud filij Zachariæ ualens ad dolorem capitis calidum, hemisraniam calidam, & dolorem auris. Recipe opij, caphuræ, ana partes æquales. fiant collyria sicut lentes: & dissoluantur unum aut duo in oleo uiolarum, aut oleo de cucurbitis, & destilletur in nasum, & aurem. Est enim uerax.

Aliud filij Serapionis ualens ad sodam calidam subline. Recipe spodij .drach. ij. opij .drach. i. croci .drach. ʒ. conface cum aqua in modum pillularum paruorum, & administretur cum lacte mulieris, aut oleo uiolarum, aut oleo de semine cucurbitæ: deinde post horam fac errhinum cum lacte mulieris, & aliquo ex oleis.

Iudeus. Odoretur oleum rosatum cū aceto conquassatū, & positū in uase uitreo, & confert sodæ calidæ uehementi.

Aliud nostrum expertum. Recipe amyli, nabes, id est sacchari candi. ana .drach. ij. opij .drach. iij. spodij .drach. j. croci .drach. ʒ. Fac sicut proximum.

Aliud Aaron expertū, efficax ad sodam calidam & hemisraniam, & dolorem auris. Recipe stefmemithæ faufel, id est auellanæ Indicæ, seminis hyoscyami, seminis lactucæ, rosarū santalorū, opij, radicum mandragoræ. ana. Fiant ex eis sief: & fricetur ex eo super cutem cum oleo rosato aut uiolato cum pauco aceto, & destilletur in nasum, & aurem, & proprio loci doloris.

Incipiamus ponere emacuatoria cōferentia ad sodam calidam

dam cuius materia est cholera citrina. Et incipiamus a leuioribus, sicut consueuimus, procedentes ad maiora. Purgetur ergo in primis cum aqua fructuum.

Recipe pruna uigintiquatuor, tamarindorum uncias duas, & semissem, medullæ cassiæ fistulæ uncias tres, myrabalanorum citrinorum unciam unam, & semissem Propinetur infusio eorum post sufficientiam coctionis ipsorum.

Aqua fructuum secundum modum nostrum conferens sodæ cholericæ.

Recipe absynthij, rosarum, uiolarum, ana drachmas quinque, fumiterræ drach. sex, capillorum ueneris unciam unam, passularum enucleatarum unciam unam, pruna quadraginta numero, iubarum sebesten ana uiginti. Coquantur cum facilitate in aquæ libris duabus usque dum ueniant ad libram unam, & projice in eam illa eadem quæ hic proximè diximus, & propinetur. Et sunt: Cassiæ fistulæ uncia tres, tamarindorum uncia duæ & semis, corticum myrabalanorum citrinorum uncia una & ʒ.

Inquit Galenus. Quando ex aquis fructuum soda non resoluitur, propinanda est infusio aloes. Et iste est modus eius

Recipe succi endiuicæ, succi lupuli, post depurationem ipsorum ana uncias sex, uel alterius eorum tantum, si utrique haberi non possunt, uel succi buglossæ domesticæ, aut syluestris libram unam, & projice super ipsam aloes succotrine bonæ & electæ unciam unam, & pone in uase uitreo ad solem, obthurato orificio eius, diebus duodecim, & da ex eo omni mane ab uncia una, usque ad tres cum modico tragacanthæ, ut non noceat ano.

Modus infusionis conferens sodæ calidæ uehementi

ti, & solutione educit choleram. Et confert iuuenentum maximum febribus cholericis.

Accipe succi endiuie costii & depurati libras duas, uel aliorum succorum, quos diximus, & infunde in ipsis uel altero ipsorum. diasira costi. uncias sex. Et da ex eo mane ab uncijis duabus, usque ad quatuor, Apparebit enim cito sanitas, si Deus uoluerit.

Inquit Haneec. Modus infusionis ad sodam calidam diuturnam.

Accipe absynthij Romani unciam unam, fumi terreae drachmas octo, passularum enucleatarum unciam unam, eupatorij drachmas quinque, florum buglossae domesticae aut syluestris ana drachmas sex, cassuthae, seminij endiuie, agarici ana drachmas tres. Coquantur in libris tribus aquae usque ad libram unam, & semis. Et infunde in ea confectionis iam dictae Haneec, & proprie primae descriptionis uncias duas. Et da ex ea omni mane ab uncia una, usque ad duas. Sanat enim cum uirtute Dei gloriosi.

## DE SODA FRIGIDA.



**L**OQUEMUR deinceps de soda frigida, siue sit sine materia, siue cum materia slegmatica, uel melancholica: siue permixta, siue uentosa. Et de his omnibus distinctim loquemur, si Deus uoluerit. Et incipiemus sicut consuetudo nostra est debilioribus.

Calefa florum ad sodam frigidam, & uentosam sodam. Milium integrum cum sale quantum ipsum calefiat in latere calido

calido, & impleantur ex eis sacelli, & uaporetur cum eis locus.

Isaac. Grana lauri, & libani, medium eorum teratur, & impleantur ex eis sacelli, postquam ibi irrorata fuerint aceto uini: calefiant in latere calido super quod irroratur acetum, & fiat euaporatio cum eis.

Democritus. Accipe grana sinapis integra, & grana nasturtij, ut sint partes eorum aequales. Infundantur modicum in aceto uini fortis, & impleantur ex eis sacelli, & calefiant in latere, & fiat euaporatio cum eis.

Aliud eiusdem expertum. Recipe pulegij, cari & quas partes, fiat sicut diximus. Aliud eiusdem. Oleum puleginum inunctum expertum est.

Vnctiones fiant ad sodam frigidam ex oleo nardino, aut irino, aut laurino, aut de ben: aut aliquo talium. Item si fortius facere uolueris, conforta uirtutem eorum cum costo, & castoreo, & euforbio, & pipere, cum aliquo horum uel omnibus.

Linimentum ad dolorem capitis frigidum. Theriacam uel mithridatum cum succo menthae misce, & superpone. expertum est.

Linimentum aliud expertum a nobis ad antiquos capitis dolores, quod administratur super caput, & frontem. Recipe costi, myrrha, castorei, neridem ana partes aequales, olei rosati quantum sufficit. Et si insomnietatem patitur, partem β. opij adde. est enim expertum.

Mahomet filius Zachariae. Modus linimenti ad sodam frigidam, & antiquam, & hemicraniam, & dolores auris ex frigidityte. Recipe castorei, eufortij, opij, syraxis liquidae, piperis, foliorum rutae, sinapis, calamithae, marru-

bij: ana. Fac trochiscos aut ij. aut j. & apud necessitatem dissolue ex eis cum oleo nardino, aut costino, aut modico acetato. Et line super locum, & destilla ex eo in aures, & nares, ex parte doloris: & miraberis effectum eius si Deus uoluerit.

Galenus. Trochiscus crudus dissoluatur cum aceto forti, & oleo rosato, Et linatur ex eo super frontem, & tempora: & sedat sodam difficilem, & hemicraniam. Et est expertum. Et eodem modo trochisci de croco dicti in antidotario.

Dioscorides. Epithema ad sodam frigidam, & hemicraniam. Ex cinere, & aceto fiat permistio, & decoque in olla, & linatur: expertum est.

Philagrius. Modus linimenti ad sodam frigidam, & anti quam & hemicraniam difficilem. Recipe myrrhæ, opij, omphacij, scamoniæ, granorum lauri ana drach. iij. croci dra. iij. & β. seminis hyoscyami, apij, anomi, an ʒ. v. Fac trochiscos cum aceto, & line sicut diximus cum eis super locum.

Alexander. Confectio epithematis ad sodam frigidam diurnam. Recipe simi columbini drach. j. & β. leucopiperis drach. ij. euforbij drach. iij. croci drach. j. & facis olei de croco. drach. j. & β. aggregentur omnia cum aceto forti multæ fortitudinis, & fac trochiscos cum aceto, & succo absynthij, & oleo nardino, misce & line ubi oportet: Embroca fiat capiti in soda frigida, & uentositate crassa cum chamæmela hasculi seba: maluis, folijs lauri, & sauina, & berengisif: & origano, & meliloto, & sampsucho: & nemen: id est, sisymbrio, hyssopo sicco & similibus separatis, uel conuinctis.

Dioscorides, expertum est. Succo apij calido capite linito resoluatur soda.

Democritus

Democritus. Ad diurnam sodam medicamen expertum. Recipe castorei, radicum fœniculi, algul: ireos ana drach. j. granorum lauri drach. ij. foliorum rutæ drach. iij. ceræ drach. vj. olei rosati unc. j. & β. olei irini unc. j. Fac unguentum: & line ex eo, probatum est.

### De Errhinis conferentibus Soda frigida



RRHINORVM conferentium soda frigida narrationem aggrediemur. Dioscorides dixit. Fit errhinum cum aqua sampsuchi, & resoluit sodam frigidam & hemicraniam.

Oribasius dixit. Oleum de cucumere asinino est errhinum bonum soda frigida, & hemicranie: & mundificationi cerebri ab humoribus frigidis pinguibus: & aquæ descendenti ad oculum, & proprie si modicum huius olei destilletur in aures, & trahatur sugendo. Deinde post horam lauentur nares cum aqua calida. Succus quoque cucumeris asinini uehementius operatur.

Galenus. Errhinum conferens soda frigida, & torturæ: & oppilationi collatorij: & defecti onis olfactus, & impedimento ipsius. Nigella die ac nocte infundatur in aceto, deinde siccetur, & teratur subtiliter, & puluis eius naribus approximetur, & trahatur naribus odor eius: sicut sugendo. Et expertum est.

Idem. Errhinum ualens sicut superius: & est forte. Recipe nigellæ drach. ij. succi cucumeris asinini drach. j. salis ammoniaci drach. β. Misceantur cum oleo cucumeris asinini: aut oleo de alcanna: & linatur ex eo in naribus intus, & sugatur uehementer odor eius. Educt enim de materia contenta in capite sufficienter. Deinde lauentur nares & caput aqua calida.



Filius Zacharie. Confectio errhini ad sodam frigidam. Recipe castorei, eisforbij. ana. Fiat ex eis sief cum aqua samsuchi: & fricetur ex eo super cutim, alias cotem, cum oleo nardino, aut cosino: & linatur ex eo in naribus, & sugatur, & fiat sicut diximus.

Idem. Confectio errhini ad sodam frigidam, & hemerianiam, & egritudines cerebri frigidis, & torturam, & paralyfim. Recipe castorei, condisi, id est, struthij, arthanitæ, id est, cyclaminis, pulpæ colocynth. baurac, id est, nitri, eisforbij, gibeneæ: fellis uaccini sicci, ana. Fiat sief. Et fiant cum eis errhina cum auricula muris, aut succo sampsuchi, aut succo uenan. Et est expertum.

Iudæus. Errhinum conferens sodæ frigidæ. Fellis adib sicci, aut uaccini, aut caprini: opoponacis, castorei, ana. partem unam: croci partem β. fiant sief: & fricetur ex eo super cutim, alias cotem, cum aqua: & linantur in utrisque naribus. Est enim expertum.

Arcodigenes. Errhinum ualens ad idem: Castorei, sinapis, opoponacis, opij, croci, aloës ana. Fiant pilulæ: & administrentur sicut a. ximus. Expertum.

Alexander. Errhinum mirabile ad diuturnum capitis dolorem, & pingues in eo materias, & initium aquæ. Et est ad epilepsiam expertum. Recipe fufcis drach. v. succi cucumeris asinini nec nimis recentis, nec nimis antiqui, salis ammoniaci: ana drac. ij. terantur diligenter & misceantur. sic terendo cum oleo de cucumere asi. aut oleo irino donec fiat sicut ceratum: & reponere in uase uitreo, & inunge ex eo intus in naribus: & sugatur diligenter. Deinde fac sicut diximus.

Idem. Accipe radicem arthanitæ siccæ, id est, cyclaminis drach. ij. & β. succi cucumeris asinini drach. ij. Tere sub-

lissimè: & ex eo per canellum insuffletur in nares. Deinde sugat sicut diximus.

Democritus. Purgatur aliquando caput per res, quæ commasticantur. Et est purgatorium leue. Accipe mastich. partes ij. piperis partem unam, commasticentur diu. & salina quæ resoluitur, semper expuatur: & quandoque admiscemus cum mastiche staphidem agrian: & quandoque pyrethrum: & quandoque radices alfesare: & quandoque radices capparis. Hec enim spissum humorem & flegma crassum educunt.

Errhinum ex inuentione nostra: conferens delicatis ad ea quæ diximus. Recipe castorei drach. j. eisforbij drach. β. galie moscatæ drach. unius partes duas, condisi drach. j. partem β. Fiat eorum contritio bona: & funde super ea succi arthanitæ quantitatem sufficientem: & expone ad umbram donec siccet. Deinde tere: & cum succo uenarum: aut cum succo sampsuchi fiant collyria: & administra sicut diximus.

Gargarismata etiam materiam cerebri attrahunt: quale est gargarisma factum cum oxymelite, cum sinapi, aut cum ireos: aut cum cortice capparis: aut cum pyrethro, aut pipere.

Paulus. Gargarisma conferens sodæ frigidæ: & egritudinibus cerebri flegmaticis. Hiera picra cum oxymelite, scilicet cum aqua decoctionis alhasce, id est, thymi, origani, hyssopi sicci: pyrethri: & sinapi. Gargarismus cum eis fiat omni hora.

Suffitus Gabrielis ad sodam frigidam: & egritudines cerebri flegmaticas. Accipe sampsuchi unc. ij. foliorum citri. unc. j. chamemeli tantundem: ligni aloës, spicæ ana drach. v. ponantur in uase uitreo stricti orificij: & coquantur do-

nec consumpta sit quarta pars aquæ. Deinde aperiatu  
orificium uasis: & recipiatur uapor eius.

Aliud eiusdem: sed est fortius illo aperiens oppilationem  
cerebri: & emunctorij. Recipe nigellæ partes ij. folio-  
rum sampsuchi, organi persici, basce, id est, thymi, hyssopi  
siccæ: stochados: ana partem j. Fiat sicut diximus.

Odoramentum conferens sodæ frigida. Recipe galliæ  
moschatæ aur. iij. sadurâ aur. iij. & ß. ambaris crudi aur.  
ij. moschi 3. j. ligni aloes aur. v. j. Dissoluatur ambar in mo-  
dico olei de ben. Cæteræ autè res præter moschum terantur  
subtiliter: & conficiantur cū glutino tragaganthæ. Et post-  
quam confectæ fuerint, malaxentur cum ambare dissoluto in  
oleo de ben malaxatione multa. Vltimò uerò moschus tri-  
tus & distemperatus cum aqua rosata misceatur malaxan-  
do cum prædictis: & fiat inde pomum unum, aut duo, &  
odoretur. Deinde conseruetur in uase uitreo, aut plumbeo  
ne uentus ipsius tollatur. Hoc est odoramentum sublime.

Odoramentum aliud ex castoreis, & rutæ siccæ partibus  
equalibus cum glutino tragaganthæ pomum fiat & odore-  
tur. Et species per se odorantur præterquam fiat pomum.  
Est enim expertum ad sodam frigidam & uentosam.

Odoramentum aliud expertum ad frigiditatem cerebri,  
quod confortat ipsam, & confert sodæ. Recipe styracis  
calamitidis electæ unc. ij. ligni aloes unc. iij. ladanij, confes-  
tionis geanam ana unc. j. & in alio unc. unius partes duas,  
spicæ drach. iij. galliæ moschatæ drach. viij. mastich. drac.  
iij. ambaris crudi drach. ij. & ß. caryophyllorum, macis  
ana drach. iij. & ß. Confice sic, styracem ladanum & mas-  
tich. cum modico olei de ben resolue. Deinde tere in morta-  
rio pistillo calido, & projice super ea puluerem ligni aloes  
spicæ, galliæ caryophyllorum & mastich, & misce cum eis.

Post

Post hoc funde super ea glutini gummi Arabici, aut traga-  
ganthæ quantum sufficit, & misce conterendo. Deinde ma-  
laxa cum ambare dissoluto cum modico olei de ben, malaxa-  
tione multa conterendo. Vltimò uerò aromatizetur cum  
moschi drach. ij. ß. & aqua rosata: aut fiant inde poma: &  
odorentur. Aut fiat inde trochisci: & suffumigetur cum eis.  
Et est expertum uerax: & suffumigantur templa: & domus  
regum.

Aliud ualens similiter, & est bonum. Accipe buchur  
scendere, & ligni aloes electi ana partes æquales: moschi  
partis unius xxx. fiat ex eis poma, aut nib: & utere. bo-  
num est & expertum.

Aliud ualens similiter. Styracis, ligni aloes ana drac. j.  
galliæ moschatæ drach. xij. ambaris drach. viij. moschi dra-  
ij. & fiat sicut diximus.

Aliud nobile satis conferens sodæ, & epilepsie, & præ-  
focationi matricis: ligni aloes, galliæ moschatæ ana drach.  
xv. zifenide drach. vij. confice terendo: & fac ex eis po-  
ma: aut nib. Et administra: aut fac collyria: & suppone in  
matrice. Et qui sunt addunt buchur scendem drach. xv.

Inquit Hippo. Aromatica capitis grauedinem faciunt.  
Et ego quidem dico quòd non elongatur quin hoc sit in fre-  
quenti usu eorum, conuertunt enim uapores ad caput imò  
replent illud uaporibus. Moderatus uerò usus eorum cere-  
brum confortat, & calefacit. Sed non fiat adeò frequens, ut  
perducat ad illud. Et quidem canon est non debere conferre  
ad repletionem. Et hoc est quod Hip. uoluit. Nam post mundi  
ficationem confortat & calefacit: & residuum sodæ remo-  
uet. Et si soda est malitia complexionis frigida sine materia:  
aut à frigiditate aeris, inuenimus esse iuuamenti sublimis  
usum eorum.

## SOLVTIVORVM GENE-

ra conuenientium Soda frigida & flegmatica deinceps scribantur, & primò à debilibus incipiamus.



**H**ic eis est modus pilularum de inuentione Iudaei mundificantium cerebrum, & neruos ab humore flegmatico, & conferentium soda frigida, epilepsie, & spasmo, & paralyssi, quarum permissio hæc est. Recipe pulpe colocynthidos drach. xij. Ladani puri drach. x. tragacantha drach. ij. gallie drach. iij. salis gemmæ drach. j. & β. confice sic. tragacantha & gallia dissoluantur in aqua pluuiali. Ladanium uerò dissoluitur in modico olei rosati. deinde misceantur omnia, & ultimò conficiantur cum eis colocynthidis & salgemma ultimo puluerizata.

Pilule autem ad hoc ualentes sunt pilule de hiera: & pilule de speciebus, & pilule stomachicæ, quas scripsi in antidotario uniuersalium medicinarum.

Mahomet filius Zachariæ. Confessio pilularum habentiu uirtutem hieræ: & sunt in nobilitate eius, & uocauit eis coccias: quarum hæc est permissio. Accipe pulueris hieræ drach. xx. colocynthidis interioris drach. v. j. & β. & in alio pro colocynthide trochiscorum alandabal drach. viij. scammonie Antiochenæ coctæ in citonio drach. v. staccados, turbit ana drach. x. Fiant pilule: dosis earum est à drach. ij. usque ad drach. ij. & β.

Galenus. Pilule expertæ ad sodam frigidam, & mundificant caput, & stomachum ab humore flegmatico & putrido: & sunt pilule saluæ quarum permissio hæc est. Recipe aloes

aloes bonæ droch. x. colocynt. interioris drach. iij. scammonij cocti in citonio drach. iij. staccados Arabicæ drach. v. salis gemmæ drach. ij. anisi, absyn. ana drach. ij. & β. turbit boni & electi sublimis drach. xij. fiant pilule. Et sit dosis earum à drach. j. usque ad ij.

Aaron. Infusio hieræ ad sodam antiquam frigidam ex humore crasso flegmatico. Recipe hyssopi sicci: hasce, sucaba, radicem feniculi, apij ana drach. viij. turbit drach. iij. & in alio v. anisi drach. ij. & β. salis gemmæ drach. ij. pilularum enucleatarum drach. unam. Decoquantur in libr. ij. aquæ usque ad libr. j. & coletur. Deinde projiciatur super ipsam hieræ pieræ drach. x. turbit boni & sublimis dr. iij. ponatur in uase uitreo, & suspendatur in sole diebus x. & de huius infusionis omni die ab unc. j. usque ad ij.

Filius Serapionis. Infusio de aloes mundificans caput, & stomachum, & curans sodam. Recipe mirabilanorum chebulorū, emblicorum belliricorū, radicū apij, feniculi, florū schœnathi caput lilij ana ʒ. x. spicæ mastich. calami aromatici ana drach. iij. hyssopi, dauci, sucaba, bedegar ana drach. v. colocynthidis interioris drach. ij. Coquantur in libr. iij. aquæ usque ad li. j. & projiciatur super ea aloes succotrentis unc. j. & pone in sole sicut diximus. Et est dosis eius ab unc. j. usque ad ij. cum tragacantha & mastich. ana drach. β.

Idem. modus infusionis hieræ, ualens ad idem, & est fortior. Recipe radicem apij, feniculi schœnathi ana drach. x. calamithæ montanæ, aristolochiæ rotundæ: sucaba, & bedegar ana drach. v. mirabilanorum Indorum drach. viij. epithymi Cretenfis. drach. v. mastich, drach. iij. spicæ drach. ij. cassiæ: ameos, calami aromatici ana drach. iij. agarici drach. v. j. staccados drach. viij. pilule enucleatæ drach. iij. Coquantur in libr. viij. aquæ usque ad libr. v. & projiciatur super

super ipsam hieræ picæ drach. j. Et fiat sicut diximus. Et fit dosis eius ab drach. una, usque ad ij. cum olei de cherna drach. iij.

Alexander. Confectio pilularum ualentium ad durtam sodam, & hemierianam, uertigines, & epilepsiam, & arthriticam: & educunt humores a profundo membrorum, & solunt sine molestia: quarum permistio hæc est. Recipe Aloes bonæ sublimis un. unam, colocynthid. interioris, scammonij cocti in citonio, absynthij, bdellij, ammeos ana drac. ß. mastich, drach. iij. anisi drach. ij. euforbij drach. iij. & ß. baurac. ellebori nigri ana drach. ij. cum succo caulium fac pilulas. Et fit dosis a drach. j. usque ad ij.

Pilule nostræ, conferunt ægritudini capitis: & conferunt sodæ antiquæ: & solutione educunt humores pingues & graues, & custodiunt sanitatem oculi, & curant rheuma eius. Quarum hæc est permistio. Recipe colocynthid. turbit ana drach. iij. agarici drach. iij. stocados drach. ij. scammonia drac. ij. & ß. spicæ scœnanthi. xylocastie, xylobal. carpobalsami, asari, rosarū, uolarum, epitymi, absynthij cinnamomi, croci, mastich, ana drach. unam aloes sublimis ad pondus omnium. Fac pilulas cum succo absynthij.

Pilule aliæ nostræ. Valent similiter ad mundificationem stomachi: & capitis, & accipiuntur omni tempore. Et dicuntur pilule de mastice. Recipe aloes drach. vij. mastich. rosarum ana drach. iij. turbit drach. x. fac inde pilulas. Dosis earum est a drach. ij. usque ad iij.

Hiera nosira. confert sodæ a flegmate factæ. Stomachum & cerebrum mundificat, hepar, & membra nutritionis confortat. Recipe carpobalsami, xylobal. balsami, castie, cinnamomi electi, spicæ, asari, mastich, cubebæ, macis, nucis moschate, scœnanthi: agarici ana drach. v. croci drach. iij. aloes

aloes succotrensis lib. j. mellis quantum sufficit. Dosis eius est a drachmis ij. usque ad v.

## DE SODA EX AGGREGATIONE cholerae & flegmatis.



NEVSIO conferens dolori capitis: cuius materia est cholera & flegma & solutione educit ea. Recipe pruna xl. fumi terræ dra. viij. absynthij 3. iij. myrabalanorum citrinorum, hebulorum, & indorum ana unc. j. tanarindorum dra. xv. agarici, & turbit ana drac. ij. & ß. Coquantur in li. iij. aquæ, donet redeant ad libr. unam. & mediam. Et accipe ex ea unc. viij. & fricentur in ea aloes, turbit ana drach. j. partem ß. agarici drachmā unam Dimittantur simul per totam noctem. Deinde coletur & bibatur. Si autem qui sumpserit eam fuerit debilis, illa tria non fricentur in ea, sed sufficit cum ea misceri pulpæ castiæ fistulæ drach. xv.

Hali. Modus infusionis aloes, conferens sodæ permistionis cholerae & flegmatis diuturnæ. Recipe mirabalanonum nigrorum, absynthij. ana drac. v. j. fumi terræ, bedegar ana unc. j. Coquantur in libr. iij. aquæ usque ad lib. j. & cola & proijce super eam aloes bonæ drach. viij. Et pone in uase uitreo, & fiat sicut diximus. Et da usque ad dies xij. plus uel minus usque diu appareat sanitas. Et dosis eius est ab unc. una, usque ad ij. Efficax & experitum est.

Ruffus. Pilularum confectio conferentium ad sodam antiquam ex humore crasso flegmatico & cholerico: quarum permistio est. Recipe myrabalanor. citrinorū, & indorū absynthij, ana 3. iij. anisi, bdellij, mastich. ana. 3. ij. scammonij 3. ij. & ß. & proprie cocti in citonio: trochiscorū. alandhal, 3. iij. epithymi dra. ij. aloes bonæ, turbit electi, & castiæ ana drach

drach. vj. sal gemmæ drach. unā & β. & fac pilulas cum succo endiuie. Dosis earum à drach. una, usque ad ij.

Alchindus. Confectio pilularum sodæ aggregationis cho-  
leræ & flegmatis & sodæ propriè stomachicæ, & conse-  
runt stomacho, & mundificant ipsum, & caput à superflui-  
tatibus cholericis & flegmaticis, & mūdificāt sensus & ui-  
scera: & conferunt spleni. Quarum hæc est permissio. Re-  
cipe trium myrabalanorum drach. iij. epythimi boni, asyn-  
thij ana drach. ij. & β. turbit arundinei drach. ix. agarici,  
scammonij, trochisci alandhal ana drach. ij. apij, anisi ana 3.  
unā, salis gemmæ drach. ij. nucis moschatæ: caryophylorum  
ana drach. un. partes duas, hieræ pigræ drach. v. mastich,  
drach. unam & β. Conface cum succo endiuie, & penidiæ-  
rum drach. ij. Dosis earum est à drach. una usque ad iij.

Oribasius. Confectio pilularum mundificantium caput à  
cholera, & flegmate & conferentiū sodæ permistæ & mū-  
dificantium caput, & stomachum, & instrumenta usus: &  
atrahunt materias uehemētē. Quarum hæc est permissio.  
Recipe carpobalsami recentis, asari, mastich, absynthij, spi-  
cæ, scammonij, cimamoni electi ana drach. ij. croci dra-  
unam, nucis moschatæ drach. β. turbit boni & electi drach.  
iij. β. aloes drach. viij. colocynthid. interioris drach. viij.  
Fac pilulas. Dosis earum est à drach. una usque ad ij.

Galenus. Confectio pilularum cocciarum conferentium  
sodæ permistæ, & mundificantium stomachum, & caput,  
& instrumenta usus. Recipe aloes, scammonij cocti in  
citionio, colocynthid. interioris albæ & lenis, mastich, ab-  
synthij Romani ana partes æquales. Conface cum expres-  
sione solani: aut endiuie. Et dosis earum est à drach. una  
usque ad j. & β.

Pilulæ aliæ expertæ ualentes similiter, mundificant ca-  
put,

put, & stomachū, & confortant ea. Recipe aloes bonæ &  
electæ drach. v. mastich. drach. iij. rosarum siccarum drach.  
unam. Dosis earum est à drach. ij. usque ad aurcos ij.

Aliæ ualentes similiter. Accipe aloes drach. vj. miroba-  
lanorum citrinorum drach. iij. mastich. drach. iij. rosarum  
drach. ij. croci drach. unam.

## DE SODA FRIGIDA ab humore melancholico.



ABOR Heben Girges. Confectio pilularum  
indarum conferentium sodæ: cuius materia est  
melancholica, difficultis eradicationis, & con-  
ferentium mania & melancholia & epile-  
psie & lepræ, & morpheæ nigræ, & h ulceribus nigris.  
Quarum hoc est permissio. hieræ picræ 3. x. epythymi, aga-  
rici, polypodij, stœccados ana drach. viij. mirabalanorum  
nigrorum colocynthidis interioris ana drach. iij. ellebori  
nigri, salis indi. ana drach. ij. & β. lapidis lazuli drach. iij.  
Fac pilulas, da drach. j. β. usque ad ij. cum aqua casei infus-  
sionis epythymi & passularum enucleatarum. & parum sa-  
lis gemmæ. Sunt enim mirabiles. Sunt enim ex postero-  
ribus qui addiderunt in permissione earum garyophyllo-  
rum, anisi spicæ ana drach. j. & β.

Decoctio de epythymo conferens sodæ melancholicæ:  
& speciebus melancholia: & mania & lepræ: & mor-  
pheæ nigræ, & cancro, & fistulæ nigræ. Recipe epythy-  
mi, stœccados, mirabalanorum nigrorum ana. unc. j. kebu-  
lorum, emlicorium, belliricorium, turbit, eupatorij, agarici  
ana drach. v. polypodij: sennæ ana drach. vj. fumi terre,  
florum scœnanthi ana drach. iij. corticum ellebori nigri  
drach. ij. salis gemmæ drach. ij. β. passularum enucleata-

rum unc. j. & β. Omnia præter epithymum bulliant in lib. iij. aquæ usque ad lib. j. deinde bulliat epithymum in eo bullitione una modica. Deinde coletur & proiciatur in ea hiera & pigra unc. j. & fiat sicut diximus. Dosis est ab unc. j. usque ad iij.

Hamec filius Zecar. Modus infusionis conferens sodæ, cuius materia est humor adustus, aut melancholia: & est sublimè ad illud, & ad maniam, & melancholiam, & epilepsiam, & uertiginem, & lepram, & cancrum, & scabiem, & impetiginem. Cuius hæc est permissio. Recipe mirrobalanorum nigrorum, kebulorum ana drach. viij. epithymi rhobarbari ana unc. j. radicem buglossæ domesticæ, & syluestris, & florum earum ana drach. iij. absynthij drach. iij. sumi terræ drach. v. polypodij, agarici, stœchados, chamædrios: chamæepithyos ana drach. iij. liquiritiæ drach. v. fennæ drach. vij. passularum emucleatarum unc. j. Bulliant omnia præter epithymum in v. lib. aquæ usque ad lib. j. Vel timò uerò ponatur epithymum. Deinde coletur, & proiciatur in eacôfectionis Hamech secundæ unc. ij. & ponatur in sole in uase uitreo diebus vj. Et da ex eo ab unc. j. usque ad j. & β. Est enim mirabile

Mesui lube. Syrupus conferens ad ea quæ diximus, & nobile, & expertum, & confert quartanæ, & oppilationi splenis, & omni ægritudine quæ est de melancholia. Recipe capillorum ueneris, radicem buglossæ domesticæ, & syluestris, & florum earum, polypodij ana unc. j. epithymi unc. j. foliorum fennæ, chamæmeli, stœchados, ana drach. vij. chamædrios, scœnanthi, ellebori nigri ana drach. iij. sumi terræ drach. vij. eupatorij drach. iij. succi pomorum dulcium unc. viij. Omnia præter epithymum, & succum pomorum bulliant in lib. iij. aquæ usque ad lib. ij. Deinde bulliat

liat in eo bullitione una epithymum: & coletur, & cum succo pomorum & zuccari libr. ij. fiat syrupus. Dosis est à drach. x. usque ad xxx. & est sublime.

Alexander. Pilulæ de lapide Armeno. Conferunt sodæ melancholicæ: & educunt cum facilitate humorem melancholicum: & conferunt ægritudinibus melancholicis: sicut est mania, melancholia, & cancer, & lepra. Recipe hieræ picre: epithymi, agarici, lapidis armeni loti, & præparati, ana drach. quatuor scāmoneæ: drach. quinque, & propriè coctæ in pomo gariofilorum drach. unam, fac pilulas cum aqua rosata. Dosis, drach. unius.

Galenus. Canon est quod cura huius sodæ, non est expolianda ab uno trium regiminum, & similiter omnium ægritudinum melancholicarum. Primum est regimen humeratum, & impinguiatum, præter hoc quod facit cadere in oppilationes: & hoc ideo ut lenifcetur, & habilitetur corpus humoris, ut recipiat æqualitatem digestionis in toto. Et hoc regimen est necessarium in principio, & in medio, & in fine, & ante secundum regimen, quod dicemus, & post ut nō cadat in corpus humoris, ut resoluaetur subtile & remaneat grossū, & accidat residuo ipsius lapideitas. Secundū regimen est regimen resolutiuū, faciens resolutionem cū medio critate, & propriè eius quod habitatuū est ut fiat illud. Et hæc duo regimina oportet ut sibi inuicè semper succedat: secū dum hoc enim cadet digestio æqualiter in materiã, & æqualiter resoluetur. Tertium regimen, est regimen euacuiuum, in quo tria cōsiderabilia subdētur. Vnum ut nō semel, & multã: & subitam faciamus euacuationem, sed per interualla habentem temperiem, ut natura euacuationem, non euacuationem naturam regulet. subita enim, & uiolenta euacuatione uix à

natura regulariter operatur sicut impetus flammæ: quæ subito agit in subtile & prætergreditur grossum. Opus uerò moderati caloris est æqualiter in utranq; partē rei elixabilis & assabilis agere. Secundum considerabile est, ut euacuatium sit commensuratum non excedens mediocritatem, sed sit extensio eleuationis eius non recedens à gradu medicinarum incolu mium, quas te scire fecimus in libro rectificationum earum. Tertium est ut non expolientur solutiua à rebus lenificatiuis & humectatiuis. Hoc est enim quod operationem beatificat. Adhuc autem canon est ut in hoc triplici regimine confortetur cor cum rebus cordialibus generantibus in eo mineram gaudij: & tu elige eas ex simplicibus & compositis: quarum traditio est apud te: & cum administratione omnium quæ ad rem gaudij pertinent. hic enim est thesaurus curæ.

### De cura sodæ à permistione cholera nigra & flegmatis.



**I**VD A E V S. Modus pillularū conferentium sodæ à flegmate & melancholia. Recipe Myrobalanorum, kebulorum indorum, bellericorum: salis indi ana drac. iij. turbit epithymi: ana unc. j. & β. ellebori nigri, pulpe colocynthid. ana drac. iij. hieræ picræ drach. x. agarici drach. vj. stœchados drachm. iij. absynthij drachm. ij. Dosis earum à drach. j. usque ad ij. & sunt sublimes. Confectio pillularum stomachicarum solutione eductentium flegma, & utraq; cholera: & confert sodæ stomachicæ factæ ab eis, quarum permistio est hæc. Recipe hieræ picræ: turbit ana drachm. xij. myrobalanorum citrinorum kebulorum indorum ana drachm. v. agarici drachm. iij. salis gemmæ.

gemmæ, stœchados amneos ana drach. ij. epithymi. drach. iij. scammonij drach. ij. & β. Fac pillulæ cum succo seriola. da à drachm. j. & β. usque ad drachm. ij. & β.

Andromachus. Hiera conferens ægritudini capitis à flegmate & melancholia: & confert iuuamentum manifestum apoplexiæ & epilepsiæ & paralyti: & torturæ, & mollificationi: & initio aquæ: cuius permistio. Recipe succi absynthij unc. j. hieræ picræ unc. β. turbit drach. viij. colocynthid. interioris drachm. iij. squillæ assatæ drach. iij. agarici, stœchados, polypodij, & epithymi ana drachm. β. ellebori nigri, piperis albi, & longi, zinziberis, schœnanthi, chamedrios ana drach. iij. & β. cardamomi, macis, nigellæ, aristolochiæ, castorei ana drachm. iij. euforbij drachm. ij. & β. croci, petroselinii, cinamomi, polij, ana drachm. ij. absynthij drachm. iij. albarum pennidiarum unc. iij, mellis despumati quantum sufficit. Dosis eius est à drachm. iij. usque ad quinque cum aqua casei.

### De soda ex percussione.



**D** O D A propter percussione, filius Serapionis. Si supra percussione in capite nullum præterijt tempus, administramus in principio, quæ repellant, & non permittant materiam rheumatizantem ad locum recipi, & figi in ipso: sicut rectè administratur frigida stiptica cum aquis & expressionibus frigidis: sicut est ramis proprie cum aqua frigida multæ frigiditatis, & comprime uehementer super locum. Et ex eis sunt rosæ & santali. & faufel, & siefemita, & acatia, & bolus armenus, & cimolia, & lens

non excorticata, & litium, singulariter & coniunctim, quando miscentur cum aqua solatri, aut uirgæ pastoris, aut plantagineis, aut coriandri humidis, aut cum omnibus, aut cum aqua rosata, & infrigidentur in niue, aut cum expressione portulacæ. Si autem post percussionem præterijt tempus, & materia iam rheumatizauit, & collecta est, medicamen resolutiuum apponendum est, sicut ex chamæmelo, meliloto, foeniculæ, co, ra, uice althææ, & similibus. Si autem non resoluitur, curatur sicut dicimus in tractatu apôstemati. At uero & si rheumatizauit materia, & adhuc rheumatizat & partim collecta est, & partim colligenda utraq; cura indiget scilicet, & quæ repellat rheumatizandum, & quæ resoluat collectum & rheumatizatum. Sint satis hæc de curis soda quæ diximus, & sufficere possunt eis, quos Deus sanare uoluerit.

### De Hemicrania.



Hemicrania ægritudo est de genere uehementium dolorum, propterea quandoque indiget curatione, quandoque blandimento, & cura eius indiget observatione regiminum, ut in soda diximus, quæ propter oportet ut capitula illius canonis hic etiam afferantur in calida scilicet & frigida. Cura autem blandiens est cura non uera, est & stupefacere apud uehementem dolorem ipsius, & pulsationem. Nos autem sanitatis largitorem poscimus imprimis, ut de sui largitate ipsam egenti & sperantem annuat, qui sit benedictus. Afferamus autem ad locum hunc ex medicinis ibi memoratis, quas posuimus habere cõmunitatem iuuaminum ex omnibus ægritudinibus capitis. Et ponimus ex medicinis hic quasdam, quas quidem proprias hemicræ esse dixerunt.

### De Hemicrania calida.



Hic si peccatum est ex parte sanguinis flebotomiam conferre diximus. Si uero ex parte cholæræ euacuabimus eam, postquam digesserimus utramque partem eius: & hoc cū auxilio medicinarum quarum proprietates sunt hæc facere. Et ex eis est aqua fructuum, & infusio myrobalanorum, & infusio aloes in aqua endiuie quam diximus: & alia, quorum rememoratio præcessit, & danda hiera cum scammonia.

Alexander. Confectio trochiscorum quibus fit linimentum ad hemicraniam cholericam uehementem & pulsatiuam. Recipe aluminis drach. xv j. croci, 3. xij. colcoar 3. x. myrrhæ, drachmas tres, onfacij, rachmas duas, calcadis drac. duas, gummi arabici, drach. tres. Fac trochiscos cum uino forti aut aceto. Et cum necesse fuerit soluatur unus cum aceto permixto, & linatur super locum doloris, & stringatur super ipsum cum ligamine, ut sedetur pulsatio. Et quandoque apud necessitatem ponitur aliquantulum opij.

Democritus. Linimentum bonum ad hemicraniam calidam.

Recipe, ex fecæ atramenti sicca, & dissolue eam conterendo cum aceto multæ fortitudinis, cum octaua parte ipsius opij Aegyptiaci, & laboretur multum in contritione ipsius, sicut per diem unum, & linatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsum. Est enim expertum.

Archigenes. Linimentum ad hemicraniam calidam pulsatiuam expertum, & ad Sodem uehementem.

Recipe, succi agrestæ, myrrhæ, ana. partem unam, fecis atramenti scriptorum partes duas, aluminis, iameni, croci,



ana partem unam, & quartam. Confice terendo cum aceto uini contritione multa, & linatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsum.

Filius Zachariae. Si stomachus est causa, danda est post mundificationē infusio coriandri & psyllij cum saccharo in matutinis: & assiduetur illud, quia confert, si Deus uoluerit.

Idem. Errhinum fiat ex lacte mulieris cum modico capthuræ, & si necessitas uocat, adde tantundem opij quantum est capthuræ & distilla ex eis in aurem & narem que sequitur morbum. deinde stilla oleum uiolatum post horam cum lacte mulieris.

Ex embrocis alijs super hæc eligenda sunt & afferenda ad istum locum ea que congruant, & quorum proprie precesit rememoratio. Et ad hunc locum ex eis aliqua referantur que diximus in soda frigida.

### De hemicrania frigida.



**H**ERMES. Linimentum ad hemicraniam frigidam chronicam. Recipe succi rutæ agrestis, succi asphodeli ana unc. iij. castorei, euforbij, pyrethri ana drach. vj. piperis, sinapis, staphidisagriæ, calaminthæ, zinziberis ana drach. iij. croci. drach. iij. Fiant ex eis trochisci, & cum necessitas urget ex eis dissoluetur unus in aceto multæ fortitudinis, & linatur super locum, & stringatur cum pila. Est enim efficax, & eo utendum est, quando iam omnia non contulerint, quoniam est forte. Et quandoque cum lib. j. olei & uini lib. ß. & ceræ unc. iij. bulliant omnia usque ad uini consumptionem, deinde colentur: & fit idem unguentum mirabile.

Democritus. Medicamen magnum conferens hemicranie difficili,

difficili, & chronicæ quæ difficulter separatur. & non est quod conferat sicut illud: Accipe ex emplastro sinapisimo circiter lib. ij. & commisce cum olei scillæ unc. ß. costi, radicum capparis, euforbij ana drach. iij. omnia trita cum aceto, aut uino odorifero quantum sufficit aggregabis: & emplastra super locum, quoniam est ultimum.

Hippocra. Granorum lauri partem. j. libani partem. ß. Misce omnia cum aqua post ipsorum contriturationem: & linaes super locum.

Oribasius. Granorum lauri, foliorum rutæ ana partem. j. sinapis partem. ß. aggregentur cum aqua, & admixtrentur.

Alexander. Si est hemicrania à communitate stomachi, uomitus prouocandus est cum oxymelite & pipere, aut oxymelite & porris, aut oxymelite & rasano nutrito cum elleboro nigro. Deinde post uomitum detur diacitonite, aut citonia cum pipere & zinzibere propinato tamen ante uomitum per triduum apozemate apij, & hyssopi, & dauci, & similium cum oxymelite.

Idem. Errhinum, quo frequenter usus sum ad hemicraniam difficilem ex humore frigido. Recipe euforbij, castorei ana partes æquales. Fiant ex eis sies, & apud necessitatem fricetur cum uno eorum super eum cum aqua calida, aut oleo castino, aut nardino. Et distilletur ex eo in narem, & aurem, que ex parte doloris est. Deinde balneetur, & consequenter adhuc ex medicamine distilletur: & hoc uicissim, cito enim hemicrania soluetur, si Deus uoluerit.

Alexander. Linimentum quo nullum maius ad diuturnam, & difficilem hemicraniam inuenitur. Recipe euforbij, uitrioli ana drach. quatuor, myrrhæ puræ: trochiscorum croci, magnetis, croci, piperis al. ana drach. tres.

Tere omnia & confice cum aceto, sic conterendo contriti-  
nem multa usque dum fiat sicut mel. Et lines ex eo totum tem-  
pus: & dimitte usque dum desiccet. Et iterum secundo,  
& tertio inunge. Deinde laeuatur, & singulis diebus sine in-  
termisione faciat u'q; dū appareat sanitas, si Deus uoluerit.

Aliud eiusdem, Olei de sabina lib. unam, cera unc. tres,  
cusforbij unc. unam. Fiat ex eis unguentum, & ex eo mediam  
partē capitis inunge & frontis, antē quā lauēt in balneo,  
deinde laeuatur, & fiat hoc singulis diebus, quia sanabitur, si  
Deus uoluerit.

Galenus. Non est narcoticorum usus in uehementia ad-  
ministratonis ad agritudines capitis propter passibilitatem  
cerebri. Sed in uehementia necessitatis, quando dolor fit uehe-  
mens, & amentem reddit, aut ad syncopam perducit. Con-  
uertimus regimen ad administrandum ea cum timore, & cau-  
tela, post fractionem tamen excellentiæ eorum, & melius est  
administrari in emplastris quā in poribus. deinde in erri-  
nis. Et tu elige quæ uolueris ex eis, quæ diximus.

### De Scotomate, & Vertigine.



Vra eius agritudinis est quinque res. Pri-  
ma abscindit materiam. Secunda conuertit re-  
gimen ad membrum mandans, si est aliquod man-  
dans, & rectificat illud. Tertia conuertit re-  
gimen in administratione cibi & potus ducentium ad æquali-  
tatem. Quarta confortat cerebrum & caput totum, ut non  
recipiat quod mandat. Quinta conuertit uapores & su-  
mos ad oppositum & diuersum: & illud fit cum fricatione  
extrematum, & constrictione dolorosa, & uentosa-  
tione in eis & spatulis, & omni quod attrahit ad diuersum:

& cū clysteris, & suppositorijs, & similibus.

### DE SCOTOMATE, ET uertigine à materia calida & sanguinea.



Sanguis quidem in causauerit ex abundantia  
eius in toto corpore, primò de basilica minui-  
mus, aut de uena media. Et postea si neces-  
sitas urget: cephalicam minui-  
mus. Hoc enim  
est præceptum Hippocratis, & si adhuc perseverauerit ægri-  
tudo, flebotomabis uenam non pulsatilem, quæ est post au-  
rem, ex una parte, uel ambabus, si necesse fuerit. Scarifica-  
tio etiam cartilaginum aurium est multum conferens. Et com-  
petit etiam in hac specie uentofatio crurum, si autem sangui-  
nis abundantia in capite solo apparuerit, de cephalica minui-  
mus sola, & uenis quæ sunt post aurem. Scarificatio etiam  
auris utilis est, & appositio sanguisugarum in naribus, &  
appositio uentofarum in nucha & spatulis, & collo. Et qui-  
dem omni speciei eius confert hæmorrhoidarum præuocatio,  
& mulieribus menstruorum. Et sint cibi eorum sanguinis  
feruorem extinguentes, & congelati, & acetosi. Et confert  
eis administratio psyllij concassati cum aqua & saccharo in  
matutinis omni die: aut infusio coriandri: & cõferunt oleum  
rosatum & acetum concassata & infrigidata in melle, & es-  
fusa super caput: & olfactus eorum, & rosarum, & santal-  
lorum, sa. sel, & omne regimen extintiuum.

### De Scotomate & uertigine cholericæ.



VRATVR cum medicinis quas in soda dixi-  
mus: & cum decoctione myrobalanorum, &  
infusione aloes, & alijs, & cum regimine ci-  
borum extinguentium, & cum uomitu, & cum

*syrupo acetoso. Si est à stomachi communitate, & cum alijs, & cū clysteribus, & talibus: & conferunt eis hiera, & collyria.*

### De flegmatico scotomate.



**V**RATVR sicut soda flegmatica cum pillulis coccij, & infusionibus de hiera, & alijs, & si est à stomacho, cum uomitu, cū oxymelite & piperi: aut cum rasano, aut cum sinapi, & cum clysteribus, & talibus: & confert ei hiera Logadij iuuamentum manifestum, & hiera Archigenis, & theodoricon, & hiera Galeni.

Albruabam. Confectio stœchados, cuius iuuamentum est sublime ad uertiginem, cuius materia est flegma & cholera: cuius permissio hæc est hieræ picæ drach. x. agarici, epithymi ana drach. iij. myrobalanorum kebulorum, indorum, emblicorum, belliricorum, stœchados ana drach. iij. salis indi, drachmas duas Conface: cum secaniabim, & sit dosis à drach. ij. usq; ad iij. cum aqua calida in ieiunio.

### De uertigine melancholica, aut flegmatica uentosa



**V**ERTIGO. autem melancholica, aut flegmatica curatur sicut soda facta ab illis. Et uertigines quæ sūt à permissiõibus, similiter. Et uertigo quæ fit à uapore fetido, curatio est cum administratione redolentium calidorum, aut frigidorum, sicut necessitas inuitat.

De

### De uigilia, & sabara.



**I**à materia est, curetur qualiscunque sit, sicut in speciebus soda diximus, & cum emplastris, & linimentis, & embrocis, & errhinis, & alijs

Dioscorides. Terantur seminum papaueris unc. ij. aut ex corticibus & seminibus unc. j. & infundantur super ipsam aquæ fontium lib. ß. deinde post horas. vj. aut. viij. mulgeatur ex eis aqua, & propinetur in sero cū saccharo, & facit somnum soporis bonum, & quandoq; semen papaueris, & cortex ponuntur in sorbitionibus, & conferunt.

Haly. Suffumigium expertum ad somnum inducendum. Recipe corticum papaueris recentium anni sui. drach. xxx. tellarū de seni. drach. viij. seminis anethi, anisi, ana. 3. vj. masti. drach. ij. Puluerizentur & cribellentur per pannum de seta cruda, & misceantur cum eis penidiarum quantum est totum. Et sit dosis eius pueris à j. usque ad. ij. Iuuenibus uerò à drach. v. usq; ad. viij. est enim mirabile.

Andromachus. Suffumigium sedans uigilias & insomnietatem, & est expertum. Accipe corticum papaueris recentium anni sui drachmas quinque, seminis lactucæ, anethi, granorum solatri ana. drachmas duas, opij. karat. i. Tere omnia sicut alcohol. & da ex eo à drachmis duabus, usq; ad v.

Mahomet. Confectio trochiscorum expertorum ad sabara cum febre & acuitate, & sedat abalienationem, & febrem, & aufert sitim uehementem. Recipe seminis lactucæ, portulacæ, papaueris, seminis cucurbitæ, citrulli excorticati. ana drachmas quinque, succi liquiritiæ, amyli, tragacanthæ, opij. ana. drachmā unā, & ß. Terantur omnia sicut alcohol, & fac trochiscos cum muccagine psyllij.

Et sit

Et fit dosis eius à drach. ij. usque ad quatuor cum aqua frigida, & quando necessitas est maior, da cum aqua coriandri humidi, aut lactuca, aut citrulli, aut cucurbitæ, aut similiū.

Iudeus. Trochisci similiter valentes. Recipe hyoscyami, lactucæ, seminis papaueris, ana, fac trochiscos cum succo lactucæ, da drach. unam, uel duas cum aqua frigida.

Dioscorides. Opium cum oleo suppone, somnium facit, & propriè suppositum cum licirio: sed est tumorosum, & propter hoc oportet ut præparetur ita quòd possit extrahi quādo uis anti quā noceat, & similiter ex papauere nigro.

Democritus. Embroca conferēs ad sabaram, & dolorem capitis ex eadem causa. Rec. foliorum alzabanam. & capitis papaueris, & foliorum apij, & menthæ, & seminis lactucæ, hyoscyami, ana, partes æquales. Decoque in aqua usque ad consumptionem tertiæ partis ipsius, & ex ea fundatur super caput, & embrocetur cū ea. Deinde ligetur caput & cooperiatur pannis, expertum est. Et si ex eisdem fiat emplastrū, confert mirabiliter. Isaac. Embroca curans insomnietatem, & sabarā à causa frigida. Accipe florū chamæmeli, meliloti, a neihi, corticum radicum mandragoræ, sampsuchi, ana. Fiat sicut diximus, & embrocetur eum eo.

Si à caliditate, & acuitate fuerit insomnietas, embrocetur caput cum aqua ubi papauer, semen lactucæ, uiolæ rosæ, nenusar, folia salicum, hordeū excorticatum, hyoscyami semen & portulacæ, cocta fuerint.

Emplastrum conferens sabaræ, folia portulacæ, lactucæ, rasura cucurbitæ, lenticula aquæ, semperuiuum, aggregentur cū mucillagine psillij, & oleo de mandragora, & infrigidatū capiti supponatur. curat enim, si Deus uoluerit.

Filius Serapionis. Linimentum conferens sabaræ.

Recipe, croc drach. vii. opij drach. quinque, castiæ drachm. duas. Dissoluantur in oleo mandragoræ, uel rosarum, & fiat linimentum ex eis, quia sanat, si Deus uoluerit.

Aliud nostrum. Accipe succi lactucæ, portulacæ, semper uiui, herbe hyosyami, solatri ana partes duas, farinae sabaui & hordei, ana partē quintam, opij circiter partem sextam, olei mandrogorati, & rosati, ana partes duas, mucillaginis psillij, partes tres. Coquantur omnia simul usque dum fiant sicut pulmentum, & dimittantur infrigidari: & postquam caput embrocatum fuerit, supponatur, expertum est.

Filius Zezar. Oleum somniferum mirabiliter expertum. Recipe, opij drach. decem, seminis lactucarum, drac. octo, hyoscyami, & mandragoræ, ana drach. quinque, corticum papaueris, drach. duodecim. Terantur contritione grossa, & proiice super eam aquæ expressionis mādragoræ, aut coctionis eius lib. unam, aquæ decoctionis capitum papaueris lib. unam, olei sesamini, lib. unam. Coquantur in uase duplici usque ad consumptionem succorum, & ex eo frontem & sinaput unge, & si ex eo errhinum feceris, confert, & similiter si ex eo in nares inieceris. est enim expertum.

Ex errhinis plurima in soda dicta sunt. Et tu ex illis elige secundum quòd exigit dispositio. Et ex eis est illud quòd fit cum oleo mandragoræ quando distillatur ex eo in nasum cum emulsione lactis. Et similiter ex oleo nenusarino, & rosato, & uiolato, & quandoque destillantur in aurem, & cōferunt, & quandoq; additur eis opij sicut granum orobi: & quandoque cum oleo de papauere, aut de lactuca.

Gabriel Errhinum conferens sabaræ, Recipe opij, croci, corticū papaueris, castiæ. a. fiat collyria & dissoluatur in oleo rosato, & destillentur ex eis in nares. quoniā est expertum.

Idem Errhinum, si fuerit à causa frigida fiat cum oleo de croco, & anethi & chamæmeli, & si oportet cum modico opij, & croci cum eis.

Gabriel. Suffumigium conferens saharæ. Recipe rosarij, uiolarum, foliorum salicum. ana uncia j. santali macaziri. uncia ß. florum nenufaris drach. iij. corticum papaueris drach. vij. ponantur in ampulla uitrea, & impleatur deinde aqua rosata, & obturetur orificium eius, deinde bulliat super cinere calido usque ad consumptionem tertiæ partis ipsius. Post hoc deobtura orificium basis, & patiens inde fumum recipiat, inducit enim somnum.

Aliud eiusdem satis efficax. Recipe florum chamæmeli, florum anethi ana uncias ij. meliloti drach. viij. corticum mandragoræ, castiæ, scœnanthi. ana drach. iij. corticum papaueris drach. viij. ligni aloes boni drach. ij. & ß. Fiat sicut diximus est enim expertum.

### De Phrenitide.

**C**URA eius ægritudinis, si iam impressit, casta est, si autem sit præparamentum us imprimat, sed adhuc non impressit, curatur: sed non apud negligētes & stolidos. Et curat ipsius sunt quinque res. Prima subtrahit materiam, & abscindit eam. Secunda conuertit uaporosum eius ad diuersum & oppositum. Tertia conuertit regimen ad confortandum caput, ut non recipiat quod ad ipsum transmittitur de uaporibus, & extinguat audaciam acuitatis eorum. Quarta conuertit regimen ad ea quæ possit fieri temperies, & adæquatio, ex eis quæ dicam. Quinta conuertit regimen ad sedationem accidentium. Tres autē ex eis sunt principales, & respiciunt causam, & sunt de necessitate curæ. Duæ autem posteriores preparant, & adiū

adiuant. Et una ponit regimen in diæta. Et alia sedat accidia præua. Distinguendum autem est in his rebus hoc modo.

Primam rem complet flebotomia, ubi necessaria fuerit, & medicamen solutionis quando opportunum fuerit, & administratio clysterorum lenium non transgredientium leuitatis gradū, uel modicum transgredientium: ut non fiat incitatio.

Secundam rem complent fricationes extremitatum, & ligationes cōpressiue dolorose in eis, & effusiones aquæ calidæ in eis ante fricationem & post: & uentose positæ in tibijs, & brachijs: & scarificationes in auribus, & sanguisuga in naribus, & sternutatoria & gargarismata: & prouocatio hemorrhoidum, & in muliere sanguinea, menstruorum.

Tertiam rē cōplent linimēta, & emplastra repercussiuæ, considerata sicut diximus in soda, & cautione ibi distincta.

Quartam rem complet administratio potuum & ciborum sedantium inflammationem, & aeris puri temperati: & domus exuta à formis, & luciditate, in qua sternantur redolentia frigida, & in qua sit fragor ranorū redolentiū frigidorū cū tenui murmure: fluētia aquarū frigidarū & omni quiete, & administratione gaudij lenis, & sonitus organorū tenuis. Quintam rem cōplet administratio medicinarū somniferarum & sedatiuarū: & potius quā satietas, societas amicorum qui prohibeāt & uincāt agitationē eius: & sint fideles in administratione eorū quæ inducuntur ab artifice, & prudēter coereant permissionem ipsius, aut saltem mulceant.

### De Phrenitide sanguinea.

**I**N primis si nihil fuerit quod prohibeat flebotometur cephalica: & deinde flebotoma uenas frontis: uel sanguisugis applica eis, aut in naribus: & si est quod prohibi-

prohibet. saltem ex uenis frontis: aut narium sanguinis fiat extractio. Et scito quodd est utilis, & omni speciei phrenitidis confert hæmorrhoidum prouocatio, similiter aurium scarificatio.

### De Phrenitide cholericæ.



Phrenitis cholericæ medicina solutiua indiget, sicut est aqua fructuum, & syrupus uiolatus, & rosatus, & diasiracost, & alia quæ diximus in soda. Linimenta in principio rei utilia sunt ex oleo rosato, & aceto conuassatis, & alia quæ diximus. & emplastra, & errhina, & suffumigia, & tu elige ea in capitulo de soda. Et si uigilias patitur, affer ad locum hunc quæ diximus: insabara & alienet omnino cibaria grossa & aquam frigidam. Et scito in sanguinea indiget resolutione plus, & extinctione minus. Et in cholericæ contra. Hoc enim studio sanabitur, si Deus uoluerit.

### De Letbargo, & est sirsen frigidum.



Vra huius ægrotudinis sunt quinque res: quas nominauimus in phrenitide, sed aliter atque aliter acceptæ.

Prima est occupari ad subtractionem materiei cum clysteribus fortibus & acutis, & cum uomitu, & interdum cum uentris solutione.

Secunda est couertere materiam ad oppositum aut diuersum, & deriuare de parte in partem & hoc quidem completur cum scarificationibus extremitatum, & compressione dolorosa in eis facta, & ligaturis fortibus, & effusione quæ calidæ in eis, & uentofatione sine scarificatione, quæ

procedat

procedat descendendo: sicut uerbi gratia. incipiendo à nucha, & collo subdescendendo ad spatulas, & brachia, & crura, & est res efficax. Completur etiam secunda res cum sternutatorijs, & gargarismatibus, & scarificatione aurium, & prouocatione hæmorrhoidum, & menstruorum.

Tertia res conuertit regimen ad hoc ut repellatur materia, quæ transmittitur ad caput, aut resoluitur transmissa. Et completur in principio rei cum medicinis repercussiujs, sicut est oleum rosatum propriè conuassatum cum aceto, & completur in processu rei cum repercussiujs in parte, & in parte resolutiujs: sicut qui rectè oleo rosato, & aceto misceri docuit castoreum conuassatum cum eis, & superpositum. adhuc re multum procedente cum resolutiujs tantum: sicut loquemur post.

Quarta res est regimen in diæta: & alijs exterioribus, & completur cibus, & potibus conuenientibus, sicut est aqua ciceris, & aqua hordei cum barbjs porrorum, & hyssopo, & ruta: & hydromelite, & allio cum pipere pauco, si non multum febrat. Et alienetur aqua frigida omnino. Et completur etiam locando eos in domo lucida plena imaginibus, in qua sit strepitus, & tumultus loquentium, & astantium uehemens cum inquietatione egrorum: & prouocando eos ad iram, & iurgia, ut non profundentur in somnum, exercendo coram eis sonitus, & strepitus horribiles, & laboriosos.

Quinta conuertit regimen ad sedationem accidentium, quæ sunt subet, & somnus grauis, & soda quæ non sentitur, & obliuio loquendi, & obliuio urinandi, egerendi, & aliorum: & hanc rem complet administratio rerum uigilare facientium, & prohibentium subet, & sedantium sodam, &

remouentium obliuionem, & incitando eos ad loquendum, & uigilandum, & euellendo pilos eorum, & incitando eos ad urinandum, & egerendum, etiam si oportet comprimendo uescicam & peccinam ad hoc ut urinent. Hoc est totum genus curæ eorum, & hoc toto genere sanabuntur: si Deus uoluerit.

Filius Zachariæ. Clystere conferens lethargo flegmatico, & obliuioni, & apoplexiæ.

Recipe colocynthid. interioris drachm. ij. & β. cartami. unc. j. corticum radicum capparis, seminis urticæ ana drach. iij. calaminthæ unc. j. coquantur omnia in lib. iij. aquæ usque dum redeat ad libr. j. β. & accipe huius expressiois libr. β. murinabati unciam unam, & cum oleo fiat clystere, & iniiciatur.

Filius Zachariæ. Clystere conferens lethargo melancholico, & est ille qui rariùs aduenit, & si accidat raro eradicatur, & apoplexiæ ab eadem causa.

Recipe epithymi rubei unciam unam, colocynthid. interioris drachmas duas, polypodij unciæ semissem, calaminthæ manipulum. j. coquantur sicut superius. & fiat clystere cum oleo cham. emeli.

Galenus. Clystere efficax & sublime ad lethargum, & apoplexiam, & paralyfim.

Recipe arthanitæ & colocynth. interioris ana drachm. j. & β. cartami. unc. j. centaurij minoris unc. β. ellebori albi. drachm. j. & β. hæræ drach. viij. coquantur omnia sicut diximus, & clysterizetur cum eo.

Aliud nostrum. Recipe colocynthid. drachm. ij. centaurij unc. β. cartami, polypodij ana unc. j. hyssopi, hæræ, radicis maluæ ana manipulum. j. mellis ℥. ij. uel iij. salis massæ. unc. β.

unc. β. salis gemmæ drachm. iij. fiat sicut diximus. Est enim utile: si Deus uoluerit.

Vomitus quoque prouocandus est cum sinapi, & cum oxymelite, aut cum rasano, & cum oxymelite & oleo, & sale, & aqua chrisolocane aut sicla, aut cum decoctione asfereireng: aut similia.

Alexander. Si uentris solutio necessaria fuerit propter plenitudinem, & exhiberi illam fuerit possibile. Da castorei drachm. j. tertius. ij. & scammonij cocri, & preparati unc. j. sextam, plus uel minus. sicut oportere uidebis, & cum hydromelite dabis. Sed melior omni euacuatione clystere.

Sternutatoria & gargarismata in capitulo de soda frigida eligantur. & embrocæ similiter, & errhina, & odoramenta. sed ex oderabilibus in hac parte est neemen, & hæræ: & proprie in processu rei. & castoreum, & calamintha, & ruta: & fumus pilorum ignitorum cum castoreo, quoniam excitat eum: aut capillorum infirmi: quos prius euulsi sunt euulsione dolorosa.

Democritus. Sinapisinus congruit lethargo, cuius difficilis est resolutio. Sinapisinus quidem est dictus in reposito-rio medicinarum uniuersalium.

Archigenes. Acetum scilicet conuassatum cum oleo rosato, in quo disruptum sit castoreum confert lethargo, & euigilare facit, & quandoque pro oleo rosato permixtio fit ad oleum irinum, aut oleum de narciso. & quandoque permiscetur cum eis capilli hominis adusti, & est mirabile.

ALEXANDER. Capilli hominis adusti & tritum cum aceto, usque dum fiat totum sicut unguentum, sunt medicina mirabilis ad lethargum, & subet.

ex oleo & aceto conq̄uassatis diu caput linatur. Sed postquā  
circunteneri incipiunt, admisceri oportet castoreum, aut  
fœniculum algi, aut pulegium, aut calamintha, aut omnia, aut  
singula.

Epithema ex arte nostra conferens lethargo, & subet,  
& euigilare faciēs. Recipe pyrethri, sinapis, scillæ ana unc.  
j. castorei, enforbij ana unc. v. Misce omnia cum succo affi-  
dili, & succo sampsuchi, & epithymetur ex eis puppi  
cerebri.

Andromachus. Accipe scillam & tere, & calidam super  
locum quantum ex ea oportet puppi capitis applica, postquā  
cum oleo rosarium & aceto & castoreo conq̄uassatis locum  
inunxeris.

Archigenes. Linimentum resoluens lethargum, & subet.  
Accipe olei de ben, olei nardini, & costini ana partem j. ca-  
storei quartam partis unius, enforbij tantundem & similiter  
scillæ partem j. & β. fiet ex omnibus linimētum: & epithy-  
metur cum eo.

Galenus. Si diuturna efficitur passio, castoreum, à granis  
iij. usque ad v. cum oxymelite bibere dandum est satis à me  
expertum. Et similiter theriaca data: aut nutridanum cōfert:  
aut diamoschus, & similia.

Philagrius. Stimulantia corpus sunt de genere materia  
diuertere facientium: & operantur plus quam fricatio  
extremittatum, & compressio dolorosa. Et sunt proprii  
quando linimenta, & confricationes fiunt cum rebus ac-  
tis: sicut est acenon scilliticum proprie, & scilla, & sine-  
pis cum aceto, & urtica, & semen eius, & pyrethrum, &  
semen almezereon, & folia eius. Ex istis enim, cum fric-  
cantur extrema materia ad diuersum trahitur, & subet  
impeditur

impeditur: ut non profundetur in ipsum, si gloriosus Deus  
uoluerit.

### De diminutione memoriæ.



N primis mundificatio fiat capitis & corporis  
totius si est a materia flegmatica, postquam di-  
geßeris eam. Et euacuatio in principio rei cum  
medicinis operantibus cum facilitate, sicut est  
hiera cōfortata cum pulpa colocynthid. & castoreo, & alijs  
quæ nominauimus in sōda: & gradatim procedemus ad maio-  
ra, sicut sunt hiera magna, theodoricon, & nuces moschatae,  
& alia quæ diximus: & collige ex eis emplastra & errhi-  
na, & alia. Et afferas etiam ad hanc partem quæ diximus in  
lethargo.

Mahomet arafi. Linimentum conferens lethargo, & obli-  
uioni, & congeellationi.

Recipe olei sambacini unc. j. de ben. unc. ij. enforbij unc. j.  
castorei unc. β. fiat linimentum: & ungetur cum eis locus me-  
moriæ, quoniam confert.

Filius Zexar. Zinziber cōditum reparat memoriā, &  
proprie sumptum quolibet mane, & quandoque confor-  
tatur cū libano, & pipere, & est efficacius. Et quadoque cō-  
fortatur cum anacardis, & proprie si admistæ sint zinzibi-  
beris conditi. unc. tres, mellis anacardi unc. j. & β. & sit  
dosis unc. j.

Filius Girges. Medicamen eiusdem reparatiuum memo-  
riæ, & conseruatiuum eius. Accipe acori. in alio hubeg,  
nutriti lib. β. pipere longi unc. j. partes duas, cumini unc. β.



Miscantur omnia simul & administrantur. Et sit dosi eius à drach. ij. usque ad v.

Hali. Medicamen expertum conseruans memoriã & conferens senibus. Recipe mellis anacardi partes duas, libani, cyperi, acori, ana partes duas, piperis, macropiperis, ana partem unam, chebulorum, indorum, ana partes duas, cumini. partes ij. mellis quantum sufficit. Dosis eius est drach. ij.

Medicamen nostrum expertum ad destructionem memoriæ, reparans & conseruans eam.

Recipe mellis, myrobalanorum chebulorum lib. j. piperis longi unc. iij. & β. Teratur piper, & misceatur cum mele & chebulis, & aromatizetur cum galliæ moschatæ, drachm. ij. moschi boni drachm. β. & sumatur ex eo omni mane in ieiunio à drachm. ij. usque ad quinque. Est enim nobile expertum. Et quandoque miscuimus cum eis libani masculi unc. j. & est bonum. Et quandoque datur prædictum sine libano, postquam deglutauerit cicera tria, & est melius: & proprie sumptum cum aqua hyssopi & libani: aut uino permisto.

Filius Zachariæ. Confectio anacardina bona conferens obliuioni, & caniciei ante horam, & morphæ, & baras.

Recipe myrobalanorum indorum, emblicorum, belliricorum ana unc. iij. piperis, macropiperis, libani, zinziberis, hyssopi sicci, acori, spicæ cyperi, & in alijs pro acoro kuhbez ana uncia semissem, mellis quantum sufficit. Dosis à drachma una, usque ad duas, experium uerax. Confectio anacardina quam diximus in antidotario excellens est in confortatione sensuum, & memoriæ: & facit eam recuperare deperditam.

De

De Melancholia, & Mania. 1. *Melancholia si uis si*  
*de diu. ceterum in terra*  
*non est ma*  
*san eobian*  
*legi cap. de*  
*hanga in fa*  
*tanone*



**D**IXIMVS in soda intentionem Galeni, in curatione ægritudinũ melancholicarum esse in tribus rebus. Prima res est regimen circa adæquationem curæ eius, & dignotionem ipsius. Secunda res est sollicitudo circa euacuationem eius. Tertia res est regimen confortatiuum cordis complectens omne regimen dilatans animam, & faciens in ea mineram gaudij. Primam autem rem duo tangunt regimina.

Primum regimen est regimen humectatiuum, quod in tota curæ protelatione extendendum est, præterquam quod faciat cadere in oppilationes: & completur hoc regimen cum balneis, & embrocis humectantibus ante cibum: & effusionibus aquæ calidæ super caput, & humectationibus aeris habitaculi eius, & fricationibus, & unctionibus tenerum facientibus corpus. Et cum cibus, & potibus humectatiuis, humores laudabiles generantibus, & omni quod impingat & humectat ex cibus, & potibus, & medicinis: & quiete, & somno, & sit studium in omnibus his supra studium secundi regiminis quod nunc narro. Secundum regimen est regimen resolutiuum faciens resolutionem cum mediocritate. Et proprie eius quod habilitatum est ex præcedenti regimine ut fiat illud. Et hæc duo regimina oportet quod sibi inuicem semper succedant: ut cadat digestio æqualiter in materiam, quoniam est curæ uera.

Secundam rem complent tria considerabilia in euacuatione materiæ attendenda. Primum est ut non semel

laboriosam & subitam faciamus euacuationem, sed per interualla habentem temperiem: ut natura euacuatiuum regulet, non euacuatiuum naturam. Hoc enim est præceptum Hippocratis. Subita enim & uiolenta euacuatio uix à natura regulatur. Et eius operatio est sicut impetus flammæ quæ subito in subtile agit, & debile, & prætergreditur crassum. Opus uerò moderati caloris est æqualiter in utraque parte rei elixabilis, seu assabilis agere.

Secundum considerabile est ut euacuatiuum sit commensuratum, non excedens mediocritatem, sed sit extensio elevationis eius non recedens, aut modicum recedens à gradu medicinarum incolumium, quas te scire fecimus.

Tertium est ut non expolietur solutina à rebus lenificatiuis, & humectantibus. Hoc enim est quod operationem beatificat.

Amplius autem rei huius secundæ regimen perficitur cum administratione flebotomiæ & subtractione sanguinis ubi oportet. Et cum administratione medicinae euacuativæ, & enematum, & collyrriorum conuenientium primo lenium, deinde acrium: & interdum uomitus, quando proprie passio est stomachica, aut stomacho fuerit aliquid, quod ad ægritudinem addat, aut cum cibus fuerit corruptus in stomachis eorum.

Tertiam rem complet administratio rerum secundum omne genus generantium eis gaudium & lætitiã, siue cibilium, siue medicinalium, seu potabilium, & adhuc ex rebus quæ audiuntur, & uidentur, & odorantur, & quocumque modo sentiri possunt, & administratione aeris temperati, & aspectu formarum multæ decoris & ornatus: & negociatione iucunda, & blandimentis, & suggestionibus & promissionibus rerum de quibus dolent deperditis, & aspectu ludorum

dorum distrabentium intentionem eorum à re de qua dolent, & omne quod ad rein gaudij pertinet.

### Cura mania, & melancholia sanguinea.



**S**i sanguis exuberet in toto, & uenæ plenæ sunt, euacua ex uena nigra, & post istam ex basilica: & hoc in melancholia. In mania uerò fac contrã, scilicet incipe à basilica, & post istam si oportet fac uena nigra. Et post istas flebotoma de sphenis, & si adhuc oportet fac ex uena quæ currit ad pollicem pedis, si uideris in ea plenitudinem: & maxime in occultatione menstruorum, trahit enim ea flebotomia hæc. Et si ad hoc, hæc non contulerint, ex uena frontis facies, aut sanguisugas in ea, & naribus applicabis, quoniam omni permissioni confert. Et est administranda in hac ægritudine semper flebotomia larga: ut non egrediat subtile, & remaneat crassum. Et si sanguis peccatum in capite solo fuerit, flebotoma ex cephalica, & considera quæ duarum partium capitis sit grauior, & tunc ex eadem cephalica flebotoma. Et si fuerit sanguinis abundantia, propter oppillationem quæ est in hepate aut splene, flebotoma ex saluatella dextra, aut sinistra. Et si fuerit in utroque, nunc ex hac, nunc ex illa flebotoma. Adhuc autem te scire fecimus, quod hæmorrhoidum prouocatio, & menstruorum, & omni eorum speciei confert, & similiter apertio uaricum, & similiter apertio plenitudinis uenarum pedum in fine rei.

Sabor Rex Medorum. Syrupus conferens mania & melancholia ex adustione cholerae citrinae.

Recipe succi buglosi domestici, & syluestris ana lib. duas,

succi pomorum dulcium redolentium lib. tres folliculorum senna, unc. quatuor, croci, drach. duas sacchari tabarzet libr. tres, fit autem sic. Senna proiciatur in succos per diem & noctem post cōtritionem eius, deinde bulliant ebullitione una, aut duas. Deinde cum saccharo fiat syrupus. Crocus autem confricetur in panno, in eius decoctione da drach. duas, uel tres, cum aqua buglosi, & quandoque apud necessitatem detur cum aqua casei.

Galenus. Accipe folliculorum sennæ, libr. unam. Et submerge ipsam in cado musti. albi, & dimittatur per menses sex, & propinetur cum aqua buglosi omni mane in ieiunio.

Confert enim mania, & melancholia mirabiliter. Et mundificat cerebrum, & sensus, & generat gaudium. Et si decoquatur senna in iure gallorum & gallinarum, aut carniū, aut piscium, aut ouorum, confert similiter.

Filius Zesar. Infusio epithimi conferens mania, & melancholia ab adustione cholerae citrinae. Recipe epithimi Cretensis unc. tres, florum buglosi domestici aut sylvestris unc. unam, salis indi. unc. unam, & quintam pone in scutella lapidea, & projice super eam aquae casei sumptæ ex capris uncias duodecim, & dimitte die & nocte sub aere limido. Deinde bulliat ebullitione una, & coletur, & proiciatur super ipsum catharci rosati unc. β. Et est dosis unc. una. uel duæ. Infusio alia. Recipe sennæ unc. duas, pruna quadraginta, aqua casei quantum sufficit.

Trifera de epithymo, quæ administratur inter euacuacionem, & euacuacionem, in diebus quando non administratur euacuatio.

Facit enim reuiuenscere, & generat gaudium, cuius permistio.

mistio. Recipe Myrobalanorum kebulorum, emblicorum, belliricorum & indorum ana partes æquales, epithymi sublimis partes duas hieræ picrae, partem β. Confice cum melle emblicorum, aut chebulorum. Et da omni die sicut diximus à drachmis duabus, usque ad quatuor.

Gabriel. Pilulae de lapide Armeno, quæ mundificant caput ab humore melancholico: & conferunt ægritudinibus, quarum materia est melancholica, sicut mania proprie, & melancholia, & tristitia sine causa. Quarum permistio. Recipe polypodij, epithymi, ana drach. quinque, lapidis Armeni loti secundum artem drachmas duas & quintam, myrobalanorum chebulorum, indorum ana drach. ij. stœchados drachmas decem, salis indi, colocynthid interioris ana drachmas quatuor, emblicorum, belliricorum, hasce, ellebori nigri ana drach. tres, hieræ picrae, turbit. ana unc. unam & β. confice cum oxymelite, & da drachmam unam cum aqua casei.

Filius Zachariae. Modus cōfectionis conferens melancholia & timori. Recipe myrobalanorum nigrorum drach. uiginti, harnel, polypodij, scebram, marubij albi ana drach. v. epithymi drach. quindecim, stœchados drach. decē, agarici, ellebori nigri, elfeleugemisch. ana, drach. v. caryophyllorum. 3. ij. mellisæ. 3. ij. corticū citri, buglosi. ana. drach. iiij. nucis moschatae, galliæ moschatae ana drach. j. Confice cum melle passularum, & melle emblicorum. Dosis ana drach. duæ usque ad. iiij.

Filius Zachariae. Modus electuarij Letificatis, & generantis gaudium, & reuiuenscere facietis, & coloris pulchritudinem, & odoris bonitatem in toto corpore operantis, & digestionis bonitatem, & retardantis canos, cuius permistio hæc est. Recipe rosarum drachm. duas cyperi drachmas tres, & β. caryophyllorum mastich. ligni aloes. spicæ.

*spica*, *asari*, ana drachmam unam &  $\beta$ . *cinamomi*, *croci*, *meliſſæ*, *alfeleugemiſch*, *margaritarum*, *foliorum indoriæ*, *macis*, *cardamomi*, *heyl*, *nucis moſchatæ*, *corticū citri*, *galliæ moſchatæ*, *zedoariæ*, *doronigi*, *ozimi maioris* ana drach. j. *moſchi boni* drachm. e unius quartam. Conſite cum melle belliricorum, & melle emblicorum: quod ſit quadruplum ſpecierum. Sumatur ſicut triſera, & eſt magis conueniens in hyeme.

Alia adhuc ad maniam & melancholiam conuenientia eligi poſſunt, ex his, quæ tradita ſunt in grabadim maioris, & in capitulo de ſoda, ex his quæ educunt materiam eorum, & ex his quæ confortant cor, quæ requirantur ibi, & aſſerantur ad locum hunc.

Embrocæ autem conuenientes eligantur, in quibus ſtudium humectandi ſit uincens ſupra ſtudium calefaciendi, aut inſrigidandi. Et nos plura ex his diximus, & tradidit Galenus decoctionem capitum hædorum, & pedum iuuenum caſtratorum cum lacte nuper mulſo, & butyro crudo eſſe embrocæ mirabilem ad humectandum, & leniendum ea in quibus humectatione querimus: & eſt neceſſe ut in die quietes ex ea caput linatur, & embrocetur.

Alcanzi. Mulgeatur ſuper caput lac, & oleum de curbita, aut oleum de lactuca, aut de papauere cum oleo chamæmelino, & iuuatur eis multum, & humectat cum temperie.

Embrocæ conferens eis, & faciens ſomnum. Accipe papaueris, & chamæmeli, & ſeminum lactucæ ana partes æquales: Coquantur in aqua ſufficienti uſque ad conſumptionem medietatis eius, & embrocetur cum ea.

Vomitua cōgrua in tribus caſibus paulò antè diximus eſſe, & ſiant

& ſiant in primis cum leuioribus, ſicut proprio cum oxymelite & aqua tepida, aut cum oxymelite & raphano, aut cum raphano qui eſt nutritus cum elleboro nigro, aut cum expreſſione raphani ſic nutriti, aut cum aqua decoctionis mabrahumich: & redi poſt illud ad confortationem ſtomachi cum eis quæ dicemus. Imò ſit ſtudium tuum poſt curam cordis, ut uiuificetur in eo digeſtio. Et ſi accidat ut corrumpatur in eo cibus, tam cito uomitu expellatur. Nihil enim eſt in in eis deterius, quàm corrupta digeſtio, & cibus ſupracibum indigeſtum, & ſomnus ſupra cibum corruptum: & balneum: quinimo ſuſtinere cibum corruptum: eſt eis res noua.

Galenus. Vitent acuta, & ſimiliter urinam prouocantia, quoniam quod ſubtile eſt in materia excluditur: remanet in reſiduo craſſum eius, pronum fieri eſſentiæ lapidis ſimile.

Galenus. In melancholia ſpleni, aut myrachia, ſollicitudo attendenda eſt circa ſplenem & myrach, & ſit quadruplex ſollicitudo.

Prima, qua mundificetur corruptum eorum.

Et ſecunda, ut prohibeantur uapores corruptionum uenire ad caput, & proprie cum uentofis, & emplaſtris rubificantibus ſuper locum, & fortaffe cum cauterijs, & cum eis quæ detrahūt ad diuerſum & oppoſitū: ſicut ſunt clyſteria, prouocatio hæmorrhoidum, & menſtruum, & ſectomia ſophenæ, & uenæ pollicis, & poſitio uentofarum in tibijs, & pedibus.

Tertia eſt ut cōfortetur et reſtificetur ſplen & myrach, ut materiæ non corrumpantur in ipſis, imò digeratur omne corruptum, & fiat minera materiæ laudabilis.

Quarta

Quarta est ut confortetur cerebrum, & non recipiat superflua, sicut saepe diximus.

### De Epilepsia.



VERA huius aegritudinis est sex res.

Prima ponit regimen in uita.

Secunda aequat, & coaptat materiam.

Tertia abscindit eam.

Quarta ponit regimen in conuersione residui eius, ad partes diuersas, & oppositas.

Quinta rectificat membrum mandans, si est aliquod mandans: & rectificat cerebrum.

Sexta corrigit accidentia.

Primam autem rem complent administrationes regiminum in sex generibus rerum non naturalium, de quibus est aer, qui est temperandus eis, nec calidus sit, nec frigidus, sed sit ad siccitatem declinior: & confert interdum de regione in regionem mutare aerem, & aliquando consuetum, si sub eo morbus accidit. In eis enim saepe disuetus morbum permutat: & in quibusdam si disuetus addat ad morbum, reuertitur ad consuetum permutat: & tu complexionem aegri, & aerem considera: & reuelabitur fugiendus aer, an non fugiendus sit. Cibus autem commensurandus in qualitate & quantitate est: & in proprietate, & alijs. Cibus pueris sit lactificatum in bonitate dietae lactantis & bonitate dispositionis eius, ut nec pinguis, nec tenuis, nec iracunda, nec pigra, nec multum laborans, nec multum quiescens, uidua uultu bonorum morum, non luxurians, cuius operationes naturales sunt uere & proprie digestio. Et alijs sit cibus,

bus boni nutrimenti, & laudabilis chymi, non uaporosi, aut corrupti: & sit cibus habens mediocritatem cum declinatione sua ad siccitatem modicam, & sit facilis ad digerendum, non grauens naturam, & neque sumatur ex eo usque ad repletionem, neque supra repletionem, neque supra cibum indigestum. At uero satietatem nauseatiuam uita in quantum possibile est. Adhuc autem elige ex cibus secundum proprietatem. Inquit enim Dioscorides. Ruta confert epilepticis, apium uero eam excitat. Et fortasse en-diuiua conceditur, & anethum, & coriandrum. Et prohibeantur fructus omnes, nisi quidam stiptici super cibum, ut prohibeant ascensum uaporum, & confortent stomachum. Et prohibentur caules & porri. Et pisces quidem sunt molesti eis, hœdina uero carnes, pullina, & gallinarum, & capreolorum, & leporum inuenum, & quae hoc cursu procedunt.

Potus autem eorum utilis est uinum multae permistionis, nec nimis antiquum, nec nimis nouum, clarum, subtile, odoriferum, stipticitatis parum habens. Dulce uero & crasum est malum, & similiter etiam purum, si sit elegans. Hydromeli quoque est potus eis elegantius quam unum. Vitent autem superrepletionem potus qualiscunque sit, & quando digestio fieri incipit, & potum omnem immoderatum, & potum aquae, & potum uaporosum: sicut est uinum de dactylis & similia,

Famem autem omnem, & repletionem fugiant.

Moderatum quoque ieiunium confert, & melius in hoc casu moderate inanitum, quam repletum.

Vitent coitum, & fortassis coitus apud eos, qui ultime abstinent, si moderatus sit, sanat. Somnus autem & uigiliae supra

supra rationem nocent: & supra satietatem somnus nocet, & supra nauſeam. Confert uero apud principium digeſtionis cibi, ſed moderatus. Somnus apud ieiunium & uacuitatem nocet. Exercitium & quies ſupra rationem nocent. Moderatum uero utrumque confert: & proprie ſecundum legem. Nam moderatum exercitium in ieiunio confert. Nocet qualecunque ſit poſt cibum. Quies uero e contrariò inuauat, & nocet. Omne autem quod dilatat animam, & confortat, confert. Anguſtia autem & triſtitia nocent, & dolor, & ſolicitudo laborioſa nocent.

Secundam autem rem complent, quæ materiam proprietate & uirtute adaptant, ut eius facilis fiat expulſio, qualia ſunt ſcilla, & acetum eius, & oxymel ipſius, & decoctio, & ſyrupus hyſſopi, aut alhaſce, aut ſtoechados, aut acori, aut origani, & ſimilium.

Tertiam autem rem complent euacuationes decentes, quarum rememorabimur, & clyſteria, & ſuppoſitoria lenia, & acuta. Et in ſanguinea ſtebotomia ſophenæ, & pro-uocatio hæmorrhoidum, & menſtruorum: & emiſſio ſpermatis ſi à retentione eius fiat: & expulſio uermium ſi fiat propter illos.

Quartam rem complent gargarifinata, & ſternutatoria, & proprie uomitus, & commaſticationes multiplicantes ſaliuam, & ſputum, & fricationes, & ligaturæ in extremitatibus, & uentofationes in eis, & emplaſtra rubificantia, & proprie ſuper membrum mandans.

Quintam rem complet reſtificationis ſtomachi ſi eſt à ſtomacho, aut matricis, aut inteſtinorum, aut membri alterius, ſicut diximus, & dicemus: & in omnibus his reſtificationis cerebri debet eſſe intentio prima: ſicut iam diximus.

Sextam

Sextam rem complent adminiſtratio medicinarum quæ cum proprietate retardant paroxyſmum, aut mitigant, aut citò ipſum ceſſare faciunt, aut prohibent aduentū eius omnino, aut occultant, ſicut dicemus poſt. Et aliquando ſlegmatica febris, & proprie longa reſoluit: digerit enim & conſumit materiam eius: & quandoque apud reſolutionem eius apparet in partibus capitis ſaphati, aut albaras, & ſignificat ſalutem.

Apozema hyſſopi conferens epilepſiæ proprie & mirabiliter. Accipe hyſſopi ſicci libram unam, paſſularū enucleatarum uncias duas. Coquantur in aquæ pluuialis libris tribus, uſque dum ſit medietas eius conſumpta. Et da omni mane cum oxymelite ſquillitico: bonum, & expertum. Et quandoque additur in apozemate haſce, & quandoque epithimum, & eſt efficacius, & quandoque ſit inde ſyrupus mellinus conferens eis: ſi Deus uoluerit. Res autem quas ſemper in potibus ſumere oportet, ſunt pæonia, & ſemen eius, & pyrethrum, & ſeſeli, & ariſtolochia rotunda. Et hæc quidem danda ante purgationem, & poſt, cum hydromelite, aut apozemate hyſſopi, aut aliquo talium.

Ioannitius. Confectio hieræ diacolocynthidos, ſuper qua expeſtatur fiducia iuuamentorum multorum ad ægritudines omnes capitis, & cerebri, & neruorum difficilis eradicationis: ſicut eſt ſoda proprie, & hemicrania, & epilepſia, & paralyſis, & tortura, & uertigo, & tenebroſitas uſus. Cuius permiſtio.

Recipe hieræ picræ in qua aloes fuerit duplum ſpecierum uncias ſex, trochiſcorum alandabal unc. tres, turbit. uncias duas, ſquillæ aſſatæ, agarici, ſtoechados ana uncias duas, & β. ſcammonij Antiocheni cocti in pomo. aur. octo.

e

ellebori nigri, salis gemmæ, bdellij, ana aur. quatuor, bdellium resoluatur in uino permisto. Ceteræ autem res terantur, & cribellentur, & fiant trochisci cum bdellio dissoluto, & siccentur in umbra, & iterum terantur, & cribellentur, & confice cum melle passularum conterendo usque dum fiat sicut pasta, fac pillulas, & sit dosis à drachma una usque ad duas.

Mahomet Arafî. Confectio medicaminis quod die omni datur ad epilepsiam, & uertiginem, & præparat materiam cuius permistio.

Recipe stœchados drach. decem, agarici drachm. duas, & quintam, seseleos drachm. ij. uiolarum siccarum drachm. v. confice cum hesmes. Et da omni die in modum duarum aut trium nucum cum oxymelite squillitico.

Idem. Confectio alia mira ad epilepsiam propria & experta. Recipe pyrethri, seseleos, stœchados, ana drach. decem, agarici drachm. quinque, corduameni, halce, aristolochiæ rotundæ, asphodali, liquiritiæ, carpobalsami, pœoniæ ana drachm. ij. & accipe expressionis squillæ & mellis partes æquales, de quibus coctis ad spissitudinem quantum sufficiat ad aggregandum ea accipe. Et deinde reconde in uase uitreo. Dosîs à drachm. duabus, usque ad tres, est enim medicamen ultimum.

Filius Serapionis. Pillulæ ad epilepsiam ex flegmate expertæ. Accipe seseleos, aristolochiæ rotundæ, castorei, salis indi ana drachm. quatuor, radicem pœoniæ: trochiscorum de squilla ana drachm. sex, hieræ picræ, stœchados, epithymi ana drachm. decem, polypodij drach. septem, agarici drach. duodecim, colocynthidos drachm. undecim, in alio quinque turbit. drachm. quindecim, myrobalanorum nigrorum, bellericorum,

ricorum, emblicorum, ana drachm. iij. lapidis lazuli drach. tredecim, myrobalanorum citrinorum, ellebori nigri, chamæpityos, chamædryos ana drach. octo. Confice cum secaniabin squillitico. Dosîs à drachma una usque ad duas, & quintam.

Filius Serapionis. Pillulæ ad epilepsiam melancholicam, fideles, & morpheam nigræ, & ægritudinē melancholicam, Recipe hieræ picræ drach. v. epithymi drach. decem, lapidis lazuli loti drach. v. scammonij, colocynthidos, ellebori nigri, spicæ ana drachm. ij. Confice cum aqua mellis. Da cum aqua epithymi & passularum.

Alexander. Pillulæ quibus nullæ fortiores ad epilepsiam, & arthritidem, & podagram.

Recipe aloes, colocynthidos, scammonij, bdellij, ellebori nigri, corticum gummi ana partem unam, eusforbij, baurac ana partem quintam. Confice cum succo caulium. Dosîs à drachma una usque ad duas.

Orbasius. Medicamen bonū quod sumitur omni die: conuertit epilepsiam: & uertigini.

Recipe baccarum lauri, piperis albi, seseleos, pyrethri ana drachm. iij. radicem pœoniæ, aristolochiæ rotundæ ana drachm. ij. castorei, trochiscorum de squilla ana drach. unam. Confice cum oxymelite squillitico. Et da cum eodem oxymelite die qualibet. Clystere conferens mirabiliter. Accipe albaſce, hyssopi, absynthij ana unc. quinque, pulpæ colocynthid. drach. duas, centaurij drachm. quatuor, carthami drach. duodecim, olei de Kerua drachm. quinque. Clystere fiat cum eis.

Sternutatoria autem, & errhina, & gargarismata, & masticationes eligantur in capitulo de soda.

Ruta autem & castoreum separatim aut coniunctim odorata conferunt mirabiliter: & similiter gummi rutæ agrestis confert. Facit enim citò reuiuiscere, & excitat sepultum à uehementia paroxysmi.

Alexander. Ex hyssopo, pulegio, & origano, cum caryocarum quantitate sufficienti pastillos facies, quos commasticas, quia flegma deponunt, & cerebrum mundificant ad hoc pyretrum cum mastich. & ceræ quantitate sufficienti commistum, & commasticatum flegma cum uirtute deponit, & mundificat cerebrum mirabiliter.

Galenus. Pæonia secundum omnem modum administrationis eius est medicina magna ad epilepsiam, radix, scilicet & semen eius. Et enim si ex ea diebus singulis drachm. dua usque ad. iij. propinètur, propinètur cum aqua mellis, & hyssopi, aut cum oxymelite confert mirabiliter. Et similiter si fiat ex ea errhinum, aut gargarisma cum oxymelite: & suscitatur ex ea in nasum confert. Et si continuè puluis eius odoratur, confert. Expertum est suspensionem eius in collo esse iuuamen sublime, & etiam sumpta in cibis & potibus. Et fit suffumigatio ex semine eius, & est mirabile. sumptum etiam cum melle rosato diebus singulis sanat, si Deus uoluerit.

Hippocrates dixit, & multi post ipsum, & nos etiam experti sumus, pyretrum esse medicinam fidelem ad epilepsiam, & propriè conditum eius, & electarium factum ex eo melle, & trochisci facti ex eo sumpti cum hydromelite: & errhinum ex eo. Conditum autem eius fit sicut zinziber conditum, expertum bonum.

Confectio de pyrethro conferens epilepsiam. & torturam, & paralyti, & agritudinibus neruorum frigidis.

Recipe

Recipe secacul lib. unan. & pyrethri humidi, aut humefati. unc. sex. mellis despumati. lib. quinque. pinearum purgatarum libr. unam. & quintam. Condiens cum zinziberis, & pyrethri ana uncia una, caryophyllorum, rucis moschatæ, cubebæ ana drachm. tribus. cinanomi drachmis quinque, & in alio, pyrethri & hweg: aut zinz. aut humidorum, aut humectatorum ana drach. iij. Expertum bonum. Et alij addunt moschi. drach. unam.

Galenus. Post corporis & capitis mundificationem theriacam aut metridatum dabis diebus quibus à purgatione interpollas, & propriè ad auellanas duas de altero eorum, & propriè in sero, aut in mane, sicut uideris expedire. Danda est etiam confectio de moscho dulcis, & amara, & theriaca diateßaron, & confectio Cæsaris, & hiera Hermetis, & theodoricon cum nucibus moschatis.

Filius Serapionis: Confectio masticatorij faciens fluere per sputum humores mirabiliter, & mundificans caput. Recipe pyrethri drach. iiii, sinapis drach. unam, & quintam, staphidisagriæ drach. duas, salis ammoniaci drach. quinque, cum mastich. & cera partibus conuenientibus misce. Et formas sicut auellanas. Et ex eis iugiter mastigentur in ieiunio. Conferunt enim, si Deus uoluerit.

Galenus. Odoretur ruta omni hora, & fit errhinum cum ea. & confert epilepsiam. Et similiter auricula muris bibita, & errhinum ex ea factum ruta agrestis similiter experta est, & similiter gummi eius.

Democritus. Suffumigatur epilepticus cum assa, & administratur odor eius, & excitat epilepticum, & administratur omni hora, præseruat eum ab epilepsia, si Deus uoluerit. Eodem modo confert galliæ moschatæ administratio, & simili-



liter gummi eius, & etiam bibita.

Alexander. Vesica apri cum tota urina excietur in furno, & dabis ex ea ad fabæ mensuram diebus singulis in manum cum oxymelite. expertum est. Et dixit se usque ad tertiam diem quendam uidisse curatum.

Dioscorides. Leporis coagulum si bibatur confert epilepsiam. Et similiter asininum hepar assatum, & comestum in ieiunio. Detegunt epilepsiam hepar caprinum comestum, & suffumigatio ex galbano, & similiter ex unguibus capræ & apini secundum omnem modum administrationis eius: & fungi, & suffumigatio ex myrrha & positio eius in naribus. aut ex cornu caprino, & hepar caprinum, & hircinum comestum aut odoratum.

### De apoplexia.



**V**RA huius ægritudinis proxima est curæ epilepsie, præterquam quod oportet, ut omne genus curæ administretur ilico. Dilatio enim dicitur ad mortem festinam, cum sit etiam ipse morbus per se parum recipiens curam, sicut Hippocrates dixit. Veruntamen ut non appareat ex parte operantis defectus, conaberis à principio materiã subtrahere quantum possibilitas exigit. Et si quidem sanguineã esse uideris, utriusque partis febricitoma cephalicã ilico simul cum emissionem multi sanguinis, si res patitur. Et consequenter crura, & pedes uentosari facias, & trabe in quantum potes ad oppositam partem cum omnibus generibus attractionum, & etiam cum clysteribus acutis, & sternutatorijs, & suffumigationibus, & alijs. Si autem flegmatica fuerit materia, subtrahere etiã in quantum potes, sicut hic diximus. Et ex hoc require in capite de soda, & de epilepsia, & de eo quod dicemus in paralyysi, si Deus uoluerit.

## SVMMA QVARTA de ægritudinibus neruorum.



**A**EGRITVDINES neruorum aut sunt à complexione pura, & alteratione solum, & indigent confortatione post illud. Aut sunt complexionales cum materia, & indigent alteratione, & mundificatione, & demum confortatione. Aut sunt à solutione continuitatis eorum, & dicemus curam eorum in loco suo. Aut contritio est eorum, & dicemus ibi. Et complexionales quidem neruorum ægritudines à frigiditate sunt secundum plurimum. Et deinde ab humiditate: à caliditate uerò, & siccitate non sæpe, licet quandoque accidant. Et quidem uerificatum est, quod febris superinueniens curat neruorum & iuncturarum ægritudines, quarum radix est frigiditas, aut humiditas. Digerit enim, & subtiliat materiam, & consumit.

Dioscorides. Zinian secundum omnem modum administrationis eius malam neruorum complexionem alterat, & eos confortat. Et iuncturarum doloribus confert similiter, & proprie comesta cum uitellis ouorum & salvia, & ponitur in decoctione hydromelitis, & confert mirabiliter. Emplastrata quoque cum melle & farina hordei confert doloribus eorum.

Hydromeli conferens omnibus ægritudinibus neruorum frigidis, & humidis. Accipe ex zinian. lib. v. foliorum saluie: & lelendi ana unc. septem, stæchados unc. tres, bulliant in aquæ lib. sex, usque ad lib. tres, & cola: & cum mellis libris quinque, permisce. Et projice super ea piperis, caryophyllorum, spicæ, ana drach. j. & ß. zinziberis, cinnamomi ana ʒ. v. Dimitte à sero usque mane, deinde cola per colatorium.

Et sit dosis eius in ieiunio. libr. ꝑ. cum aqua calida.

Embroca conferens ægritudinibus neruorum frigidis, quæ administranda est super caput, & locum originis neruorum, & super locum passionis.

Recipe florum chamæmeli. libr. quinque, zinian, florum saluæ, sisymbrij, sampsuchi, & stochados, & lelendi ana uncias quatuor. Decoquantur in aquæ lib. iij. usque ad. ij. & fiat embroca cum eis sicut diximus, & cataplasmetur ex fæce. Est enim expertum, si Deus uoluerit.

Iudæus. Syrupus de stochade est medicina mirabilis conferens omnibus ægritudinibus neruorum frigidis, & confortans eos. cuius permistio.

Recipe florum stochados unc. quatuor, hæce, zinian, ana unc. unam, piperis, pyrethri ana drach. quatuor, passularum sine interioribus unc. unam, coquantur in libris quatuor aquæ usque ad duas, cum mellis libra una, & sap. libris quinque, fiat syrupus. Dosis eius est à drach. una, usque ad duas, cum aqua alkilil.

Confectio conditi ad ægritudines neruorum frigidæ mirabilis. Recipe secacul, pincarum mundatarū, radicum acori ana lib. j. & v. & sint secacul, & acorus elixata, & expressa: & misce cum eis præter pineas mellis despumati libr. decem, & decoque lento igne, usque dum spissitudinem acquirat. Deinde deponatur ab igne, & proiciantur super ipsum pineæ, & misceantur adinuicem. Post hoc puluerisa super u piperis unc. j. piperis longi, caryophyllorum, zinziberis, macis ana drachm. iij. nucis moschatæ, galangæ, cardamomi ana drachm. iij. Dosis eius est unc. j. mane & serò.

Decoctio conferens mirabiliter ad omnes ægritudines neruorum, & dolores eorum. Accipe zinian recentis, & humi-

dæ, &

dæ, & proprie succi eius libr. v. Et permisce cum eo mellis unc. j. & v. olei de kerna, aut olei de tribus piperibus dictis in antidotario aur. duos, picræ aur. duos aut minus, aut plus, secundum quòd oportet. Et da in potu à drach. x. usque ad uiginti. Si autem ipsa herba humida inueniri non poterit, accipe ex sicca circiter lib. v. decoque in lib. j. aquæ, usque ad lib. quinque. Et fac sicut diximus.

Ex oleis autem, & unguentis, & emplastris, & alijs conuenientibus ad permutationem malitiæ complexionis neruorum, in maiori gradum plura scripsimus, quæ ibi requirantur, & de plurimis etiam loquimur in capitulis proprijs, & expurgantibus etiam materias eorum multa illhic scripsimus, quæ requirantur ibi. in præteritis capitulis plura scripsimus, & proprie in soda, & epilepsia, & uertigine: & scribemus etiam in capitulis quæ sequentur.

Galenus. Theriaca, & mitridatum administrantur ad omnes ægritudines neruorum frigidæ cum aqua decoctionis unius manipuli zinian, & anisi, & foliorum rutæ, & saluæ. Et conferunt in omni tempore ægritudinis, & in principio quidem ante purgationem, quia digerunt, & subtiliant materiam, & permutant malitiam complexionis frigide. Et conferunt post purgationem, quia residuum materiei resolunt. Ad hæc autem habent proprietatem, ut neruis iuuamentum afferant manifestum, & confortent eos. Et dosis à quarta drachm. unius, diebus singulis.

Galenus. Habet ad hoc de proprietate ægritudinibus neruorum conferre proprie administratio castorei omni die. Kirat. j. cum eo quod conuenit ei ex potibus. Huius etiam intentionis est assa foetida proprie mirabiliter innuncta, scilicet & bibita omni die. Similiter oleum de narciso, & oleum

ireos cum glutino albotim. & similiter oleum de ben, & oleum de alcanna, & oleum de ruta. Piper quoque est ad neruorum agritudines frigidas medicina sublimis: & oleum de piperibus, & similia. Olei uero de euforbio iuuamen est mirabile, & similiter olei de croco, & olei philosophorum. Etenim expertum uerax.

Humaim. Modus pilularum de euforbio conferentium ad mollificationem, & frigiditatem neruorum, & ad humores crudos, qui descendunt ad eos, uel qui sepulti sunt, quarum permistio. Recipe euforbij, colocynthidos, agarici, sagapeni, bdellij ana drachm. quatuor, aloes drachm. sex, mastich. drach. duas, Confice cum expressione zinian, aut porrori. Sunt enim expertæ. Dosis à drach. j. usq; ad drach. ij. & v.

Galenus. Confectio pillularum foetidarum. Maiorū expertorum iuuamentorum ad agritudines omnes neruorum, quæ sunt materia crassa, uiscosa difficilis eradicationis & ad dolores iuncturarum, qui sunt ab eadē causa, & ad omnes dolores totius corporis, qui eandem habent materiam. Similiter & ad uertiginem, & ad epilepsiam, & ad hemiplegiam. difficilem, & sodam, & morpheam, & albaras, & lepram. Recipe aloes, turbit ana drachmas v. sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, seminis harmel, myrobalanorum, colocynthidos interioris ana 3. iij. scammonij drachmas ij. taspie indæ, hermodactyli, scebran ana drachmas ij. castorei, agarici, euforbij ana drach. j. cinnamomi, croci, cardamomi, spicæ ana drach. v. gummi infundantur in aqua porri, & fac ex eis pilulas. Dosis à drachm. j. usque ad ij.

Pilulæ foetidæ minores, quæ sunt in potestate maiorum, quarum permistio.

Recipe sagapeni, ammoniaci, bdellij, aloes ana drachmas quatuor,

quatuor, castorei, harmel, ana drachm. tres, colocynthidos drachm. septem, turbit. drachm. decem, Confice sicut alias.

Filius Zachariæ Araf. Pilulæ foetidæ maiores, quæ conferunt agritudinibus omnibus neruorum, sicut est paralysis, & tortura, & spasmus humidus, & dolor iuncturarū. Et solutione educunt humorem crassum, uiscosum à locis difficilis eradicationis eius, quarum permistio.

Recipe hieræ picræ drachm. decem, pulpæ colocynthidos drachm. sex, centaurij minoris, mei, Zarchan ana drachm. quinque, euforbij. drach. duas, & quintam scebran, castorei, zinziberis, assæ foetidæ, sagapeni, opopanacis, setaragi indi, sinapis, piperis, ana drach. unam, gummi dissoluantur in aqua rutæ, & fac pilulas cum ceteris. Dosis à drach. duobus, usque ad tres.

Pilulæ foetidæ minores ex inuentione nostra, & sunt in intentione maiorum, & conferunt tremori mirabiliter propriè, quarum permistio. Recipe hieræ picræ drach. quinque, pyrethri, castorei, casti ana 3. iij. sagapeni, pulpæ colocynthidos ana 3. iij. dosis à 3. ij. usque ad ij. & quinta, expertum.

Filius Zachariæ Araf. Confectio anacardina, quæ est medicina sublimis ad omnes agritudines neruorum frigidas, aut humidas, sicut paralysis, & spasmus ab humiditate, aut à frigiditate, & tortura, & tremor & stupor. Statim enim sanat. Accipe zinziberis, costi, pyrethri, nigellæ, piperis, macropiperis, hueg ana drach. decē, myrrhæ foliorum rutæ, assæ, gentianæ, aristolochiæ, baccarum lauri, castorei, taspie, sinapis, ana drach. quinque, mellis anacardini drach. quinque, & tertiam. Inuoluantur omnia cū oleo nucum, & confice cum melle apum. Da ex eo in modum grani lauri.

Inquit Mahomet, hæc medicina est bonitatis magnæ ad ægrotudines quas diximus in omnibus ægrotudibus frigidi, & inflamat corpus statim, & adducit febrē bonam spasmus humido, & fricatur cum ea lingua, & cōfert grauedini eius, & fit emplastrum ex ea super membrum stupidum, & frigidum, aut fricatur cum ea, & confert proprie mirabiliter, & facit sudare, quapropter oportet ut cooperiatur sumens eā, ut sudet, sanat enim, si Deus uoluerit.

Hanc filius Zazar. Oleū quod administratur in potu ad ægrotudines neruorum, quæ fiunt à flegmate & humore viscoso. administratur cum aliquo quod conuenit ex potibus.

Recipe colocynthidos drach. decem, aloes drachm. quinque, turbit albi. drach. quatuor, squillæ. drachm. tres, gentiana, psyllij, sampsuchi, zinzibana drach. duas, & quintam, amomi, spicæ, xylobalsami, caryophyllorum, cinnamomi, piperis, macropiperis, aristolochiæ longæ & rotundæ, castiæ, polij, stenanthi, petroselinij, polypodij, amisi, epithymi, ana. drachmas duas, & ß. sagapeni, liquiritiæ, hyoscyami, zinziberis. ana. drach. duas. cōtere omnia cōtritione crassa, & funde super ea aquæ fontium libras tres. olei antiqui sextā unius, coquatnr lento igne usque ad aquæ cōsumptionē.

Hanc. Oleum de figia confert ægrotudibus neruorum flegmaticis. Cuius hæc est permistio. Recipe figiæ, castorei, praßij, ana. unc. unam piperis, zinziberis, cocnanthi, castiæ ana. drachm. quinque, cyperi, costi, carpobalsami, xylobalsami, ellebori nigri, ammoniaci, spicæ, sagapeni, aristolochiæ longæ & rotundæ ana drach. quatuor, olei siricini drach. quinque, aquæ libr. tres. Coquesicut hic proximè diximus.

Oleum aliud de figia ualens similiter. Olei siricini libr. duas, castorei. libras tres. Coque in duplici uase:

Eligi

Eligimus autem ex antidotario unguenta, & emplastra, & olea, de quibus est hyßopi cerotum, & unguentū de bdelio, & unguentum Philagrius, & cerotum diapente, & cerotum Alexandri, & cerotum Andromachi, & emplastrum filij Zachariæ.

Ioannitius. Læsiō cadens in neruis posterioribus iuuanē suscipit à sternutatorijs, & errhiniis propterea quod à locis originum neruorum diuersio fit ad locum emunctōrij communis: & purgatur per ipsum. Læsiōni autem cadenti in neruos faciei sternutatoria & errhina prohibenda sunt in principio: fortasse enim conferunt in fine rei. Gargarismata autem sunt his & illis utilia, & proprie post mundificationē communem, nisi materias ad pectus rheumatizare tinueris, & pulmonem. Sunt enim tunc suspecta, sicut alibi diximus. Etiā quidem ex his quæ præcesserunt errhina, & sternutatoria multa colligere potes ad hæc utilia, & gargarismata.

### De Paralyssi.



**N** cura huius ægrotudinis regimen duplex est. Est enim regimen quoddam commune, & quoddam proprium. Commune autem regimen nunc partem morbi tangit, nunc proprietatem, interdum uero diætā. Et primum quidem completur cum administratione omnis studij ad capitis partem posteriorem & nuchā: & illud ideo quoniā cadit secundū plurimum hæc infirmitas in neruos mortuos, & eorum ortus est à posteriori cerebro, & nucha. Et hoc quidē studium etiam in quibusdam alijs neruorum ægrotudibus administrari debere commune est, sicut est spasmus proprie, & tremor, & stupor, & tor-tura. Secundum uero completur cū administratione medici-

narum

narū proprietate, & uirtute conferentium, & confortantia eos: sicut hic in proximo capitulo quod est ante illud diximus. Tertium autem completur cum paucitate cibi & potus, & omni regimine exiccatiuo: & sicut est ex cibus, & potibus, & condimentis eorum proprietatem habentibus ut neruis conferant, sicut sunt granapini proprie, & cerebrum leporis, & hāsce, & origanum, & hyssopus, & piper, & ziber, & pyrethrum, & ius serpentis cum proprietate, & speciesalis conditi, & ius gallorum antiquorum secundum doctrinam Galeni, & hydromeli recipiens sampsuchum, hāsce, saluian, & similia. Et confert eis administratio caparis & tali alphesire in primis cum eleuantur à terra, frixi cum speciebus, & hueg conditum. Vinum autem uitare oportet. Facit enim ad neruos materis penetrare, quæ forsitan non penetrarent. Et scito quod uinum inimicū est neruis, & oculis per se. Ipsius enim abusus est causa morbi ipsorum. Vitent etiam aquam & potium supra cibum, & somnum supra cibū, & sit parcitas in potu secundum omnem modum, & sit potus exiccatiuus: & abstinere supra sitim & famem est cura prima. Regimen autem proprium capit quatuor res. Prima est adæquatio materiei. Secunda est abscissio eius. Tertia conuersio residui eius ad oppositum & diuersum. Quarta corrigi accidentia. Prima autem res completur cum administratione rerum morbi materiam carminantium, & maturantium: de quibus hic paulo ante loquuti sumus: & tu require in illo.

Secunda autem res completur administratione priorū euacuantium, sicut hiera diacolocynthidos, & pilulæ fatidæ, & hiera Hermetis: & alia quæ supra diximus. Inquit Galenus. Aegritudines neruorum & iuncturarium non nisi forti agente resificatur. Veruntamen de meliori operatione est

non

non properare ad usum fortium à principio, ne subito tollatur uirtus, aut resoluatur. Vomitus autem & euacuatio per clysteria, & proprie acuta, sunt ex bonis euacuationibus. Et fiat uomitus proprie cum expressione rasani cū oxy= melite: aut cum expressione rasani, in quo sit uirtus ellebori nigri. Aut uomitus sit post cibaria acuta: & oportet ut inter euacuationem interueniat tempus, in quo operari oportet regimen confortantium. Et tunc quidem administrantur theriata & mitridatum, & confectio de moscho dulcis, & amara, & similia. Et quidem hac hora anacardinum quod diximus est eis mirabilis medicina: & hac quidem uiciisitudine regimē illud completur, & citò sanitati restituitur, si Deus uoluerit.

Tertia autem res completur cū gargarismatibus, & cum masticationibus, & errhinis, & sternutatorijs, de quibus pluries fecimus mentionem.

Quartam autem rem complent unctiones, & emplastra, & fricationes, & balneum, & alia de quibus loquemur iam, si Deus uoluerit. Et dictum est febrem superuenientem aegritudinibus neruorum humidis esse curam bonam.

Filius Serapionis. Decoctio conferens cum uirtute Dei ad paralysem, & mollificationem, & spasnum, & dolores neruorum. Recipe radicū apij, foeniculi: ana. ʒ. x. scœanathi, ʒ. v. j. seminis fœniculi, anisi, petrosellini, seseleos, costi, cētanzrij minoris, pyrethri, zinziberis, zinnian, cordumenei ana. ʒ. iij. seminis rutæ, seraragi indi. ana. ʒ. iij. stœchados, belliricorū, emblicorū an. ʒ. octo. Decoquatur in septē lib. aquæ usque ad lib. unā. Et da omni die cū oleo de cherna, aut oleo de piperibus, aut oleo de costo. diebus uiginti, & die uno. Et sit proprie decoctionis dosis ab uncia una, usque ad duas, & sint olei à drach. ij. usque ad tres. Sanat enim, si Deus uoluerit.

Clyster

hec omnia supra doctum  
apponenda  
sunt ut  
sunt capite  
in 64. mefma

Clistere conferens paralyfi, solutione educens humorem crudum, & uiscosum, quod administrandum est hora post horam, & proprie quando fit interpolatio ab alijs euacuationibus. Recipe siclae surfuris ana lib. quinque, meliloti, anethi, radicum maluarum mundatarum, chamemeli ana unc. iij. ficus siccas, quindecim numero, scenogræci, cartami ana drach. unam, & quintam, pulpæ colocynthidos, cherna mundate ana drachm. ij. centaury drachm. iij. bulliant in lib. iij. aquæ usque ad libr. unam, & quintam. Et huius aquæ lib. quinque, & oleo antiquo, & almuri, & melle, clystere fit bonum, & efficax, si Deus uoluerit.

Filius Zachariæ. Oleum conferens paralyfi & torturæ proprie mirabiliter.

Recipe costi unc. j. euforbij, piperis unc. unius tertiâ, castorei unc. quinque, olei de cheiri lib. quinque, aut olei costi, aut olei de narciso, in duplici uase coque, & utere.

Archigenes. Cerotum conferens mollificationi, & spasmus, expertum bonum.

Recipe euforbij, piperis, cypsi, ammoniaci, croci, libani, balsami, castorei, glutinis alimbac, opoponacis ana drach. iij. styracis drach. ij. cera citrinæ lib. v. olei antiqui libr. iij. Terantur sicca, gummi uero dissoluantur in uino, & misceantur, & fiat ex eis unguentum, & unguatur super membrum in quo est læsio. Sanat enim, si Deus uoluerit.

Aliud ualens proprie mirabiliter.

Recipe opoponacis, usinæ saninæ, zinian, amigdalorum amararum, castorei, rutæ agrestis, thuris ana drach. ij. seminis agni, pyrethri, galbani, asinini, & olei laurini, & olei de gallis quantum sufficit. Linatur ex eo super membrum, gargarisinata fiant ex eis que diximus.

Aliud

Aliud bonum gargarisma fiet cum hiera Archigenis, & oxymelite. Eligantur uero ex commasticabilibus conuenientia. Et ex eis fiant formæ sicut nuces ex staphidisagria, & mastiche. Deponunt enim flegma plurimum.

Aliud ualens similiter. Accipe sinapis, pyrethri, staphidisagriæ ana. Fiant formæ sicut diximus cum mastiche, & administrantur.

Sal solutiuis, cuius iuuamentum est magnum ad paralyfim, & torturam, & ægritudines neruorum frigidæ. Accipe piperis, origani, hæscæ, sinapis, zinziberis, pyrethri, hysopii, seminis apij, anisi, feniculi, folij caryophyllorû, hweg, macis, petroselini, nasturtij, scammonij, agarici, turbit ana drach. unam, & quintam, salis gemmæ ad pondus omnium. Terantur, & cribellentur, & administrētur ex eis ubi oportet, & etiam supra cibaria. Et quandoque quadruplicatur in eo hweg: & uigorosius.

Errhina & sternutatoria. Sunt ad hanc ægritudinem uehementis uirtutis. Purgant enim cerebrum, & conuertunt à parte ægritudinis ad emunctorium commune. Eligantur errhina ex eis quæ diximus, & dicemus.

Filius Zachariæ. Modus errhini conferentis proprie mirabiliter ad paralyfim, & torturam, & dolorem capitis, & ægritudines cerebri flegmaticas.

Recipe castorei drach. j. condisi, piperis, cyclaminis, & gilbenec, pulpæ colocynthidos, baurac rubri, euforbij, fellis bouini exiccati ana. drach. iij. Fiant ex eis collyria. Et deinde fiant errhina cum eis cum auricula muris, aut cum aqua sansuchi.

Galenus quidem iam dixit administrationem theriacæ & mitridati ante purgationem & post conferre: sicut in capi-

f

tulo quod est ante istud diximus. Anacardini quoque iuuamentum est ad hoc in hac causa mirabile, quod diximus, & plura etiam illibic scripsimus, quae etiam huc afferantur. Quandoque etiam datur ex opoponace quantitas cicerum trium cum hyssopum melite, & confert. Iuuamentum quoque huic conditi dicimus mirabile ad aegritudines neruorum omnes proprietate suas, similiter grana pini. Piper autem secundum omnem modum administrationis eorum conferunt mirabiliter. Et similiter foetida bibita proprie, & limita diebus singulis. Et iam quod dem diximus iuuamentum castorei magnificari secundum omnem modum administrationis eius. & similiter usus capparum.

Hermes. Magnificatur iuuamentum uulpis ad paralysem, & aegritudines neruorum alias: & proprie embrocatio facta aqua decoctionis ipsius, & proprie usque dum dissoluta membra eius in ea. Et magnificatur etiam oleum decoctionis ipsius. Et nos scripsimus illud in gradum medicinarum uniuersalis.

Ioannitius. Pillulae de opoponace sunt medicina sublimis ad aegritudines neruorum, & exiccant ab eis humiditates scosas, & mucaginosas, & conferunt paralyti, torturae, & humido, & dolori iuncturarum, & dorsi, & genuum, quae permixtio est haec. Recipe aloes. ʒ. x. trociscum alaudum. ʒ. vj. & v. opoponacis, sagapeni, ammoniaci, bdellii, heri dactylorum ana. ʒ. v. harmel, succi cucumeris asinum ana. ʒ. v. piperis, macropiperis, zinziberis, taspiae, myrobolanorum citrinorum, belliricorum, emblicorum myrrhae, an euforbij, castorei ana. ʒ. j. scammonij. ʒ. j. & v. agaricis, turbit. ʒ. vij. Gummi infundantur in aqua caulium, aut porrum. Caeterae autem res infundantur in expressione zinzibae. Deinde misce omnia simul postquam in speciebus exiccata fuerint expressio zinzian tribus mibus, fiant pillulae. Et si sit

earum à drach. una, usque ad drachmas duas. Sunt enim mirabilis uirtutis, seu iuuamenti, si Deus uoluerit. Ioannitius. Vnctiones, & emplastra rubificatio quaedam exhiberi oportet in loco originis neruorum quibus accidit passio applicanda sunt, uel saltim in parte & latere ortus eorum, & ex unctionibus ibidem administrandis est oleum nardinum, & costinum, confortata cum castoreo, euforbio, pipere, & pyrethro. Ex emplastris quidem est radix lilij. Ipsa enim est iuuamenti magni, & proprie administrata fricando, & comprimendo super locum, & unguendo. & si misceantur cum eo grana arabum, magnificatur operatio. Mahemet Araf. Modus linimenti conferetis paralyti mirabiliter. Rec. cer. citrina. ʒ. ij. olei de narciso, & olei de lilio ana. ʒ. vj. euforbij. ʒ. iij. Fiat ex eis emplastrum, & linatur in latere altero.

Ioannitius. In fine quidem rei conferunt stufae, & balnea sine aquis, & fricationes in eis cum sale solutiuo quae diximus, aut cum castoreo, & aniso, & daucio, aut cum zinzian siccata: aut cum urtica acuta. Et conferunt etiam aquae thermarum post fricationem in balneo sicco, & abstinentia cibi & potus supra balneum: & regimen exiccantium quantum possibile fuerit. Sanabitur enim, si Deus uoluerit.

### De Tortura.



TORTURA quaedam est à spasmo, & contractura superius: quaedam à paralyti & mollificatione, & relaxat ad inferius. Et illius cura est cura spasmi, quam dicemus. Et huius cura est ut cura paralyti, quam diximus, praeterquam oportet errhizina, & gargarismata ante purgationem utari: cum sit post mundificationem cura uera. Verum gargarismata cunctis medi-

cinis præponenda sunt, & errhina, cum sint utraque curati-  
ra. Et sit studium præcipue primum in administratione  
medicaminum, & emplastrorum, & linimentorum, & medi-  
cinarum rubificantium in spondilibus cervicis. Deinde per-  
ueniendum est ad mandibulam, & ad partes faciei, & hoc  
studium secundum: ad cauteria autem approximandum est,  
quando iam omnia non contulisse experieris. Et hoc erit stu-  
dium ultimum.

Primum autem studium perficitur cum administratione  
emplastrorum, & linimentorum in spondilibus cervicis, ve-  
de nervi faciei ortum habent & musculi, ex eis quæ diximus  
in capitulo quod est ante istud, & ex eis quæ dicemus.

Secundum autem studium perficitur nunc cum rebus ex-  
tra, nunc cum rebus intus. Res autem quæ extrâ administra-  
dæ sunt, sunt linimenta, & emplastrationes, & embrocæ, &  
evaporationes, & ablutiones, & calefactoria ex eis quæ di-  
ximus, & dicemus. Res uero quæ intrâ sunt administrandæ  
sunt quædam commasticabilia: sicut formæ factæ ex hueg &  
nuce moschata, & alijs quæ dicemus. Et sicut commasticat  
nucis moschata, & retentio eius in ore ex parte passio-  
continue, integræ, aut commasticatæ, & retentio castorei  
parte passiois, & sub lingua. Et administratio fricatio-  
in parte interiori mandibulæ: cum anacardino, aut the-  
riaca, aut mitridato: & exhibitio diamoschi dulcis, &  
amari, & fricatio gingiuarum cum sale solutio quem dixi-  
mus: aut cum sale & nuce moschata & alijs.

Tertium autem studium perficitur cum administratio-  
uentosarum supra cervicem, & oppositione medicaminis ru-  
bificatiui, & cauterizatione facta post aurem ex parte ægri-  
tudinis, & post istam si non contulerit, cauteria duo sicut  
sunt

spondilibus unum hinc & aliud inde. Et quandoque sunt duo  
hinc, & duo inde, secundum distantiam spondilium. Et qua-  
doq; tria, quoniam sanant, si Deus uoluerit.

Sabor filius Girges. Confectio medicaminis experti ad  
torturam, quod masticatur, & expellit flegma plurimum,  
& confert proprietate & realificat malitiam neruorum, &  
sanat cum celeritate. Cuius permistio.

Recipe nucis moschatae, pyrethri, Hueg recentis, thu-  
ris ana partes æquales. Conface cum kesmes. Et fiant  
formæ sicut nuces, & commasticentur ex parte læsa, & te-  
neantur diu in ea, & fricet cum ea patiens digitis suis par-  
tes mandibulæ, & gingiuas, & dentes partis infirmæ. Si au-  
tem fortius masticabile facere uolueris, misce cum prædictis  
anacardini partem unam, & est mirabile.

Filius Zachariæ. Accipe nucem moschatam integram non  
habentem contaminationem aut marciditatem, & line super  
eam ex anacardino, quod diximus. Et teneat patiens in ore in  
parte læsa per horas duas, uel tres. Deinde commasticet eam,  
& teneat commasticatum eius in parte illa, & hoc faciat bis  
in die, quoniam sanat, si Deus uoluerit.

Filius Serapionis. Confectio errhini ad paralytim, &  
torturam, experta.

Recipe pyrethri, condisi, oleandri exiccati supra fumum  
ana drachm. duas, origani, cari, aristolochiæ longæ ana  
drach. quinque, Terantur, & pulueriscentur, & sufflentur  
ex eis in nasum.

Aliud eiusdem mirabile. Recipe castorei, pulpæ colocyn-  
thidos, piperis albi, & condisi ana fac pilulas cum aqua  
sampsuchi. Deinde fac errhinum ex eis cum succo auriculæ  
muris, uerax & expertum.



Gabriel. Errhinum ad torturam bonum.

Recipe castorei, condisi, nigellæ infusæ aceto, & exi-  
tæ ana. Distempera cum succo cucumeris asinini. Deinde  
dimitte siccare, & iterum distempera cum expressione ar-  
tanitæ: iterum dimitte siccare: & iterum distempera cum  
succo auriculæ muris, & fac similiter. Vltimò uerò distem-  
pera cum succo sampsuchi, & fac sief. & frica ex eo super  
cutem cum succo auriculæ muris, aut sampsuchi, & distilla in  
nasum, & sugatur uehementer: est enim expertum gla-  
riofum.

Democritus. Errhinum sanans cum celeritate. Accipe  
opoponacem, ultima contritione teratur cum oleo cucum-  
ris asinini, & expressione auriculæ muris, usque dum sic  
sicut mel currens, & conseruetur in uase uitreo: deinde  
distemperetur modicum ex eo cum succo sampsuchi, & de-  
stilletur in nares: sanat enim celeriter, & est exper-  
tum.

Aliud. Fel perdicis, aut gruis cum aqua auriculæ mu-  
ris, aut sampsuchi destillatum in nares sanat celeriter, &  
est expertum.

Gargarismata fiant cum aliqua ex hieris magnis, & ac-  
to squillitico, & aqua decoctionis hæscæ, & origani: & est  
expertum bonum.

Filius Serapionis. Gargarisma bonum.

Recipe sinapis, staphidii, sagriæ, zinziberis, pyrethri, &  
cropiperis: decoque in aqua, & cum hiera fiat gargarisma.

Aliud. Recipe calamintham campestræ, hæscæ: fac  
eis similiter.

Euaporatorium. Recipe chamæmeli, zinian, foliorum  
saluiæ, lclengi, stæchados, sampsuchi ana libr. v. decoque  
in aqua

aqua: & euaporetur ex ea locus: deinde abluatur: & post  
hoc emplastrum fiat ex facie calida: est enim expertum.

Hermes præcipit euaporatorium fieri, quo posteriores  
usi sunt, & inuentum est esse iuuamenti sublimis: & propriè  
quando euaporatur eo pars capitis posterior, & collum, &  
spondilia, & ceruix, & mandibula, & tempora, & frons:  
deinde lauatur ex eo comprimendo, & fit emplastrum ex  
facie: & modus operationis eius est. Accipe zinian, lelen-  
gi, hæscæ, calaminthæ, stæchados, foliorum saluiæ ana unc.  
duas, aceti albi boni duplum ponderis omnium. decoque usque  
ad medium eius, deinde uaporentur ea loca sicut diximus,  
& abluantur, & emplastrentur.

Inquit Hermes. Profundatur uirtus euaporatorij huius,  
& submergitur in profundum corporis, & incidit, & re-  
soluit humores crassos, & uiscosos, & nos etiam experti su-  
mus illud: & inuenimus mirabile, & propriè ad torturam,  
& paralyfim, & spasimum.

Filius Serapionis. Euaporatorium conferens torturæ: &  
paralyfi. Accipe origani, hæscæ stæchados, pyrethri, fo-  
liorum lauri, sinapis, chamæmeli, meliloti, sampsuchi,  
marmacur, marubij ana decoquantur in aqua, & euapore-  
tur locus. est enim expertum. deinde inungatur locus oleo co-  
stino, aut oleo balsami, aut oleo de ben, euaporatio autem  
facta, & similiter ablutio faciei ex aceto & aqua decoctionis  
sinapis est mirabilis.

Ex unguentis autem, & oleis, & linimentis, elige in his  
quæ præcesserunt capitulis, & afferantur ad locum hunc, &  
ex alijs similiter: & medicinæ quidem rubificantes dictæ  
sunt & ex eis est sinapismi, & unguentum altarabel dictum  
in antidotario.

## De Spasmo.



**S**PASMVS alius fit à punctura. Inquit Galenus. Puncturam nerui, & dardarum sequitur spasmus: & proprie cum ne respirat punctura. Efficitur enim uenenosum rheumatizatum eius, aut putridum: & uenenosum quidem propter continuitatem rapitur ad cerebrum, & facit epilepsiam, aut spasmus.

Putridum uero apostema in loco puncturae generat: quae puncturam aperiri praecipit, imò scindi, & apponi attractiuum subtilis substantiae: & rheumatizationis fiat expurgatio, & resolutio. Hoc autem in loco suo trademus sufficientius, si Deus uoluerit. Et fit spasmus ab humiditate, & eius est cura paralysis, & proprie cum euacuationibus, & clysteribus acutis, & balneis aquarum thermarum, & balneo sicco in fine rei, & linimentis: & quae diximus. Imò totum regimen commune & proprium quod diximus ibi.

Inquit Hippocrates. Febris supra spasmus humidum curat eum. Spasmus supra febrem interimit. Quae proprie eligantur ex prouocantibus febrem conuenientiora: quae sunt castoreum, & assa foetida: quibus permisceatur mellis duplum eorum. Et sit dosis sicut auellana. Spasmi enim resoluunt, & febrem inducunt. Idem facit opoponax, & castoreum cum aqua mellis. Idem facit oleum de Kerua cum assa. Ex compositis est anacardinum. Ipsum enim inducit febrem, & spasmus curat. Theriaca quoque & mitridatum sunt ex medicinis solennibus ad spasmus. Sal quoque calefactus & positus in locis originis neruorum spasmus resoluunt. Fit etiam spasmus à frigiditate, & cura eius est sic

hic proxime diximus. Et fit quandoque à siccitate, & hoc accidit post febrem, aut post fluxum supersuentem, & est prauus, uix recipiens curam. Tamen pro posse curamus administrando regimen secundum omnem modum humectantium, & lenitiuum, qualia sunt proprie balnea ex aquis in quibus cocta sint humectantia, sicut hordeum, uiolae, & capita, & pedes agnorum, hocdorum, & arietum pinguium. Et quandoque fiunt ex huiusmodi eis clysteria, & conferunt uehementer. Et propinentur eis sorbitiones humidae, & pingues. Et sint cibi eorum aqua carnis, & quod currit secundum semitam sorbibilem, & lac mulsium recenter, & oleum amigdalorum cum saccharo, & similiter regimen omne lenitiuum est utile eis.

Filius Serapionis. Decoctio conferens spasmo humido, & est ei impressio fortis. Accipe calamitha, haec ana uncias quinque, huc unciam unam, & quintam, carpobalsami, scenanthi ana drachm. tres, stoechados drachm. septem, zinziberis, seminis apij, foeniculi, petroselini, costi ana drach. duas, emblicorum, belliricorum ana drachm. quatuor. Coquantur in libr. quatuor aquae usque ad duas. Et da ex eo omni die uncias duas, cum oleo de piperibus, aut oleo de cherua, & sit dosis eius à drachm. una, usque ad duas, sanat enim, si Deus uoluerit.

Filius Serapionis. Cerotum de euforbio magni & sublimis iuuamenti est ad spasmus frigidum & humidum, & alias neruorum aegritudines, ab eadem causa, cuius permistio.

Recipe olei de cinnamomo, aut olei antiqui lib. unam. cerae citrinae uncias duas, euforbij boni & recentis unciam unam, ungetur spasmatum locus. Est enim mirabile, si Deus uoluerit.

Ruffus. Decoctio ad spasmus conferens mirabiliter, & ad omnes neruorum ægrotudines à frigida causa & im- mida.

Recipe hæg recentis unc. tres, decoque cum aqua lib. tres usque ad lib. quinque, & da ex ea omni die unc. unam, con- kirat. j. assæ factida, aut cum castorei granis quatuor, est enim expertum.

Ruffus. Hydromeli conferēs similiter. Accipe hæg unc. quatuor, & decoque in lib. aqua trit us, usque ad libras duas, & proijce super eam mellis puri unc. quatuor, deinde col in colatorio denso, & continuè bibat ex eo est enim medi- camen bonum.

Galenus. Expertum est de oleo uulpis ad spasmus: & alias ægrotudines neruorum, & dolores iuncturarum, & de scensione in tina: aut in decoctione eius.

Philagrius. Cerotum conferens spasmō & ægrotudinibus neruorum expertum. Recipe ceræ citrinæ unc. duas, oli- irini, olei costini, olei de ben, olei de cinnamomo ana drach. tres, styracis liquidæ drach. unam, euforbij aur. quatuor, ca- storei aur. duos. œsypi, unc. unam, adipis uulpis unc. tres, su- ge ex eo super locum. Expertum est enim.

Archigenes. Cerotum omnibus ægrotudinibus frigidis & humidis neruorum conferens, & doloribus iuncturarum & est forte. Recipe olei cucumeris asinini libr. unam, olei ta- ceï, olei de cinnamomo, olei costini ana unc. duas, ceræ ci- trinæ unc. tres, euforbij, pyrethri, castorei, piperis ana. octo, zinziberis drach. quinque, assæ factida. bdellij ana unc. v. galbani. 3. quatuor, Conficitur autē sic. Assæ & bdellij & galbanum dissoluantur in aceto forti, cera quoque & euforbium dissoluantur in igne, & permisce cū ali-

quod

succi cucumeris asinini libr. quinque & bulliant ad succi con- sumptionem, Deinde misce cum eis gummi dissoluta. Ultimo uerò de puluere aliorum cum eis permisce conterendo, & utere, quoniam est expertum uerax.

### De Tremore.

**T**REMOR ægrotudo neruorum, & lacerto- rum est, & curatur cum eis quæ diximus, & confert ei fricatio, & sepelitur in arena, aut ci- nere calido, & accubitus in furno calido quan- tum pot. it pati, & linimenta calida.

Filius Zachariæ. Confectio pilularum conferentium tre- mori proprie mirabiliter. Recipe castorei, pyrethri, casti- anæ drach. tres, sagapeni, pulpæ colocynthidos ana drach. quatuor, hieræ picræ drach. quinque, dosis earum est à drach. unius quinta, usque ad duas, & quintam.

Confectio ad tremorem experta. Recipe myrobalanorū nigrorum drach. triginta, subinæ drach. decem, libani drach. septem, cyperi, hæg, ana drach. quinque, confice cū chesmes, & fiant formæ sicut nuces, da. drach. unam, uel duas, sanat si Deus uoluerit.

### De Stupore.

**S**TUPOR sicut cætera quæ diximus curatur, & si est à percussione, aut uulnere nō curatur. Et si est à repletionem sanguinea curatur cū ste- botomia uenæ quæ magis deseruit membro flu- pido: & si sanguis exuberat in toto basilicam flebotoma, de in de cephalicā, deinde illam quæ familiaris est illi membro. Et quandoque fit ab humore crudo & frigido: & curatur sicut paralysis ab eadem causa, & quandoque fit propter

cōpressionem supra membrum, & cura huius est extensio  
exercitatio illius membri.

### De catarrho.



**C**ATARRHVS, est descensus humorum a capite ad membra inferiora: cuius generam dicit Galenus in libro misso ad Glauconem sunt tria: scilicet, Coryza: Branchos & Tussis. Catarrhus uero dicitur a fluore. Graeci enim fluorem catarrhi uocauerunt. Coryza ab ostibus narium nomen accipit. Est enim cum grauidine atque constrictione narium, cum terrore, fluore oris atque crasso cum sternutationibus assiduus, & odoratu difficili, & oculorum lacrymatione. Branchos uero dicitur a praefocatione faucium, & uoce obscura, & sternutatione assidua, & transglutiendi difficultate. Catarrhus autem in uisceribus distillans, percutiens stomachum, tussim uel nauseam prouocat. Si uero in pulmonem uenerit, tussim creat, spumosis sputationibus, aliquibus cum grauidine. Quod si putiens sanguinem expuerit, ad phthisim uenit, & tabidus moritur, & consumptus. Et notandum quod catarrhus est genus ad tres supradictas agritudines: & non est speciei agritudinis per se.

### De cura catarrhi.



**C**URA huius agritudinis duplici regimine tractet, communi, scilicet, & proprio. Communis autem est sex res. Prima ponit studium in uita patientis obseruandum. Secunda adaequat materiam. Tertia abscindit eam, uel saltem diminuit. Quarta di-

uertit

uertit a parte timorosa ad partem communem. Quinta abscindit fluxum eius. Sexta corrigit accidentia.

Primum autem rem complent diminutio ciborum & potuum, & prohibitio uini omnino, repletionis, & uitatio nauiseae, & cauere ab Austro & Borea quantum possibile fuerit. Ausfer enim rarefacit, & replet capita. Boreas uero cōstringit, & exprimit, & nocet somnus & potus supra repletionem, & multitudo somni, imò qualiscunque sit somnus in die, & sit parcitas eius in nocte, & non iaceat supinus, & alieuietur coena, imò prohibeatur si possibile est. Et iniungatur quies, quoniam est res magna maturans ipsum. Et prohibeatur a fumo, & uētis, & radijs solis & lunae, quantum possibile fuerit, & magis lunae, & proprie quando est ingressus eorum per fenestram. Et uitet uaporosa & repletia caput, & rarefacientia ipsum. Et uitet potum aquae frigidae, & dicitur quod potus aquae calidae maturat catarrhos. Et similiter introitus ad sudandum in balneo.

Secundam autem rem complent administrationes inspissantium & infrigidantium in acuto & calido. Et subtiliantium, diuidentium in crasso & uisoso. Et eligantur ex infrigidantibus raro infrigidantia actu: & si non competunt non eleuentur in gradu multae infrigidationis. Et deliguntur secundum plurimum quae infrigidant potentia, & non multum eleuata: qualia sunt balnea aquae dulcis in ieiunio & administratio embrocum ex hordeo, & uiolis, & papauere, & chamemelo: & effusio aquae calidae super caput, & super extrema, & testiculos: & inunctiones sacrae super ea, & super uentrem, & sumere cum oleo uiolato, aut chamemelino, aut oleo de papauere: si ad sunt uigiliae. Et olfacere capthuram: & aquam rosatam, & alia quae diximus in soda calida.

lida. Et confert potus aquæ hordei, & syrupus de papauere, & uiolæ conditæ cum aqua hordei, & succio cum naribus olei uiolati, & olfacere caphuram. Et cibi eorum sint sorbitiones factæ ex fabis, & ex tritico & hordeo, & papam albo, & oleo amygdalino dulci, & amylo cum lacte, si non; febris. Inspissantia autem necessaria sunt, ut subtile acutum quod descendit ad guttur, increassetur, & non descendat e profundum, imò facilius adunatum excreetur. Et ex hoc secretibus est tragacatha, & electuariū eius, & mucillago pphlij, & semina citoniorum, & aqua iuiubarum & sebestene, syrupus eorum, & lohoc ipsorum, & lohoc de papauere. Et subtiliantibus autem, & diuisiuis, eligantur quæ proprietate uirtutis ad hæc congrua cognoueris, qualia sunt calefactoria capitis cum sale & milio, aut cum panis calefactis, & cum alijs quæ in soda frigida diximus. Et confert introita balnei præterquam lauet caput. Super extrema autem præiciat aquam calidam plurimum, & innugat ea, & testiculos, & sume cum oleo sambacio, aut anethino, aut chamæmelino, aut sampsuchino, aut rutaceo, aut oleo de ben, aut laurino, aut de lilio: & destillet ex eis in aures & nares cum lacte & proprietate calefactis. Etiam confert eis inclinatio super uerticem aquæ ubi chamæmelum, melilotum, sampsuchus, & anethum cocta fuerint. Caput uerò eorum & frons epithimetur cū costa, spica, myrrha, & pauco castoreo, & similibus cū oleo rosato mistis. In finē autem rei confert introita balnei, & lauari in eo: & olfactus redolentiū calidorū, sicut est moschus, & ambar, & alia quæ diximus in soda frigida. Et sint eorū cibi pulmēta ex frumēto, aut fursure cum melle, aut sorbitiones ficuum, & farine cicorum cum pulegio & foenogreco, & aqua cicorum, & similia.

Tertiam

Tertiam autem rem complent flebotomia, & solutio uentris, & administratio clysterum, & collyriorum, & lenificationes omnes omni hora propriè cum enematis saltem tentibus superfluitates. Flebotomia autem in hac egritudine in tribus casibus solū necessaria est. Primus casus est si catarrhus sit calidus, in calido corpore abundans, in quo sit oculorum rubedo, & uenarum plenitudo. Secundus si catarrhus sit calidus, declinans ad oculos ualde, aut qualiscunque sit, & terminetur in faucibus, aut pulmone, aut costis, aut diafragmate & figatur in eis ad collectionem. Tertius est si catarrhus accidat cum febre. In his autem solū casibus flebotomiam catarrho utilem inuenimus. Solutionem fieri oportet in calida materia, cum uiolis conditis, & aqua hordei, cū aqua fructuum, quam dicemus. In frigida uerò cum pilulis coccijs, hiera picra, cum aqua passularum, & hiera diacolocynthidos, & similibus.

Quartam autem rem complent gargarismata, & errhina, & fricationes extremitatum, & uentose, & similia. Interdum enim materiam in faucibus figi tememus, aut quod ad partes fluat nobiles: & tunc si eas ad nares conuertimus, & propriè cum errhinis, & sternutatorijs, & suffumigationibus, & odoramentis aperientibus nares, & oppilantibus colatorium, erit operatio dignior. Hoc enim est quod Galenus præcipit. Nisi forte agitationem timeas in materia, quæ multoties fluit diruptius propter inquietationem & agitationem. Et quidem sternutatio suspecta est in principio quoniam materia quiete indiget ut maturetur. Etenim agitatio multiplicat & dilatat materiam, & facit eam consequi motus laboriosos & uehementes.

At

At uerò post catarrhi maturationem est eius iuuamentum sublimè mundificans radicem. Et adhuc quidem iuuantius est post corporis mundificationem communem, & propriam. Gargarismata quoque necessaria sunt, sed prohibentur interdum. Et inuenitur eorum iuuamentum in tribus competentibus casibus. Primus, scilicet, ad catarrhum calidum & acutum, cum rebus incrassantibus, & coadunantibus ipsum, ut prohibeatur descensus eius ad profundum, & fiat facilis ad expellendum, & excreandum, quòd propter acumen & subtilitatem aggregari non poterat. Secundus ad catarrhum, cuius materia est multæ viscositatis, & spissitudinis, & querimus subtilitatem ipsius & diuisionem, ut facilius expellatur. Tertius quando timemus materiam figi in faucibus, & querimus absterionem, & mundificationem. At uerò quatuor casibus gargarismata administrare suspectum est. Primus est timor & suspitio catarrhi ad pectus, & pulmonem fluere consueti. Secundus est si catarrhus de generis acutorum fuerit, & subtilium & mordicantium. Tertius est in præfocationibus quæ fiunt subito. Quartus si catarrhus est uehementis multitudinis. In his quidem casibus gargarismata agitant materias, & conuertunt eas ad uias pectoris & pulmonis, & faucium: & eas multiplicant. Amplius tamen gargarismata secundum unum quinquè modorum fiunt. Alii enim sistit fluxum: aut stringit. Aliud partem nobilem pro ignobilè expurgat. Aliud abstergit quod fluxum est. Aliud detrat quod fluit. Aliud uerò est quod aggregat duas intentiones, uel plures, ex his quæ diximus. Exemplum uerò primi administratio narcoticorum in ægritudinibus cerebri. Exemplum secundi est administratio diacodion, aut diamorium decoctione rosarum, & balaustrorum, & talium. Exemplum

terti est administratio generum salis, & incisiuorum, & similium. Exemplum quarti est administratio capburæ ad calidum: & myrrhæ ad frigidum. Exemplum quinti est aggregatio intentionum: extremitatum autem fricationes, & uestigationes in eis ad hoc multum conferunt. Exercitatio autem, & motio partium inferiorum est iuuatiua ualde: ex maxime autem diuertentibus materiam catarrhi, est ut radatur caput in parte commissuræ coronalis, & uocatur zumbendegh, id est continuatio capitis: & fricetur super illam uehementer cum cepe acuto, aut cum scilla, aut cum panno aspero. Deinde ponatur super ipsam medicamen rubificationum, usque dum fiat uesticatio. Deinde aperiantur uesticæ, & ponatur quod fluere faciat: deinde iteretur & iteretur, usque dum appareat sanitas. Quòd si hoc non contulerit, cauterizetur in eodem loco, & dimittatur tempore extenso. & sit locus cauterizationis ubi terminatur maior digitus, postquam radicem manus in extremo narium posuerit.

Quintam uerò rem complent catarrhi fluxum abscedentia. Et sunt ex stolidis, qui ante digestionem ipsius, & mundificationem communem, administrant huiusmodi. Imò in medio agitationis quandoque, & est causa cumulationis, & multiplicationis ipsius, deinde diruptionis uehementis. Sit ergo studium erga hoc post corporis mundificationem, & post sedationem agitationis uehementis, ut abscedatur residuum fluxus ipsius. Et fortassis in aliquibus casibus cogimur in principio facere illud proprie. Aut quia timemus ne repat in profundum, aut in partes nobiles: aut ne nobilium & necessariorum operationum fiat destructio ilico: sicut est catarrhus præfocatiuus subito, & fortassis regimen diuersum uia eius est hoc nobilium, & securius. Imò regimen

abscissium, quod diximus, est regimen dubium: & ideo, quoniam possibile est ut dirumpat deinde fluxu dirumpi quam prius, & timoroso: & regimen diuersum dilatat materiam, & multiplicet, tamen conuertit multam ad partem communem non timorofam.

Sedationem autem cursus facientia alia sunt gargarizata, alia suffumigationes, alia quæ retinentur in ore, quæ odorantur, alia quæ deglutuntur, alia quæ loquuntur.

Ex gargarizantibus autem ad catarrhum calidum aqua rosata cum modico caphuræ, aut aqua lentium, rosarum, & balaustrorum, & aqua coriandri, & rorum: aut aqua corticum papaueris, & rosarum.

Ad frigidum uero gargarizantia fiunt cum uino decoctionis myrrhæ, aut libani, aut sandarachæ, aut talium.

Ex suffumigationibus uero ad calidum sunt semina infusum in aceto, & torrefactum. Deinde fiat suffumigatio cum eo: aut ex hordeo & aceto, aut ex fursure & aceto. Sandarachæ uero cum aceto est iuuamenti sublimis. Et uapor aceti super lapidem molarem ignitum: & friter uapor caphuræ cum fursure & aceto, aut cum hordeo fracto & aceto, aut ex caphura sola puluerisata super uase uitreo super prunas, & præterquam descendat uapor eius ad pectus & pulmonem. Imo respiretur aceto similiter conferunt: & similiter fit de panno lino fuso in aceto.

Ad frigidum uero suffumigia conferentia sunt quæ sunt ex styrace sicca, & libano, & xyllo aloë, & sandarachæ mistis, uel diuisis. Nigellæ quoque torrefactæ trita &

gate in panno lini, & attractio naribus odoris eius, aut suffumigatio facta ex ea est mirabilis. Costi etiam & nigellæ suffumigium est expertum.

Dixit filius Zachariæ. Fiant formæ sicut auellana ex libano, & etiam styrace liquida, costo, & sandarachæ ana partes æquales, & fiat suffumigatio ex una earum, & recipiatur sumus per traiectorium: abscindit enim fluxum eius.

Dixit Ebengezar. Addatur eis ex xyllo aloë, pars una, & permutatio fiat à styrace liquida ad styracem siccam.

Ex eis etiam, quæ retinentur in ore, ad calidum quidem sunt species de iacur, & quandoque commasticatur coriandrum, & retinetur etiam masticatum eius in ore, & confert. Et quandoque retinetur in ore caphuræ modicum.

Ad frigidum uero confert libanum, & myrrhæ. Retenta enim in ore abscindunt fluxum. Et iam uerificatum est quod spicæ retenta inter dentes est iuuamenti sublimis.

Filius Zachariæ. Confectio formarum similibus lupinis, quæ tenentur in ore & sistunt catarrhum.

Recipe libani partem unam, myrrhæ, croci, spicæ, styracis, ana partem quintam, opij partis unius tertiam.

Fiant ex eis pilule, & teneatur ex eis una in ore præterquam deglutatur salua eius. Expertum est spicam solam in ore teneri per noctem, aut per diem & noctem sedare catarrhum.

Ex odoribus uero ad calidum sunt modi formarum de libro Sabor Regis Medorum. Sistunt enim catarrhum calidum, & odorantur in febre adurente & syncopali, & pestilentiali.

Recipe sausel, sandali rubei, & albi ana partes æquales,

et rosarum partes duas, et quintam, sandali macaziri partes tres, caphure partem quintam, boli Armenia partes octo, omnia praeter caphuram terantur sicut alcohol, et tentur conterendo cum aqua rosata per hebdomadam, deinde miscatur cum eis caphura, et fiant inde sicut per eum glutino gummi arabici, et aqua rosata, et odorentur.

Conseruantur autem, ne tollatur eorum uirtus in ualutreo in loco recenti, et linatur saepe cum aqua rosarum missionis caphurae, et sandali macaziri.

Ad frigidum uero poma inuentione eiusdem.

Recipe styracis calamitidis, partes quinque, libani maiora, ana. partes tres, sandarachae tantundem costi, spicae, ana. partes duas, ambaris partem unam, bucur, ligni aloes, ana. partes quatuor, moschi partem quintam. Fiant ex eis poma, et nistrentur. sunt enim experta.

Confectio alia pomorum ex inuentione nostra.

Recipe bucur, seu den. ana. partes octo, ligni aloes, et electi partes septem, ambaris boni partes duas, gallischate partes sex, moschi partem quintam. Fiant ex eis poma cum glutino tragacanthae, et administrantur. Sunt enim bilia et experta, et cerebrum et cor confortant.

Res autem quae lambuntur, deglutiuntur, ad calidum dem sunt species de iacur. et aqua coriandri: et syrinx papauere, et similia.

Filius Zachariae. Confectio pilularum quae tenentur in ore, et sistunt catarrhum calidum.

Recipe, amyli, tragacanthae, amygdalarum dulcium barum ex corticatarum, papaueris albi, et corticis gummi arabici, boli armeniae, ana. Conface cum melle nae psyllij et citoniorum, et fiant sicut lupini, et tenentur

in ore. sunt enim experta.

Ad frigidum uero conferunt thus et myrra. Ista enim deglutita sistunt catharrhum.

Confectio alia pilularum de libro filij Zachariae, de quibus sumuntur omni nocte a tribus usque ad quinque, et si sunt catarrhum. Quarum permistio.

Recipe thuris masculi partem unam, myrrhae, opij, croci, hyoscyami, ana, partis unius tertia, succi liquiritiae partem unam, fiant pilulae et dentur sicut diximus.

Confectio alia pilularum conferentium ad omnes rheumaticas passiones, et sunt de libro Alexandri Medici. Quarum haec est permistio.

Recipe myrrhae drach. iij. thuris masculi. 3. duas, et quintam, opij, hyoscyami, radicis alcarcachar siccae, ana, drachm. duas. Conface cum succo alchazar humidae, da ex eis a tribus usque ad quinque in sero. sunt enim mirabiles.

Sextam uero et ultimam rem complet correctio particularium accidentium quorum catarrhus causa est. et hoc est regimen proprium, sicut correctio proprie agritudinum catarrhalium oculorum, et narium, et aurium, et glandularum, et uuae, et gulae, et duarum mandibularum, et pectoris, et pulmonis, et aliarum partium quas catarrhus offendit. Et nos de omnibus in proprijs loquemur capitulis, si Deus uoluerit.

Et primo dicemus de agritudinibus oculorum.



## S V M M A Q V I N T A

de agritudinibus oculorum.



**S**ERM O noster erit deinceps de curis agritudinum oculorum. Sunt autem oculorum curæ secundum unum trium modorum. Alia enim est conseruatiua sanitatis eorum. Alia curatiua agritudinum ipsorum. Aliam uero præseruatiua ab agritudinibus futuris in ipsis. Primo quidem fit secundum alterum quinque modorum: enim conseruat superficiem oculi in tersione decenti, & naturali: aut conseruat oculum in sua propria temperata & æqualitate: aut conseruat organizationem ipsius in æqualitate eius: aut conseruat continuitatem, & positionem naturalem partium eius: & conseruat spiritum uisibilem sua propria illustratione.

Et quidem primam rem complent medicinæ abstergentes habentes mediocritatem, & temperiem in tersione sua: sicut propriæ succus fœniculi, & collyrium ex eo: & succus manithæ: & herba adhib propriæ. aut res tenues reddentes superficiem eorum, qualis est teneritas oculi puerilis, & propriæ nitentis in simplicitate sua. quarum rememorabimur post: & super his tueri ab eis qui lesionem oculis inferunt, qualia sunt fumus, & puluis, & flatus asperorum uentorum, & inæqualitas aeris, & aspectus rei uariantis ipsos, & omnis res faciens senescerem oculi, sicut coitus, & labor plurimus, & fletus uincens uersuram, & ebrietas, & somnus plurimus, & uigilia plurimæ, & somnus supra repletionem, & propriæ ex-

& potibus uapores turbidos generantibus, sicut propriæ caules, porri, acria, salsa, fabæ, lentes: & uiriliter omnia turbulentum generantia sanguinem.

Secundam uerò rem complent medicinæ quæ alterando custodiunt sanitatem oculi: aut, scilicet, calefaciendo, aut in frigidando, aut humectando, aut desiccando.

Tertiam rem complent medicinæ confortantes sanitatem eius in plasmate & forma creaturæ ipsius. Et hunc canonem ingrediuntur medicinæ confortantes lenificatio = nem, aut asperitatem, & perforationem, & concauitatem partium eius sicut oportet ex eis quæ dicemus, & ubi oportet.

Quartam rem complent medicinæ custodientes sanitatem eorum, & continuitatem ipsorum, & prohibentes resolutionem fieri partium continuarum in ipsis, quarum rememorabimur, si Deus uoluerit.

Quintam rem complent medicinæ reparantes spiritum uisibilem, & illuminantes, & irradiantes ipsum, quarum rememorabimur similiter.

Democritus. Fœniculus oculum abstergit, uisum clarificat secundum omnem modum administrationis eius. Et serpentes, & reptilia diu degentia in cauernis approximant huic plantæ, & utuntur ea in comestione, & fricatione super oculos suos postquam egrediuntur cauernas, & uigoretur uisus eorum. Fit autem collyrium ex succo eius hoc modo. Accipe succi fœniculi depurati post residentiam eius, & facilem decoctionem ipsius in uase aëneo cum nummis auri puri, & sufficientem decolorationem partem unam mellis puri & clari partis unius tertiam. Bulliant iterum ebullitione una, & colentur, & ponantur in ampulla, & suspendatur

in sole, & permutetur de uase in uas abijciendo semper  
postasim eius: deinde fiat ex eo collyrium, & destillat  
cum radio in oculum. Est enim expertum ad custodiendam  
sanitatem eius: Abstergit enim oculum, & clarificat uisum.  
Et quandoque depuratur in sole præterquam decoquatur  
igne, & est similiter expertum. Et sunt ex hominibus  
admiscent ex felle galli partis. j. xx.

Aristoteles instruens Alexandrium Regem inquit. Fre-  
quentationes pectinis super caput uapores uisum impedi-  
tes euertunt ad cutem, ne uisui obsint. Item inquit. Aspicere  
rerum uiridium in loco multæ temperiei uisum corroborat.  
Item dixit, aspicere speculum tersum directum, & diu  
tueri super ipsum, uisum corroborat, & oculi defatigati-  
onem remouet. Item iniunxit post oculi defatigationem  
gredi domum obscuram, & non multæ tenebrositatis, &  
intueri per fenestras in quibus sit aliquod paruum uiride  
intueri aquam uiridem: & sommergere oculos in ipsa. Ita  
dixit exercitatio legendi literas mediocres uisum corrobo-  
rat, & oculorum sanitatem custodit.

Dioscorides dixit, quod comedere carnes autem que  
rapina uiuunt, uisum corroborat, & similiter sorbitione  
iurium earum: & asseruit etiam quod plures post ipsum ex-  
perti sunt, quod ius serpentium, & caro ipsorum confortat  
uisum. Et dixit quod succus harmel, & fœniculi, &  
uinum, & mel simul cocta & depurata, deinde mista cum  
felle alcubugi, aut gallinæ, oculi sanitatem custodiunt, &  
uisui addunt.

Sabor. Nux moschata nutrita cum melle uisus sanitatem  
custodit, & proprie sumpta ex eis una mane quolibet in  
iunio. Chebuli quoque conditi similiter faciunt.

Idem collyrium mirabile in abstersione oculorum, & cor-  
roboratione uisus, & sit in tempore ueris. Accipe foliorum  
rosarum completarum, foliorum rutæ, foliorum fœniculi,  
foliorum herbæ adhil, foliorum chelidoniæ ana partes æqua-  
les. Trahatur aqua eorum per sublimationem in alembico, si-  
cut est operatio aquæ rosatæ, & conseruetur in uase æneo, est  
enim collyrium pretiosum.

Mahemet filius Zachariæ Arafî. Collyriū de succo gra-  
ndorum abstersiuum oculorum & confortatiuum uisus ex-  
pertum. Accipe succi granatorum dulcium & acetosorum  
ana lib. j. ponantur in ampulla uitrea, & stringatur orificium  
eius, & ponatur in sole per menses duos, ita quod quolibet  
mense recipiatur clarum eius, & abijciatur fæx quæ subsi-  
det. Deinde ad omnem libram istius succi ponatur puluis iste.

Recipe aloes, radicum chelidoniæ, salis ammoniaci, pipe-  
ris longi ana drachm. unam. Terantur sicut alcohol, & mi-  
sceantur in medicamine, & iterum exponatur soli, & quan-  
tò plus antiquatur, tantò sublimior est eius operatio. Fœni-  
culus, uerbena, rosa, chelidonia, ruta: ex his fit aqua, quæ  
lumina reddit acuta.

Galenus. Comestio carniū uiperarum præparatarum  
secundum doctrinam qua recipiuntur in theriaca, conseruat  
sanitatem uisus, & est ad hoc optimum. Frequentare potum  
aceti scillitici ad hoc est multum laudabile. Triphera ma-  
gna, & triphera minor, ad hoc est laudabilis: & proprie  
minor cum quarta ponderis sui de puluere herbæ adhil.  
Triphera Persica quam diximus in antidotario, & electa-  
rium algarimph, & pilulæ cociæ, & pilulæ lucis, & pi-  
lulæ Sabor quæ diximus in canone, & hiera nostra, &  
Theodoricon ad hoc conserunt.

Humain. Confectio electarij sublimis conferentis sanitatem oculorū: & confortantis spiritum uisibilem in claritate suā.

Recipe herbæ adhil, drach. duas, seminis feniculi drach. quinque, macis, cubebæ, cinnamomi, piperis longi, caryophyllorum ana drach. unā, puluerizentur, & cribellentur, & accipe mellis despumati lib. unam, succi feniculi cocti & depurati unc. unam, succi rutæ similiter cocti unc. quinque, succi chelidonie similiter cocti unc. quinque. Coquantur succi cum mellis despumati libra una: usque dum mellis tenuis habeat spissitudinem, & conficiantur cum eo species, & referretur in uase uitreo: & sit dosis eius drachm. trium, cum uino in sero, & allevietur cœna, uel dimittatur, & similiter in mane.

Haly. Collyrium acuens uisum, & oculi sanitatem custodiens. Accipe succi feniculi drachm. is quadraginta, succi rutæ drachm. uiginti. Ponantur in ampulla uitrea cum mellis boni & clari drachinis quindecim, & obturetur ostium eius, & dimittatur in sole per tres menses, & abijciatur fœx eius, & linantur ex eo oculi, quoniam est expertum.

Filius Zachariæ. Confectio alcohol conseruantis sanitatem oculi. Recipe tuthiæ, stief, memithæ. ana. dra. tres, alestilitij. ana. drach. duas, caphuræ drachm. unius sextam. Terantur cū aqua agreste, aut sampsuchi, aut sumach, & exiccetur, & administretur: aut nutriantur prius cū aqua agreste, secundò cū aqua sampsuchi, sumach. & est sublimis.

Idē. Confectio alcohol acuetis uisum. Recipe tuthiæ priuolotæ, deinde nutritæ in aqua sampsuchi tribus uicibus drach. decem, zinziberis, piperis macropiperis, chelidonie, buenichæ. ana. drachm. unam, salis ammoniaci drach. quinque. Nutriantur cū aqua sampsuchi, aut aqua feniculi tribus uicibus, deinde exiccetur, & administretur. est enim sublimis.

Filius

Filius Zexar. Collyrium confortans uisum, & acuens ipsum. Recipe fellis galli, aut alcubugi, aut perdicis, & mellis crudi. ana. partes æquales, succi feniculi partes duas, misce & pone in oculis. bonum & electum, si Deus uoluerit.

Idem. Conditum factum ex alhæce cum melle confortat uirtutem uisus.

Idem. Conditum factum ex herba adhil cum melle mirabilis est in confortatione uisus imò & ipsa herba secundum omnem modum administrationis eius sublimis est.

Aboli. Alcohol sublime tersiuum oculorū, conseruans temperamentū & sanitatem uisus. Recipe macropiperis. 3. ij. caryophyllorū, usneæ ana drach. j. climiæ, spumæ maris ana drach. decem, æris usti drachm. quinque, cerusæ, salis gemmæ ana drach. tres, salis ammoniaci, piperis ana drach. duas, caphuræ drach. quinque, Terantur, & administrantur.

Idē. Alcohol sublime tersiuū oculorū, quod administratur in dispositionibus sanitatis. Confortat enim debile uisum, & conseruat ipsum secundū sanitatē suā, & sedat multitudinē lacrymarū ex oculo. Recipe antimoniij loti. & preparati in aqua pluuiali circiter spatium dierū uiginti, tuthiæ, & climiæ, ana 3. sex, marchasitæ drach. iij. Tere in quodcumque per se, & tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multoties, donec exiccetur aquæ eorum. Deinde terantur cum aqua feniculi pluries cum continuitate aliquorum dierū similiter donec exiccetur. Tertio uerò terantur cum aqua sampsuchi. Quarto uerò cum aqua rutæ. Quintò cum aqua chelidonie. deinde exiccetur, & addatur cum eis sedenagi, & croci, ana, drachm. una, margaritarū non perforatarū drach. dua, moschi drachm. unius tertia, caphuræ drach. unius sexta. Et projice ipsa simul in mortario cum prædictis, deinde adde cū

eis

eis such. drach. quinque. & tere usque dum siccentur. & fiat inde alcohol mane & sero. quoniam est expertum.

Ex rebus autem oculi substantiam reiuuenescere facientibus est regimen cum electione rerum sex non naturalium, & administratione qua oculis & corpori teneritas acquiritur, sicut, uerbi gratia, cum approximatione in quantum possibile est ad aerem temperatum, & cibis & potibus humidis, & alijs humectantibus cum temperie præterquam faciant cadere in oppilationes.

Dixit Aboali, quòd ingredi aquam tepidam, & claram, & aperire oculos in ea, oculorum sanitatem custodit, & eorum teneram substantiam reddit, & abstergit. & similiter aquam uidere claram & nitidam. Vaporis autem aquarum cum decoctione quarundam rerum ad hoc uehementer conferunt, sicut uapor aquæ decoctionis sceniculi: aut ruta, aut herbæ adhil. & similia, singulariter, aut coniunctim.

### De cura præseruatiua oculorum.

**Q**UÆRA uerò præseruatiua ab ægritudinibus futuris fieri in ipsis, duplicem habet uiam. Partim enim conseruamus naturalitatem eorum quemadmodum superius dictum est, partim uerò obuiamus causis futurorum morborum in extrinsecis, uel intrinsecis. Extrinsecis, sicut fumo, uentis, cibis malis, & potibus, & alijs quorum superius rememorati sumus. Intrinsecis uerò obuiamus secundum unum quinque, modorum. Aut enim conuertimus studium ad permutandum malitiam complexionis puræ sine materia, uel cū materia si nō in quantitate exuberet. Aut euacuamus eam si uincit supra quantitatem naturalem, uel egreditur propriam naturalitatem. Aut facimus

utrumque

utrumque. Aut corrigimus adiectū peccati in organizatione eorum. Aut prohibemus solutionē cōtinuitatis futurā fieri in ipsis.

Et quidem primam rem complent medicinæ auxiliantes in permutando malitiam complexionis eorum, scilicet, aut calefaciendo, aut infrigidando. Calefaciendo cum eo quod est sicut zinziber moschus, hueg, piper, & similia. Aut infrigidando cum eo quod est sicut albumē oui, muccago psyllij, aqua rosata, succis solani, portulacarum lactuce, & similia, Aut de siccando cum eo quod est sicut tutbia, cobol rosæ, & similia. Aut linendo sicut tragacantha, & similia.

Secundam autem rem complent medicinæ euacuantes materiam, & educentes eam: & hoc quidem fit secundum unum trium modorum, aut secundum semitam diuersionis ab eis: aut secundum semitam extractionis ab eis, aut secundum semitam resolutionis ab ipsis. Euacuatio autem & diuersio materiei quandoque fit ex toto corpore, si in toto exuberat aut ex capite solo, si in eo solo exuberat, & ingreditur canonem hunc species flebotomiæ, & species solutionum per uentrem, & errhina, & gargarismata, & uentosa, & scarificationes, & fricationes extremitatū, & ex eis quæ diximus, & quæ dicemus iam. Extractio autem materiei fit per medicinis educentes per lacrymas sicut est materiei sal ammoniacus, & sal, & similia. Resolutio quoque ex ipsis fit cum medicinis proprie sicut sarcocolla, & succus sceniculi, & mentha: & similia.

Tertiam uerò rem complent aggregationes harum duarum intentionum, de quibus modo loquuti sumus: & canonem hunc ingreditur regimen in generibus rerum sex.

Quartam uerò rem complent medicinæ seruantes organizationem eorum, & formam, ne cadat in eis tortuositas,

aut

aut oppilatio, aut dilatatio ultra decentiam.

Quintam rem complent medicinae solutionem in conuinitate ipsorum fieri prohibentes: & de quibus loquemur, si Deus uoluerit.

Flébotomare autem oportet propter oculos si sanguis exuberat cum communitate corporis totius, ex basilica: deinde ex cephalica. Et quandoque necessitas urget, & proprie cum plenitudo adest, ut flebotomemus sphenas, aut hæmorrhoidas aperiamus. Si autem cum communitate alicuius ex membris fuerit, flebotomanda est uena illi proprie membro deseruiens. Deinde utrisque communis. Si uero sine communitate aliorum in capite sanguis exuberat, tunc fistulud aut ex eo, quod in toto exuberat, & tunc ex cephalica inueniendus est. Aut exuberantia est secundum partem quidem, aut ex uenis quæ sunt sub cranio, & flebotomamus ex cephalica. Deinde quidem uel prouocamus sanguinem ex uariabus, aut ex uenis forinsecis, quæ sunt sicut scis, quædam frontales, & flebotomamus ex eis: aut sanguisugus, aut cauteria super eis apponamus: Et quandoque conuertimus ad posterius capitis cum scarificationibus, & uentosis, propter communitatem ambarum partium, sicut scis. Et sunt ex uenis pulsantibus, & non pulsantibus, quæ sunt temporales, per quas etiam materiae confluunt, quas quandoque flebotomamus, quandoque incidimus sicut suo loco dicemus. Quandoque cauterizamus, quandoque conuertimus, & scarificamus aures, & quandoque cauterizamus sub eis.

Modus autem cauterizationis harum partium, si urget necessitas, fieri oportet post corporis mundificationem totius cum medicina solutiua, mundificante etiam ca-

put

put ipsum, & corpus totum, & hoc pluribus uicibus.

Et primò incipiamus experiri super cauterio capitis quod fit super commissura coronali in parte communi, quæ dicitur zuendeng, id est cõtinuatio capitis, cuius uiameta sunt multa & sublimia, & proprie ad omnes ægri tudines capitis frigidæ & humidæ, sicut est soda, & ægri tudo quæ uocatur ouum, & scotoma, & uertigo, & grauitas somni, & grauitas sensuum, & paralysis, & tortura, & pluralitas catarrhi, & coryza, & lapsus ad oculos, & nares, & aures, & uiam, & fauces, & ad dolores dentium, & gingiuarum, & dolores gutturis, & ad omnem desillationem catarrhi, super pulmonem, & partes pectoris, & stomachum, & partes uicinas, & uiriliter ad omnes ægri tudines catarrhi frigidæ & humidæ. Et modus operationis eius est, ut radatur super capite in loco ipso, & ponatur radix manus ægri super extremitatem nasi ipsius, & extendatur per medium frontis, & consideretur ubi terminetur medius digitus, & signetur ibi, & cauterizetur cum cauterio ignito, cuius forma sit sicut nucleus oliuæ maioris, & procedat cauterizatio usque ad imperficiem ossis, &

obseruetur ut remaneat apta, ut emitiat pus, usque ad tempus, quo tibi manifestabitur ex ratione diminui pus, & ægri tudines catarrhales tolli.

De  
 ...  
 ...

## De Ophthalmia.



**C**URA ophthalmiæ est secundum duas intentiones, uniuersalem, scilicet, & particularem. Vniuersalis intentio diuiditur in sex res. Prima res est commensuratio regiminis. Secunda est subtractio materiæ exuberantis. Tertia prohibitio tarrhi, & descensus ad oculos. Quarta est inclinatio eius, & diuersio ad aliam partem. Quinta est alteratio, & gestio eius, quod est transmissum. Sexta corrigit accidentia. Particularis intentio diuiditur in curationem, & stationem accidentium.

Primam igitur rem complent commensurationes regiminum rerum sex, quas scis. Et proprie diminuendo cibum & potum uitando euaporosa ex eis, & eligendo cibos pauci nutrimenti, sed laudabilis, & alleuando prandium, & diminuendo cenam, uel dimittendo. Et si materia fuerit calida, sint cibi calidi actualiter, & potentialiter, & propria condita cum rob granatorum, aut cum agresta remissa atofitatis. Et da congelata ex cucurbitis, aut ex alijs, & pra cibum da aliquid ex coriandro, uel quod conditur ex eis & da ante cibum in matutinis aquam psyllij: & coriandri. & deuitet uinum & carnes in principio. Et si fuerit frigida, sint cibi uitelli ouorum, & mica panis, & aqua carnis, & sauc, & hordeum confractum cum paucis amygdalis. Et sumat in matutinis mel cum aqua calida, & supra cibum da quid ex pyris, aut citonijs. Et sit studium ut lenificetur natura quantum possibile sit cum facilitate. Et sit in domo qua habitat aer & tenebrositas. Somnus autem medicamentum est eis bonum. Verum supra repletionem uitetur, & uiter fatigatio.

fatigatio, & prauitas animi.

Secundam rem complent flebotomia, & euacuatio cum medicinis solutiuis. Flebotomia autem ex cephalica cõueniens est omnibus speciebus eius, & proprie sanguinæ ex latere opposito prius, deinde ex latere eodem: si flebotomationis iteratio necessaria est. Et interdum non sufficit hæc flebotomia, & illud proprie quando materia fluit ad oculos, aut per arterias extrinsecas temporales, & auris: aut per uenas frontales, & tunc necessaria est flebotomia arteriæ temporalis, ut abscondamus cursum eius per ipsam. Et modus incidendi arteriam huius est postquam tibi innotuerit illam esse, aut ex paruis arterijs, aut ex magnis, quod declarabitur tibi ex eo, quod inuenitur aliqua ex illis esse maioris pulsationis, quam reliquæ, & maioris plenitudinis, & caloris tactus, & tunc scinde cum incisorio cutim secundum longitudinem arteriæ, & excoria cutim usque dum peruenias ad arteriam. Deinde trahas eam uncinis, separando ipsam ex omni parte à cute & carne. Et si est ex paruis, incide ipsam omnino, & extrahatur ex sanguine extractio cõpetens. Deinde impleatur uulnus aliquo, quod sit cauterizans extremitates arteriæ. Si autem fuerit ex magnis, ligamam filo de serico forti in duobus locis, ut sit inter duas ligaturas distantia sicut pollicis. Deinde incide secundum totam arteriam in medio duarum ligaturarum, uel cauteriza eam. hæc est enim operatio secundum sapientiam. Si autem descensus materiae fuerit per uenas frontales, confert oppositio sanguisugarum super frontem, & appositio uentosarum in nucla cum scarificatione, uel sine, si debilis fuerit. Est enim ipsa magni iuuamenti: quæ si non conferat post solutionem cum medicina, fiat cauterium super zuedeg. Est enim ultimum in abscondendo fluxum ca-

tarrhi: nos quidem diximus formam cauterizationis hanc  
in capitulo, quod est ante istud. Euacuationes autem quae  
cum medicina solutiua in materia calida sunt, quae sunt  
aquis fructuum & uiolarum, & myrobalanis citrinis, &  
fumo terrae, & tamarindis, & similibus, & decoctio capitu-  
rum Veneris dicta in antidotario, & aqua fructuum, & infusio  
de succis herbarum: & alia quorum rememorati sumus  
in canone. At si cum materia calida fuerit permissio materi-  
ae crassae, nihil est quod magis conferat quam infusio de aloë:  
aqua endiuiae aut solani: aut infusio hierae picrae cum eis: ad  
quod narratum est saepe ex infusionibus hierae picrae:  
proprie si materia fuerit submersa aut imbibita in uelamen-  
tibus cerebri. Si autem materia fuerit frigida flegmatica, sit  
solutio cum pilulis coccijis, & pilulis Galeni, & diacode-  
cynthidos, & similibus. Si uero fuerit melancholica, ue-  
cenda est cum his, quae ipsam educunt, ex his quae dicta sunt  
neque sit cōtētus in sufficiētia unius euacuationis, aut diuisio  
sed iteratio atque iteratio est ex rebus laudabilibus eis, &  
proprie cū facilitate, & proprie, qualiscunque sit materia.

Tertiam autem rem complent flebotomia & cauteria  
quae diximus, & emplastrationes super tempora & frontem  
& inter duo supercilia, ex eis quae dicemus iam: & proprie  
quando materia quae effunditur uia effusionis est per uia  
extrinsecas. Et quandoque completur hoc ex rebus facili-  
tibus sūpticitatem & inspissationem ut prohibeatur desin-  
sus materiae eius. Verum etiam interdum nocent, quoniam  
quae iam descendunt, materiam aggregant, & constringunt  
inter tunicas oculorum, & sunt causa maioris nocementi.  
Quod si contingat, administranda sunt euaporantia, quae  
sunt aqua calida, & aqua meliloti, & similia. Et proprie

ut consideres in curatione tua gradus tres, & distinguas eos  
in consideratione indigesti morbi, & accessus eius ad diges-  
tionem non integrè, & accessus eius ad digestionem in qua  
est completio. Hoc enim est quod est secundum sapientiam &  
quandoque conferunt ad hanc partem administrationes de  
iacur, & gargarismata facta ex eo, & similia, quorum re-  
memoratio praecipit in capitulo de coryza, & catarrho, ex  
eis quae constringunt fluxum eius. Verum fieri oportet post  
mundificationem, & conceduntur solum aliqua ex eis quae  
sumuntur per os, quae requirantur ibi.

Quartam rem complent gargarismata, & errhina, cum  
facilitate diminuentia de materia, secundum quod exigit dis-  
positio, & similiter fricationes extremitatum, & compres-  
siones, & ligaturae dolorosae in extremitatibus, & clysteria,  
& uentosationes in nucha & inter scapulas, & in hemor-  
rhoidibus, & prouocatio earum, & scarificatio facta in car-  
tilaginibus aurium, & similia.

Quantam rem complent administrationes medicinarum  
secundum intentiones diuersas. In morbi enim principio  
repercussiuus utendum est, in quibus sit facilitas secundum  
omnem modum administrationis. Deinde utendum est resolu-  
tiuus, & si euacuanda sunt à permissione istarum duarum intētio-  
num, quaecumque medicinae sunt inter illas, ut perueniatur grada-  
tim, & cū successione paulatim ab eo quod est repercussiuum  
usque ad resolutiuum: quoniam haec est operatio quae est secundum  
sapientiam. Administranda igitur in principio, si materia fuerit  
calida, quae materia ei aequitate & inflammatione reprimant,  
qualia sunt portulaca trita, & superposita, & endiuia, & so-  
lanum, & aqua rosata, & lingua arietis, & herba uiolae, &  
psyllium infusum in aqua rosata haec omnia singulariter, uel

coniundim cum oleo rosato conuassata, & oculis impo-  
 sedant, & digerunt. Desillentur autem in oculis lac multum  
 nutrientis puellam, lac asinae, albumen oui, aqua rosata, &  
 mucago psyllij. Et post diem utendum destillatione siefa-  
 primi, cum aliquo horum quae diximus nunc. Consequen-  
 admiscendae sunt his, & proprie cum iam lippitudinem oc-  
 habere coeperint, sed non integrè, & cursus lacrymarum  
 lium & acutarum non est in ea perseverantia sicut prius, &  
 dicinae aliquid resolutionis & maturitatis habentes, sicut  
 cago seminum citoniorum, & decoctio meliloti, & aqua  
 noegræci utendo eis proprie cum siefalbo sero, cum collyrio  
 trino. Si autem maturationis significatio uera adesset, quae  
 effusio lippitudinis, & omnino abscissio lacrymarum  
 lium acutarum, tunc balneationis impressio est medicam-  
 rum. Subtiliat enim & resoluit materiam, & est eius  
 medicamen proprium. Puluis aluminis, & proprie cum  
 cagine saenogræci & seminis lini non praetermittatur, &  
 administratio balnei, est enim nobile ad ophthalmiam, sicut  
 Hippocrates dixit, & proprie corpore mundificato. Sic-  
 tem materia fuerit frigida flegmatica, utere in primis re-  
 cussius, non plurimè infrigidationis, sicut est sief de se-  
 cum succo menthae, confortato modico spica, & sae-  
 rhamnii, & succo uirgæ pastoris, similiter conforto  
 cum spica & in processu rei, cum signa maturationis app-  
 ruerint, utendum est emplastro ex anetho, & folijs mada-  
 coctis in uino stiptico: aut ex meliloto & spica: aut saenogri-  
 co, & rosis coctis cum uino stiptico. Et desilletur in oculo  
 sief de spica cum aquis meliloti, aut saenogræci, & sie-  
 lium. Et si amplius signa maturationis appareant, utenda  
 est puluere citrino cum mucagine saenogræci aut melilo-

Balnea

Balneum quoque in huiusmodi hora est medicamen conueniens:  
 & potus uini puri & albi. Si autem à uentositate fuerit, cu-  
 retur cum embrocis & balneis facientibus euaporationem,  
 & emplastris & iam laudatus est fomiculus in huiusmodi  
 ophthalmia secundum omnem modum administrationis eius.  
 Et emplastrum factum ex eo & uitello oui, est iuuamentum  
 ualde.

Sextam rem complent administrationes medicinarum do-  
 loris sedatiuarum, scilicet puncturae, & mordicationis uehe-  
 mentiam sedantium: qualia sunt proprie medicamenta sedan-  
 tia, secundum quod exigit dispositio, ex narcoticitatis parum  
 habentia, & repressiois. Verum administranda sunt cum  
 cautela, sicut proprie albumen oui conuassatum cum aqua  
 papaueris, aut mucago psyllij cum aqua papaueris, aut cum  
 succo pomorum mandragorae, aut solani, aut lactucæ, & si-  
 militer mucago seminum citoniorum cum aliquo praedicto-  
 rum: & mucago saenogræci, & aqua meliloti: aut ane-  
 thi cum aliquo ex eis. Et quandoque propter necessitatem  
 utendum opio. Verum si accidat nocumentum propter nar-  
 coticum, utendum est lacris, & embrocis ex rebus in qui-  
 bus sit uirtus maturans uirtutem narcotici, sicut est proprie  
 melilotum, chamamelum, saenogracum, malua, anethum,  
 & similia.

Hamec filius Zecar. Emplastrum conferens dolori  
 & apostemati oculorum, & scabiei, & supercalefactioni.

Recipe croci, myrrhae, olibani, opij, gummi Arabici ana.  
 Tere & confice cum aqua rosata, & fac formulus, & fac  
 ficcari, & quando oportet, accipe ex eis, & fac emplastrum,  
 aut albumine oui, est enim expertum.

Idem. Aliud ad apostemata oculorum, & difficiles dolo-



res, & facit ægrum dormire.

Recipe croci, memithæ, litij, aloes, gummi Arabici, ana. tere & confice cum succo rubi, & fac formas, & cum oportet dissolue unam ex eis cum succo rubi, aut solani, aut mucagine psyllij, aut granorum citionij, aut albumine oui, aut lacte mulieris lactantis puellam, & pone cum lana super oculum: confert enim, si Deus uoluerit.

Idem. Aliud ualens similiter quando dolor est uehementi in oculis faciens dormire.

Recipe mandragoræ, opij, hyoscyami ana. Tere & confice cum aqua pluuiali, & expone soli quinque diebus. Deinde fac formulas, & quando oportet, dissolue unam ex eis cum aqua rosata, aut albumine oui, & line super frontem & tempora: & si oportet line super oculos.

Aliud conferens doloribus oculorum calidis. Accipe solani, succi foliorum hyoscyami, litij, croci, sacchari, paphuræ ana, albuminis oui quantum sufficit. Vtere cum coque sedat eum illa hora.

Filius Zachariæ Arafî. Confectio emplastrî prohibens fluxum ex oculo.

Recipe aloes, acaciæ, sief memithæ, litij, boli, gummi Arabici. Linatur supra frontem cum albumine oui. Et si est præ calefactio uehementis addatur eis santali rubri & sief ana pugillus unus. & linatur cum aqua coriandri humidæ endiuicæ, & aqua rosarum.

Idem. Confectio emplastrî ad dolorem uehementem ophthalmia.

Recipe coriandri, meliloti, croci, seminis lini, tortellorum deseni ana. Tere & confice cum uino stiptico, & fac emplastrum super palpebras.

Aboali. Emplastrum sedans fluxum materiei ad oculum.

Recipe sief memithæ, aloes seminum rosarum, croci, sarcocollæ, ranich, sauich, hordei, balaustrorum ana. Confice cum succo solani, & fac emplastrum ex eis.

Idem ad doloris uehementiam. Accipe succi lactucæ, succi pomorum mandragoræ, succi papaueris ana partem unam, albuminis oui partes tres. Conquassentur, & utere cum coto. bonum & expertum.

Idem. Epithema conferens ad dolorem uehementem, & ad multitudinem materiei.

Recipe sanich hordei, drachm. sexdecim, hyoscyami albi drachm. octo, thuris drachm. sex, myrrhæ, succi mandragoræ ana drachm. quatuor, opij, drach. tres, croci, rosarum recentium ana drachm. duas, uitellum oui unius assî. Contere & confice cum uino stiptico: & fiant formæ. Et quando oportet administretur unâ cum eo quod conuenit ex liquoribus.

Idem. Aliud faciens similiter ad dolorem calidum.

Recipe croci, myrrhæ, aloes, libani, opij, sarcocollæ ana. Fiant formæ & super frontem & oculum line in principio doloris cum aqua endiuicæ, aut portulacæ, aut solani, aut hyoscyami albi, aut coriandri humidî.

Idem. Aliud. Recipe sauich hordei drach. quatuor, opij drachm. unam, croci drachm. duas. Confice cum succis prædictis, & utere super ophthalmiam calidam.

Filius Serapionis. Emplastrum faciens stipticitatem, & conferens in principio, & prohibens fluxum materiei ad oculos. Accipe foliorum solani, & uirgæ pastoris, & arnoglossæ, & endiuicæ, & portulacæ, & ueritatum rubi, & foliorum uitis ana, fac cum farina hor-

dei emplastrum, & oleo rosaceo, & aqua decoctionis pauperis.

Idem. Quando accidit quod ægritudo consequitur uelut maturationis: tunc misceas in emplastris utellum uel mucagines fœnogræci: & seminis lini, melilotum & demæmelum cum media parte croci, & oleo rosaceo similibus corporatis: & superimponere.

Filius Zexar. Sief album, quo utendum est in principio ophthalmiæ calidæ cum dolor est uehemens.

Recipe gummi Arabici, tragacanthæ, amyli ana drachm. quatuor, cerusæ lotæ drachm. sex, opij drach. unam. Distilla per a cum albumine oui, uel cum aliquo quod conuenit trochiscis quoribus.

Idem. Sief aliud album conferens ophthalmiæ in augmento, & sedat dolorem.

Recipe sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ drach. quinque, amyli drachm. quatuor, tragacanthæ drach. tres, opij drach. unam, libani drachmam unam, & β. cerusæ ablutæ drach. sex. Tempera cum aqua pluuiali.

Filius Zachariæ Arafî. Sief album conferens ophthalmiæ & doloribus oculorum.

Recipe cerusæ ablutæ drachm. decem, sarcocollæ nutritæ drachm. tres, amyli drachm. duas, tragacanthæ drach. unam, opij drachm. β. Fiant trochisci parui.

Sief aliud album descriptione Alboali conferens ophthalmiæ in principio, & augmento eius.

Recipe cerusæ drachm. decem, gummi Arabici, amyli drachm. quinque, sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ aut mulieris drachm. decem, tragacanthæ drachm. tres, opij drachm. unam, & β. Confice cum aqua.

Sief album descriptione Alexandri expertum ad ophthalmiam calidam cum nimio dolore: & est mirabile.

Recipe climiæ prius tamen lotæ, deinde adustæ, & extinctæ in lacte mulieris drach. decem, cerusæ lotæ drach. octo, sortæ ferri drachm. iij. opij drachm. ij. tragacanthæ, gummi Arabici ana drach. iij. Confice cum aqua pluuiali.

Sief citrinum descriptione eiusdem conferens doloribus uehementibus ophthalmiæ.

Recipe climiæ secundum superiorem doctrinam præparatæ drachm. octo, cerusæ lotæ drach. sedecim, croci drach. quatuor, opij drachm. unam, tragacanthæ drachm. duas, aquæ pluuialis quod sufficit. Vtere cum albumine oui.

Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdem plus operatiuum alijs: reprimit enim magis superfluentes materias.

Recipe amyli drach. uiginti, & unam, sief memithæ drach. octo, sarcocollæ, tragacanthæ, gummi Arabici ana drachm. tres, croci drachm. duas, & β. myrrhæ drachm. unam, opij drachm. duas. Confice cum aqua pluuiali.

Sief rosatum descriptione eiusdem efficax & expertum ad ea quæ diximus superius.

Recipe foliorum rosarum drach. quindecim, croci drach. octo, opij drachm. ij. spicæ Indæ drachm. ij. gummi Arabici drachm. nouem, aquæ pluuialis quod sufficit. facit enim ad doloris uehementiæ, & ad fluxum materierum subtilium acutatum.

Sabor Rex Medorum. Confectio collyrii, citrini sublimis ad ophthalmiam & doloris uehementiam, confert enim statim.

Recipe sarcocollæ drach. tres, cerusæ, amyli, tragacanthæ, gummi Arabici ana drachm. duas, opij drachm. unam,

croci drachm. unam, & semis. Omnia præter opium teri, & redige in subtilissimum puluerem, sicut alcohol: opium autem dissolue in aqua rosarum, aut lacte mulieris, & cum alijs conterendo in uase lapideo contritione multa, dum fiat liquidum, sicut mel currens, & utere. expertum est.

Idem. Sief de spica conferens ophthalmia, cuius materia est frigida, & est cum diurnitate.

Recipe sarcocollæ drach. β. spicæ drachm. duas, foliorum rosarum drachm. quatuor, croci drachm. duas, opij, aloes, ana drach. unam, gummi Arabici, amyli, tragacanthæ ana drach. unam, confice cum aqua pluuiiali, & fiat sief. & utere. Cum autem maturationis signum apparet, conficiatur sief huiusmodi cum succo capparis, expertum est enim.

Mahemet Arafî. Confectio pulueris albi, cuius operatio est mirabilis ad ophthalmiam calidam, & uehementia doloris.

Recipe sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ aut mulieris drachmas decem, amyli drachm. tres, opij drachm. unam, & caphuræ drachm. β. bonum & expertum.

Idem. Puluis alius, cuius proprietas est abscindere hystertudinem, quando non est sanies multa.

Recipe sarcocollæ drach. decem, spumæ maris drach. facchari drachm. iij. teratur & administretur.

Idem. Confectio pulueris citrini, cuius inuamentum est sine ophthalmia: & est eius impressio fortis.

Recipe sarcocollæ drachm. decem, sief memithæ drachm. tres, litij, aloes, ana drachm. duas, croci drachm. unam, & spumæ maris drach. β. teratur, & administretur.

Hamec. Puluis conferens calidæ ophthalmia.

Recipe sarcocollæ, sief memithæ ana, fac puluerem, &

utere cum albumine oui.

Isaac. Puluis citrinus conferens ophthalmia quæ sequitur declinationem, & ophthalmiam difficilem, & adhærentem.

Recipe sarcocollæ nutritæ drachm. decem, croci, spicæ, aloes ana drachmam unam, terantur & administrentur.

Hamec filius Zezar. Cohol conferens cum auxilio Dei apostemati, quod est in coniunctiua, & inflammationi oculorum, & fluxui materierum, & lacrymarum, & pruritu: & utere manè, & serò. expertum.

Recipe tutthiæ, lapidis hæmatitis ana drachm. tres, litij, acaciæ, climiæ auri ana aureum unum, spicæ, opij, sumach ana drachm. β. amyli aureum unum, aloes rubræ bonæ drachm. unam, facchari tabarzet drachm. tres, fac puluerem subtilissimum, & imbibe uice una cum aqua myrobalanorum citrinorum, & alia uice cum succo foeniculi, & tertia uice cum succo coriandri humidi, & quarta uice cum aqua sumach. & si est tempus granatorum, imbibe uicibus duabus cum succo granatorum mesorum, uel cum succo granatorum dulcium & acetosorum. Deinde misce cum eis caphuræ drachma unius quartam. Deinde iterum tere, & cerne, & pone in uase uitreo, & fiat cum eo alcohol manè & serò.

## De doloribus oculorum.



DOLORES oculorum. Inquit Hippocrates. Potus uini, balneatio, flebotomia, & euacuatio per uentrem, curant dolorem oculorum. Intellexerunt posteriores quod uini potio confert flegmaticis doloribus, balneatio cholericis & melancholicis, flebotomia

flebotomia sanguineis, uel si humores equaliter cum sanguine augmententur. Et euacuatio quoque per uentrem confert doloribus flegmaticis, cholericis, & melancholicis. Et quidem hoc scrutiniū secundum sapientiam est thesaurus operationum. Quoniam uini potatio confert flegmaticis, dum tamen malum & euacuatio præcesserint, & iterata: quoniam agitationis beneficio tollitur, ex agitatione particulariter, sublata multitudine. Et balneationis impressio similiter omnibus oculorum doloribus confert, etiam post debitam euacuationem. Resoluit enim & habilitat residuum materiei, & proprie adherentis difficilis. Alias autem dilatat materiam, & conuertit ex partibus alijs ad locum doloris, & multiplicat fluxum. Hic autem sermo noster est sermo quem non omnes comprehendunt, qui se exercent secundum prudentiam & uiam industriam: & non est, quoniam oportet ut postponantur euacuationes quæ faciunt cunctam partem eis, quæ sunt secundum multitudinem. Agitatio non multiplicatur ex agitatione particulariter, multitudinem sublata. Dilatat enim & incitat multitudinem: nisi materiam cunctam locum particulariter incumbat, & non cum communitate etiam alterius partis, & sic in quantitate parua. Preterea opium uero euacuationis ab eo quod est secundum partem & non sublata multitudine, materiam dilatat, & agit, & loco doloris multiplicat. Et hoc est illud quod est erroris imperitia, sicut Galenus dixit.

Hamec filius Zachariae. Cohol conferens doloribus oculorum, & est medicina Regum.

Recipe antimonij drach. sex, marchasitæ drach. quinque, tuthiæ drach. quatuor, emblicorum mundatorum drach. tres, amyli drachm. duas, piperis albi drachman unam. Tere in cribella, & utere ubi oportet.

Idem. Confectio sief conferentis omnibus doloribus oculorum. Accipe succi mororum rubi quantum uis, & fac siccare semper agitando, & accipe ex eo aur. tres, & misce cum eo ex albuminibus ouorum quod subtile est, & lactis mulieris quantitatem sufficientem, & fac siccare usque dum fiat sief, & utere cum albumine oui, & lacte mulieris, est enim medicamen sublime.

Idem. Sief aliud conferens doloribus oculorum à cholera, & confert statim.

Recipe climiæ auri, scorix ferri ana drach. quindecim, sief memithæ drach. unā, opij, croci ana drach. β. acaciæ aur. β. Tere & confice cum aqua, & fac sief, & utere cum aqua rosata, & lacte mulieris.

Idem. Sief conferens doloribus fortibus ex multitudine materix, & facit dormire ægrum ex illa hora.

Recipe sief memithæ drachm. octo, croci, sarcocollæ ana drach. quatuor, opij drach. duas, succi mandragoræ drach. ij. Tempera cum aqua pluuiali, & utere ubi oportet.

Amaran. Sief conferens omnibus doloribus oculorum, & utere eo ad omnes ægritudines.

Recipe tuthiæ bonæ, litij, aur. quatuor, myrobalanorum citrinorum aur. unum & β. zinziberis, piperis longi, & albi ana aur. unum, asfendeni, sarcocollæ ana aur. drachm. duas. Tere, & cerne, & solue litium in aqua pluuiali, & confice cum eo cætera, & fac sief: & frica in coto cum aqua pluuiali & albumine oui, uel succo rubi.

bonum, si Deus uoluerit.

## De uulneribus &amp; hulceribus Oculorum.



**V**LNERVM & hulcerū oculorum curae  
sex res Prima est euacuatio multitudine  
cūda est prohibitio discursus materiam  
oculos. Tertia est administratio intentionis  
ca uulnus. Quarta est correctio accidentium. Quinta est  
seruatio regiminis in uita eius. Sexta est ut uestigium quod  
uulnere remanet deleatur.

Primā igitur rē cōplet flebotomia, quoniā est principā  
rē, & propriē cephalicā. Deinde solutiones lenes uētrā  
eis, quæ diximus ī capitulo de ophthalmia, factæ cū iterā

Secundam rem complent medicamenta quæ sunt dīstī  
suprà in capitulo de ophthalmia.

Tertiam rem complent administrationes medicamen  
facientium nasci carnem in hulceribus, & consolidā  
uulnera: sicut est sief album in principio cum lacte mulie  
& albumine oui. Et administratur secundum plurimum  
dicina desiccatiua non multæ mordicationis, ut non fiat  
generatio. Est enim in hoc uulnere sanies suspecta, & p  
tempus principij si dolor non sedatur, scēnogræcum cum  
sis coctis in uino stiptico, aut aqua rosarum super oculum  
taplasmetur. Et utendum est deinceps sief albo & sief  
plumbo cum albumine oui. Si autem dolor reprimitur, sief  
de plumbo utendum est tantum, similiter cum albumine  
Ciam autem uulnus repletum fuerit, utendum est sief elixī  
Ligatura præterea super oculos restringenda est, ut co  
primat super puluillos, & super pilam constitutam &  
dinatam super oculos. Iaceatq; æger superius, signum  
que salutis est quando incipit apparere in circuitu uuln  
alba

albedo, & post sanum uulnus remaneat impressio albedi  
nis in loco uulneris.

Quartam rem complent administrationes medicaminum  
sedantium dolores, & puncturas, & mordicationes oculorū  
propter uulnera ipsorum ex his quæ præceperunt.

Quintā rem complent administratio subtiliationis regimi  
nis in sex generibus rerum, sicut iam diximus.

Sextam rem complent medicinæ remouentes uestigium  
albedinis, quod remanet post uulnus, cum eis quæ dicuntur in  
capitulo de albedine oculorum.

Filius Zachariæ Arafī. Confectio sief de plumbo replen  
tis & solidantis uulnera oculorum.

Recipe plumbi usti, antimoniij, tuthiæ ablutæ calcecume  
non, gummi Arabici, tragacanthæ ana drachm. octo, opij  
drach. β. Fiant sief cum aqua pluuiali.

Idem. Aliud sief faciens nasci carnem in hulceribus, &  
prohibens progressum uuæ, & subtilians uestigia.

Recipe cliniciæ, tuthiæ tritarum & ablutarum multoties  
cum aqua pluuiali, cerusæ, antimoniij, libani ana drachm.  
duas, myrrhæ drachm. unam, sarcocollæ, sanguinis draconis,  
aloes, opij ana drach. unam, & β. Fiant sief & administrē  
tur. Bonum est & expertum.

Idem. Sief de thure maturans hulcera.

Recipe thuris drachm. decem, ammoniaci, sarcocollæ ana  
drach. quinque, croci drach. duas, Fiant ex eis sief cum muc  
cagine scēnogræci.

Idem. Sief elixir, cuius operatio est sublimis ad hulcera  
maligna oculorum, prohibens progressum uuæ. Recipe anti  
monij, sedenegi ana drach. decem, acaciæ drachm. tres, aloes  
drach. unam, suc ex eis sief cum succo rubi.

Filius

Filius Zecar. Cohol conferens hulceribus oculorum.  
 Recipe sarcocollæ nutritæ in aqua rosacea diebus pluribus, deinde nutritæ in succo rubi, tertio nutritæ in lactemlieris similiter diebus pluribus, & exsiccatæ, quantitas sufficientem puluerizata, & fat cum eo alcohol manè & se bonum. Et sunt qui mittunt sarcocollam in lacte mulieris tation, & utuntur.

Sabor filius Girges. Collyrium bonum ad vulnera & hulcera oculorum.

Recipe sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris, aut aspidrachm. quatuor, antimonij, sanguinis draconis, sedre ana drachm. duas, myrrhæ, aloes ana drachman unam, & opij drachman unam. Terantur ultima contritione, sin alcohol. Deinde confice cum succo rubi, sic conterendo uase lapideo contritione uehementi, donec fiat sicut na currens, & reconde in uase uitreo, & utere manè & sero & expertum est.

### De scabie oculorum.



**V**RA huius ægritudinis est secundum consi-  
 derationes duas. Nam quæ subtilis est non modo  
 temporis, indiget corporis mundificatione pri-  
 mo cum flebotomia, & uentris solutione, &  
 uentofatione in occipite, & nucha. Secundo indiget regi-  
 mine oculi substantiam teneram facientem, sicut est balne-  
 tio proprie, & fomentationes, & aliud regimen humedu-  
 tium acquisitum ex aere & quiete, & ex his quæ comedu-  
 tur & bibuntur, & alijs. Tertio indiget medicinis, quæ  
 proprietus est curare scabiem oculorum, sicut uerbi gratia  
 collyrium quod sibi comparat Sabor Rex Medorum, & sic

rubri

rubrum & lene, & sief uiride & lene. Si autem fuerit sca-  
 bies crassa & chronica, tunc cura eius est post solutionem &  
 flebotomiam, fricatio scabiei cum folijs parietariæ, aut cum  
 folijs fici, aut cum aliquo instrumentorum conuenientium ad  
 illud, aut cum radice liquiritiæ preparata, usque dum san-  
 guis plurimus fluat, & remoueat asperitas & durities,  
 quæ est sicut filrositas, & appareat tenerum eius. Et mo-  
 dus fricandi cum instrumento est, ut fiat fricatio super ocu-  
 lum & palpebras, prius superposito puluere ex spuma ma-  
 ris & saccharo tabarzet: aut aliquo quod sit simile illis.  
 Deinde lauetur oculus cum aceto, aut aqua rosarum, aut uino  
 forti albo & nouo, deinde administretur. Residuum regimen  
 eius est ex eis, quæ dicta sunt, & proprie ex collyrijs & sief  
 lenibus & acutis. Et emplasmetur tempore frigido cum  
 amygdalis amaris, cymino, & mica panis infusa in rob cum  
 pauco croco: & tempore calido cum uitello oui, & oleo ro-  
 sato, & uiolato: & non præmittantur genera medicami-  
 nis oculi substantiam teneram facientis.

Sabor filius Girges. Confectio collyrij boni ad scabiem  
 oculorum, & sebel, & ungulan.

Recipe cerusæ, uiridis aris ana partem unam. Tere con-  
 tritione multa cum uino albo, & succo rutæ, usque dum fiat  
 currens in terminum mellis clari & liquidi, & utere eo, ma-  
 nè & sero. Si autem medicamen mitius facere uoueris, po-  
 ne ex cerusa partes duas. Et quandoque cerusa & flos aris  
 teruntur contritione ultima, & ponuntur in uase æneo lim-  
 pido cum liquoribus prædictis, & dimittantur per diem &  
 noctem, deinde colatur & ponitur colatura in uase uitreo,  
 & destillatur ex eo in oculo, manè & sero.

Mahomet Arafti. Confectio sief rubri ualens sicut præ-

dictum est.

Recipe sedenagi drachm. tres, colcothar adusti drachm. tres, eris usti drachm. duas, myrrhæ, croci ana drachm. unam, piperis drachm. β. & est lene. Si autem acutius se uolueris, adde cum prædictis floris eris, & salis ammoniaci ana drachm. β.

Idem. Confectio sief uiridis ualens similiter ad prædictum.

Recipe floris eris drachm. tres, colcothar adusti drachm. sex, arsenici rubri, baurac, spuma maris ana drachm. ana ammoniaci drachm. unam, & semis, salis ammoniaci drachm. semis, ammoniacum dissoluatur in aqua ruta, & fiat sief.

Hanc. Confectio sief sanans scabiem oculorum, & sumens pannum, & unguam.

Recipe floris eris, colcothar adusti, spuma maris drachm. duas, calceacumenon drachm. quatuor, baurac, ammoniaci, arsenici rubri, sublimati ana drachm. unam, sief cum succo chelidonie. Et administretur sicut fricat. Est enim bonum, si Deus uoluerit.

Idem. Sief conferens scabiei, pruritus, & sebel, & miditati superflua in oculo.

Recipe ceruse, croci, gummi Arabici ana drachm. ammoniaci, spicæ, opij, myrrhæ, succi agreste ana drachm. unam, & β. Confice cum aqua pluuiali.

Idem. Sief conferens h ulceribus, & scabiei oculorum caliditate.

Recipe climæ, croci, scorie eris, gummi Arabici, eris usti ana drachm. tres, myrrhæ, sedenagi, spicæ drachm. unam, opij, rosarum ana drachm. unam, piperis albi grana quatuor. Confice cum uino, & utere cum

mine oui.

Humain. Cohol conferens scabiei oculorum, pruritus, & sebel, & tenebrositati uisus.

Recipe tuthie, emblicorum, ana unciam unam, antimonij nigri aur. duos, castorei, climæ, ana aureum unum, & β. methie drachm. unam, croci drachm. unam, caphura aur. semis, suchaba, dauic. id est salis ammoniaci drachm. duas. Tere contritione bona, & pone in uase lapideo mundo, & proijce super eam aquam pluuialem, in qua infusi fuerint per dies duos ex myrobalanis nigris circiter uiginti, postquam contriti fuerint. Deinde cola aquam, & funde ex ea parum super medicinas, & dimitte siccari, uel quasi: deinde funde ex aqua prædicta, & fac sicut prius, & sic paulisper infundendo & triturando usque ad totius aquæ consumptionem. Deinde siccantur & puluerizentur contritione ultima: & pone in uase uitreo. Dixit Humain quod uendebantur pondere auri propter suæ operationis excellentiam.

Cohol axeruni ex inuentione nostra, ualet combustioni oculorum, & lacrymis, & scabiei, & sebel.

Recipe tuthie carmeni buruch, unciam unam, elelengi, affar, zinziberis ana drachm. quinque, piperis longi, methie, ana drachm. duas, β. & Kirat. duos, melech indi drachm. unam. Tere simul, & tempera cum aqua agreste, & fac siccari. Deinde tere, & utere.

Musa factor. Alcohol sief conferens scabiei, & h ulceribus oculorum, & dolori, & debilitati uisus.

Recipe litij, tuthie inde ana aur. quatuor. Kebaborum aur. unum, zinziberis drachm. unam. Fiat sief cum aqua pluuiali, & utere in coto.

## De sebel.



**Q**VAE subtilis est, & non multi temporis, ac-  
tur cum considerationibus praedictis in can-  
biei oculorum, scilicet, cum subliatione re-  
minis, & dimissione uini, & cibarium uo-  
rosorum, & cum euacuatione corporis, & febotomia  
rebus teneram reddentibus substantiam oculorum: deinde  
sief, & collyrijs dictis ibi. Si autem chronica fuerit & ca-  
sa, ut appareat sicut tela aranea expansa super pupillam.  
li cum uenis manifestioribus, ita quod uisum prohibeat, ut  
est secundum unum duorum modorum. Aut enim colligitur  
& eleuatur dum apprehenditur, & suspenditur cum  
cinis, & tunc cum incisorio inciditur postquam col-  
gis eam, & separas ab oculo, cum pilo equi, aut filo de  
rico: & curetur deinceps cum aqua infusionis cumini: &  
illud cum puluere citrino. Si autem non colligitur, nec da-  
tur, curetur cum medicaminibus acutis dictis in capitulo  
est ante istud.

## De albugine oculorum.



**Q**VA huius aegritudinis commensuratur est  
aegriminibus, quibus & sebel. Na quae subtilis  
quantum ex modo bene operandi compre-  
hendere potest, & indiget assiduatione rerum oculis  
stantiam teneram facientium, sicut est balneum, & assidua  
tio eius, & inclinatio super uaporem aquae calida. De-  
utatur puluerizatione, post puluerizationem super oculum  
ex spuma maris, saccharo, & sarcocolla, & interdum ut

dum est fricatione, post fricationem cum eodem puluere, uel cum  
aliquo quod sit sicut ipsum. Et sunt qui addunt ad uigorandum  
praedicta pulueris baurach, aristolochiae, ana sicut ex praedi-  
ctis. Et sunt qui experti super huiusmodi succum florum pa-  
paueris rufi, cum succo, aut puluere hweg esse iuuamentum:  
& similiter cum stercore stellionis, aut lacerti uiridis magni.  
Et similiter expertum est ex stercore hirundinis. Et similiter  
expertum ex urina pueri coagulata in uase aeneo cum modico  
salis ammoniaci. Si autem fuerit dura, & in corpore duro  
eligantur ex medicaminibus quae magis acuta sunt, & pluris  
uirtutis, ex his quae dicta sunt & dicemus, post frequentiam  
tamen balneationis, sicut iam diximus.

Dixit Alexander quod sebel est cum super alba oculorum,  
& super nigredinem uidetur similitudo pani texti ex uenis  
rubeis crassis. Ex medicinis autem conuenientibus ad albu-  
ginem remouendam, & sebel, & unguam, & alias oculi ad-  
ditiones quam plures scripsimus in capitulo de scabie ocu-  
lorum. Nunc autem ponimus narrationes medicaminum pro-  
prium.

Sabor filius Girges. Collyrium expertum ad albuginem  
oculorum remouendam: & est ei impressio bona. Accipe fel-  
lis tauri, succi hweg, uel pulueris radicum eius, radicum che-  
lidoniae ana aur. tres, corticum radicum feniculi aureos qua-  
tuor. Tere contritione crassa, & pone in uase aeneo, & fun-  
de super medicinas urinae pueri circiter libra una & dimit-  
te per dies quatuor. Deinde decoque usque ad libra .ss. & ite-  
rum reduces ad uas aeneum usque dum inspissetur. Deinde accipe  
massa cum a. stercoris magni lacerti, spuma maris, sacchari  
tabarzet, salis gemmae adusti, eris adusti, salis ammoniaci  
ana partes aequales. Teraur ultima contritione. Deinde po



nantur in uase lapideo mundo & terso, & fundatur  
ex medicamine prædicto, & conficitur conterendo  
ante parum ex medicamine fundendo, usque dum impo-  
tur, & fiat sicut mel. Deinde refunde in uase uitreo,  
re. Est enim expertum, & bonum.

Medicamen Rasis ualde utile ad albedinem oculorum  
mouendam & cito eradicandã, cui dixit nõ inuenisse ap-

Recipe tutiã, spumã maris, stercoris stellionis ma-  
bourach, sacchari de mecha ana partes æquales. Deinde  
mantur acori, chelidoniã ana drach. x. Coquantur in li-  
quã aquã donec ad drach. iiii. redeat, & coletur. Ex hac aquã  
bibantur species prædictæ, & conficiantur cum ea, sicut  
in umbra. Deinde terantur iterum & conspergantur  
& siccentur. Quod postquam factum fuerit, siccentur  
ratur, & in oculum mittantur. Huic enim medicaminis  
compar existit in albedinis remotione, etiam si esset  
in brutis animalibus.

Alexander. Medicamen leue ad albuginem remouendi.  
Accipe osium sepiã drach. unam, & semis, salis ammoni-  
cerusã ana drachmam unam, ammoniaci drachmus duas  
re, & expertum est.

Mahomet Araft. Medicamen remouens albuginem  
rũ. Inclinetur prius super uapores aquã calidã, deinde  
gatur hic puluis. Recipe spumã maris, bourach, stercoris  
sacchari tabarzet, stercoris muris ana partes æquales.

Idẽ. Confectio medicaminis sublimis ad albuginem  
mouendam. Accipe massacruinã, stercoris magni  
certi, spumã maris, bourach, sacchari tabarzet ana pe-  
æquales. Deinde accipe radicem chelidoniã, sceniculi,  
ana unciam unam. Decoquantur in libra una aquã de-

redeat ad uncias quatuor. Deinde submergatur prædictarum  
rerum puluis subtilissimus in hac aquã, & exiccetur semper  
conterendo, deinde teratur, & fiat alcohol cum eo.

### De cura ungule oculorum.



**D**IXIT Alexander quod unguis est, cum ali-  
quid panniculo simile ex palpebra, quã est ex  
parte naris, oriri uidetur, & album oculi  
cooperire, & peruenit usque ad oculi nigre-  
dinem.

Cura huius est, sicut diximus in sebel, cum collyrijs, &  
alijs, si recens est, & si antiqua. Si autem non est possibilis  
eius eradicatio cum medicinis, suspendatur cum uncino, si est  
possibilis eius suspensio. Deinde incidant iuxta lacrymale,  
ita quod non profundetur incisio, ne damnetur pellicula in  
organo lacrymali, & fiat continua lacrymarum effusio.  
Si autem non est facilis suspensio unguis, submitatur pi-  
lus, aut filum de serico cum acu curua, postea capias eam,  
& suspendas. Deinde sic excoriando trabatur, & extir-  
petur. Quod si nec hoc sufficit, excorietur excoriatione  
subtili cum ferro. Postquam autem abscideris eam, destila-  
labis in oculum cuminum masticatum cum sale. Si autem ibi  
dolor generatur, aut mordicatio emplasmatis cum oleo ro-  
sato & uiolato, & uitello oui. Si autem aliquod residuum  
ex ipsa unguis remanet, cum collyrijs consumetur, & era-  
dicetur. Iam superius medicamina ad unguis, & sebel, &  
ad alias oculorum additiones scripta sunt: quã sunt admini-  
stranda post balneum, & uaporem aquã calidã, sicut iam  
diximus.

## De lacrymis oculorum, &amp; earum exuberantia.



**Q**UARA huius aegritudinis in quibusdam non possibilis, & proprie quando profundius inciso in angulo lacrymali, & quando lacrymarum effusio est nocua. Verum si est occasione alterius morbi, sicut propter febrem, tollitur sine febre. Si autem causam habuerit per se, sicut est de retentione, uel quia non fit crudorum digestio & maturatio uel quia fit eorum effusio propter multitudinem aut propter qualitatem facientem dissolutionem, & tunc cura est quatuor res.

Prima est obuiatio, & adaequatio cause facientis.

Secunda est mundificatio corporis, & totius capituli.

Tertia est administratio medicaminum commensurata stipticitatis.

Quarta est diuersio materiei ad aliam partem.

Primum igitur rem complet administratio medicamentorum remouentium malitiam complexionis, & confortantium rebrum, & uigorantium digestionem, & retentionem, et quae dicta sunt in capitulo de catarrho, & coryza, post mundificationem corporis, quam dicemus:

Secundam rem complent medicinae euacuantes quod per abundare uidetur ex multitudine intestinalium rerum, & apparent ex his quae dicta sunt.

Tertiam rem complent administrationes medicamentorum quarum proprietas fluxum lacrymarum restringit et quae dicemus.

Quartam rem complent sibiectomia, aut incisio uena-

arteria per quas comprehendimus materias fluere, & deuariari: & hoc quidem iam dictum est in capitulo de ophthalmia. Et tu require illud ibi. Si autem res non superfluit, & fuerit in principio, emplasma super uenas, & arterias ipsas restringentia, & confortantia positione. Et iam dictum est, quod cauterium super zubendeg est ad fluxum lacrymarum cura sublimis, & proprie quando superfluit, & iam alia non contulerint. Scripsimus in capitulo de scabie oculorum plures de medicinis ad lacrymas stringendas, ex quibus est sies quod scripsit Hamec, & alcohol, quod scripsit Humain, & alcohol axerui, quod in capitulo de ophthalmia scripsimus, & ex emplastris, plura stringentia lacrymas.

Mahomet Arasi. Epithema prohibens fluxum ex oculo.

Recipe aloes, tuthiae, sies memithae, liij, boli ana partem unam, gummi Arabici partes duas, linatur super frontem cum albumine oui.

Idem. Confectio alcohol stringens lacrymas & confortans oculos. Recipe tuthiae drach. x. corallorum conficatorum, myrobalanorum citrinorum, & aloes ana drach. ij. piperis drach. β. macropiperis drach. ij. fiat coholum cum eo.

Democritus. Medicamen satis utile ad dolores oculorum & lacrymas. Accipe lanam non ablutam, & combure, & cinerem eius diligenter tere, & ex eo cum albumine oui super frontem & tempora line, statim enim materiei fluxum, & lacrymarum anputat, & dolorem tollit.

Iudeus. Coholum conferens cum auxilio Dei fluxui lacrymarum. Accipe fumi thuris, myrrhae, tuthiae ablutae ana partes aequales. sies memithae, croci ana partis unius tertias duas, bonum.

Idem. Collyrium expertum ad lacrymas oculorum, &

tenebrositate. Accipe succi granatorum acetosorum usque ad medietatem, & colati libram semis, deinde ponatur per ipsum sief memithæ, aloes bonæ puræ, litij, & ana drach. duas, moschi boni, dauic duas, Deinde ponatur se uitreo, & obtura orificium eius, & dimitte in sole diebus quadraginta, & utere eo mane & sero, bonum.

Filius Zezar. Confectio alcohol desiccantis lacrymæ & conferentis pruriti, & ardori.

Recipe sedenegi, calceacumenon. ana drach. duas, sief memithæ, climiæ ana drach. unam, aloes, spicæ, costi, opij drach. semis. Fac puluerem, deinde imbibe in succo feniculi & dimitte siccari, & tere contritione ultima, & utere.

Amaraan. Cohol conferens cum auxilio Dei ad lacrimas oculorum, & prurimum, & ardorem, & usus obstinationem. Accipe sumi thuris drachm. tres, myrrhæ, aloes drachmam unam & semis, gummi asii, cerusæ ana drach. duas, opij aureum unum sedenegi drach. duas, & semis, phorizæ, & utere.

Filius Girges Rex Medorum. Confectio medicaminis est cohool Pomerij conferentis lacrymis, & ardori, & diphtheriti oculorum, & agritudinibus à fumositatibus caliditate cholera, & ei qui patitur descensum aquæ, & ei qui uisum rem unam esse duas.

Recipe sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris diebus pluribus drach. quatuor, tragacanthæ albæ, libani, scorie feræ margaritarum non perforatarum ana drachm. unam, sief Indiæ, climiæ auri & argenti, chachie ana drachm. sex, anyli, cerusæ ana drach. duas, tubiæ subrubæ drachm. tres. Tere omnia & imbibe cum aqua rosata sic conteratur deinde sic siccari, deinde imbibe succo granatorum acetosorum

forum, & sic sicut prius: deinde cum aqua infusionis huius ultimi uerò cum aqua solani deinde pone caphuræ dauic. j. sacchari tabarzet aureum unum, deinde tere ultima contritione. & fiat ex medietate eius sief cum aqua rosarum & ex alia medietate fiat alcohol. & utere cum aqua rosarum, uel albumine oui, & lacte mulieris. Est enim ualde bonum.

### De Tarphati.



VERA huius agritudinis est alterius modi in principio, & in fine, & in tempore intermedio. In principio enim indiget siefotomia ex cephalica, & lubricatione, & solutione uentris, & administratione clysteriorum: quoniam clysteria sunt melioris curæ in hac parte cum diminutione cibi, & potus, & dimissione uini. Deinde administrantur repercussiuæ in principio, sicut est bolus Armenus, & lutum sigillatū, & cymolici cum albumine oui. Deinde cum lacte mulieris. Deinde procedendum est ad destillandum in eo sanguinem pulli columbini statim cum decollatur: aut turturis. In fine uerò misceantur cum eo aliqua ex resolutiuis, sicut est arsenicum citrinum, & proprie sublimatū, & ablutum, & fricatū cum aqua coriandri, & cōfert in huius hora ut destilletur in oculū collyrium Gabrielis. Et fortius illo est sief Sabor, quod dicemus. Emplasmetur autem in principio eius cum scenogreco & rosis coctis in aqua rosacea, deinde coctis cum uino, & proprie cum processerit agritudo, & uaporetur cum decoctione chamæmeli: aut meliloti, aut cum decoctione foliorum caulis. Et similiter emplasmetur cum folijs caulis contritis & coctis cum uino forti & antiquo.

Mahemet Arasi. Sief conferens tarphati.

Recipe thuris, myrrhae, croci, ammoniaci ana drachm. arsenici rubri drachm. β. fiat sief & administranda cum aqua coriandri humidi.

Gabriel. Collyrium conferens tarphati bonum. Accipit thuris partem unam, tere ultima contritione, & funde super ipsam ex aqua pluuiali, in qua dissoluta sit salis massae, & salis ammoniaci, & salis gemmae circiter ana partem unam. Diu teratur, distilletur ex eo in oculum maniferò.

Sabor. Sief expertum ad tarphati oculorum.

Recipe arsenici loti & sublimati, deinde fricti, & cum aqua coriandri drach. tres, sarcocollae, piperis, ammoniaci, lapidis lazuli ana drach. unam, dissoluatur ammeum in aqua, in qua dissolutum sit ex sale ammoniaco drach. β. & fiant sief. & utere cum lacte mulicris.

### De algarab oculorum, id est apostemate fistuloso in lacrymali oculi.



VRA huius ægritudinis incipienda est a operis mundificatione, & capitis, cum iteratione & iteratione, donec confidimus de abusione super abundantium, cum abstinentia & mensuratione rerum sex. Deinde ante sui eruptionem portatur ex resoluentibus aliqua debilis resolutionis in principio. Deinde fortioris, sicut ammoniacum proprie dissolutum cum oleo nucum, & succo feniculi, aut bdellium, aut ammoniacum modico atramenti, aut nux rancida contrita, & super-

ta, quoniam est ultima. Post eruptionem uerò, si morbus est recens, triplici indiget regimine curationis. Et primum quidem mundificatio cum eis quae sunt proprie moderata abstersionis, sicut aqua mellis, aut melicratum & fortius illo est melicratum cum modico aquae rutae: aut mel cum aqua rutae. Ista enim desillentur hora post horam. Deinde excicetur locus, & exprimatur uirtus eius. Deinde administretur lanugo ardinis inuenta in interiori parte ipsius, & proprie iuxta radicem cum melle pauco, uel sola per se sicca. Est mundificationum bonum.

Secundum uerò genus curationis est appositio medicamentis desiccatiui, & incarnatiui, mediocrius excicationis, sicut est proprie administratio aloes, & myrrhae, & sarcocollae, sanguinis draconis, & chamedryos, & aristolochiae, & thuris, & similia, proprie post expressionem uulneris, & mundificationem, & abluitionem eius cum uino stiptico hora post horam. Et dixerunt quidam, quod ruta est ex rebus mirabilibus ad hanc ægritudinem, & proprie facto emplastro ex ea cum expressione granatorum, sanans & remouens uesigium eius.

Tertium uerò est consolidatio, cum eo, quod est maioris desiccationis quam prius, sicut sunt collyria proprie, quorum narrationem sequemur post. Si autem ægritudo antiqua, & inueterata fuerit, quinquuplici genere curationis indiget.

Et primum quidem est reuotio eorum, quae sunt contra naturam, sicut est caro corrupta, & fistulosa cum medicamentis acutis, quae sunt sicut colcothar, arsenicum, sal ammoniacus, atramentum alharat, aluminis ana partem unam, calcis uiuae partes duas. Terantur in uase aeneo cum uri-

na pueri, deinde post exiccationem utere. Et quando submergitur egritudo, & imprimatur corrumpens, & alterat superficiem eius. Tunc totum quod corruptum est datur, & abijciatur usque dum appareat purum.

Secundum est abscissio materierum fluere consuetum cum eo, quod conuenit, & iam loquuti sumus in capite catarrho, in eo, quod præcesit in capitulo de fluxu lacrimarum.

Tertium est mundificatio, & abstersio cum eis, quæ diximus, confortatur tamen cum aliquo acutorum, sicut est unguentum Aegyptiacum cum modico aloës, libani.

Quartum est administratio incarnatiuorum, non expedito rerum ab eo, quod est sicut ziniar, atramentum & milia.

Quintum est sigillatio, & consolidatio cum eis, quæ diximus. Quandoque uerò apud possibilitatem morbi huius confert, & tunc eius cura cauterium est. Et modus operationis eius circa hoc est, ut abscindatur in longum usque perueniatur ad os. Tunc si os sanum fuerit, habens sicut quod est in superficie tabefactum, radatur, & abijciatur tum quod ex eo alteratum apparet. Et curetur deinceps medicamine incarnatiuo, ex eis quæ dicta sunt. Si autem osse manifesta quantitas corrupta apparet, cauterio secundum illud quod est possibile, usque ad sufficientiam, & proprie secundum considerationem corrupti ipsius sunt ex hominibus qui perforant os: & proprie quando percipitur ex morbo adhæsisse colatorio. Verum est quod istud rarò recipit curam, nisi sicut à fortuna. Nos autem curauimus aliquos, & pauci ex eis sanati sunt. Hoc autem præ-

præmittimus, quoniam oportet, quando cauteria sunt, aut medicina acuta imponuntur fistulis lacrymalium, ut oculus compellatur ad angulum syluestrem, compressione facta cum sponsia infusa in aqua frigida, aut succo solani, aut portulacæ, & sæpius innouetur.

Mahomet filius Zachariæ. Confectio medicaminis ultimi ad garab, quod administratur postquam abluitur fistula cum uino stiptico, deinde exprimitur, donec egrediatur uirtus eius.

Recipe aloës, sarcocollæ, sanguinis draconis, myrrhæ, thuris, balaustiorum, boli Armeni ana drach. quinque, ziniar drach. unam, & semis, clinia argenti drach. decem, Terantur, & puluerizentur, & supponantur.

Idem. Aliud ualens similiter.


Recipe aloës, thuris ana drach. unam, sarcocollæ, balaustiorum, sanguinis draconis, antimonij, aluminis ana drach. semis, floris æris quartam drach. unius, fiant collyria, & utere sicut prius.

Dioscorides. Accipe ex folijs chamedryos siccis, & tere contritione ultima, & fac ex eis sief cum succo solani, & utere. bonum ad hucera oculorum, & algarab.

Gabriel. Confectio medicaminis experti ad algarab, & hucera. Accipe sief menithæ, chamedryos, corticum thuris, myrrhæ, aloës, sarcocollæ, atramenti, aristolochiæ rotundæ. ana partes æquales. Terantur sicut alcohol, & utere sicut prius.

Idem. Aliud. Recipe myrrhæ, aloës, corticum thuris siccarum ana, utere indefinenter cum aqua altaraxacon.

De almusaragi, siue alimbisfar, & estegresio uueæ, siue pupillæ dilatatio.



**P**OST QUAM confirmatur, aut quæ à natura est, non habet curam. Facta autem à sicca difficilius curatur, tamen succurritur ei bono regimine & humectatione, ex his scis. Et est quæ fit ex humectatione. Et cura eius est quatuor res.

Prima est euacuatio, & subtractio eius, quæ exente uidetur materiæ, iterata cum interpollatione non frequenter & flebotomia, si appareat significatio humorum abacutum cum sanguine, & proprie cephalicæ: & post hec exigat dispositio, ex uenis lacrymalis, & uenis temporales & fiat incisio arteriarum, aut cauterizatio ipsarum, postulat. Et quandoque fit cauterium, & proprie uentris sicut diximus.

Secunda est administratio medicinarum diuertentium teriam ex loco, sicut scarificatio in auribus, & apertio uentofatione hæmorrhoidum, & appositio uentofarmanucha, & super collum, & in spatulis.

Tertia est abstinencia, & tolerantia famis, & regimine exiccantium.

Quarta est administratio rerum resoluentium ex ipso loco, & extrahentium humiditates dilatantes uueam, sicut proprie alcohol ex felle hædi cum succo fœniculi, & pauco ammoniaco. aut ex felle hericij, aut ex felle testudinis, aut capitibus hirundinum adustarum. Et fiat inde collyrium in succo chelidonie, & melle, quoniam est expertum.

Est etiam quæ fit à casu, & percussione. Et cura eius

dua res, post regulationem, & abstinenciam in eis quæ comeduntur, & alijs, & abstinenciam à uino.

Et prima est ut in principio fiat administratio repercussiuorum, & infrigidantium, & prohibentium effusionem materiæ, & hoc post flebotomiam: sicut proprie est emplastrum ex farina fabarum excorticatarum, cum aqua foliorum salicis, solani, aut endiuie.

Secunda fiat administratio resolutiuorum mediocrium, sicut proprie fit ex uitello oui cum oleo rosato, & pauco uino emplasmato de super, & proprie post instillationem in oculis ex sanguine turturis, aut pulli columbini. Ad ultimum instillentur collyria resolutiua fortiora, quæ paulo ante dicta sunt.

De nyctalopis oculorum, id est, qui post solis occasum non uident.



**V**RA huius ægritudinis est quatuor res.

Prima est regulatio uitæ.

Secunda est subtractio materiæ.

Tertia est absterisio eius quod fluxit.

Quarta est correctio nocimenti accidentis in spiritu.

Primam igitur rem complent commensuratio in sex generibus rerum, & proprie cum alleuacione comestionis, & dimissionis cœnæ. Et sint cibaria digestionis obedientia, ex his quæ scis. Et detur in potu ante cibum, & post descensum eius à stomacho, uinum antiquum, bonum, purum, postquam propinaueris ante illud suffuf resenigi: quod dicemus post. Et ex cibis qui currunt cursu proprietatis, est hepar hircinum comestum assum, aut elixum cum salis gemmæ modico, &

modico piperis longi. Herba autem adhil, & electarium est sublimis iuuamenti ad illud.

Secundam rem complent flebotomia ex cephalice in titudinem cognoueris in sanguine: & ex uenis lacrymalibus & ex naribus, si inuitat necessitas. Si autem ex humorum crassitie fieri contingat, euacuatio fiat cum hiera piera, hiera diacolocynthidos, & pilulis cocijs, & cum garymatibus, & errhinis ex eis quæ scis.

Tertiam rem complent collyria de fellibus, & inunctiones in oculis, & proprie eius qui currit ex hepate canino, aut caprino, quando scinditur in multas partes, & agitur super ipsum sal indus, aut sal gemma, & pipere gum post contritionem eorum, deinde assatur: & quædam hoc hepar assatur cum eisdem speciebus super primam inclinationem super finem eius. Et iam dictum est quod ostensio eius est iuuatiua ualde: & similiter inclinatio super pupillam aquæ elixationis eius.

Quartam rem complent administrationes medicamentorum spirituum uisibilem subtiliantium, & illustrantium, cuius est proprie usus herbe adhil, & cucube, & fœniculi & Kebuli conditi, & nux moschata condita, & alia diximus in capitulo primo de ægritudinibus oculorum.

Alexander. Confectio collyrii ad nyctalopem. Accipe succi fœniculi cocti, & depurati partem unam, & fellis hircini ana partem mediam boni, & experti.

Idem. Prædicto collyrio admisce ex stercore crocilli, aut stellionis ana partis unius quartam, & sanat in quatuor diebus.

Idem. Fiat alcohol ex pipere longo, zinzibere, & confert.

## De aqua descendente in oculum.



VANDO est in principio, & non est confirmata, succurritur eis cum medicinis, & proprie cum abſtinentia, & diminutione ciborum, & uitatione crassorum & uaporosorum sicut sunt pulmenta, & pingua, & uera, & pisces, & uinum, & similia ipsis. Et cum mundificatione sepius iterata: & proprie cum cocijs, hiera piera, & hiera diacolocynthidos, & cum administratione medicamentorum resolutiuium, sicut est aqua ruta, & proprie cum sagapeno, aut aliquo ex fellibus animalium, cum melle, & succo fœniculi, aut sagapeni cum felle hircino, & melle, & succo fœniculi, quoniam est utilissimum.

Filius Zacharie Arafti. Confectio collyrii de fellibus ad principium aquæ, & nyctalopem, & alnitifar. Accipe fellis hirci exiccati in uase aeneo drachm. decem, pulpæ colocynthidos drachm. unam, & semis, sagapeni drachm. duas, euforbij drachm. duas. Fiant sies cum aqua ruta, aut aqua fœniculi: & utere.

Sabor. Collyrium boni & experti. Accipe fellis hircini exiccati in uase aeneo, & granorum lauri exiccatorum ana drachm. quinque, sagapeni drach. unam, gummi drach. β. Fac ex illis collyrium cum succo chelidoniae, & urina pueri non polluti, & melle.

Quando autem passio fuerit confirmata, & fuerit ex eis in quibus est possibilitas curationis, cuius signum est quod dum aspicitur oculus, uel pupilla uidetur clara, & cedit dilatationi cum premitur digito, aut instrumento, deinde redit ad ipsum, & non frangitur, tunc est ex illis quæ deponuntur ex recta operatione artificis. Et modus deponendi aquam cum

instrumento est huiusmodi. Subtilietur regimen eius ex  
 & potu, & dimittat uinum omnino. Et sit cibus eius aquo-  
 ceris, & sauc. & sorbilis facilis digestionis, & boni ma-  
 menti, & pauca quantitatis. Et procedat cum iteratione  
 mundificatione corporis & capitis, & procedat cum his  
 toniis, si necessaria fuerit. Deinde in domo temperata  
 non luminosa locetur, & iaceat supinus, & precipue  
 ut conuertat intuitum suum uersus nasum. Deinde incipit  
 forare ex parte syluestri lacrymalis cum instrumento, quod  
 dicitur deponens aquam & procedat perforatio inter tu-  
 cam & tunicam, cum omni facilitate usque dum perueniat  
 uacuum, quod est ante pupillam. Deinde incipe deponere  
 aquam, & occultare illam sub cornea donec deoecula  
 quod sepultum erat sub aqua, & uideat. Et obseruetur  
 industria, ne quod deponitur ex aqua redeat oculum  
 sepeliendo eam in quantum possibile fuerit ne redeat, &  
 cum iteratione & iteratione donec adueniat sanitas, &  
 hoc pone super oculum uitellum oui & oleum rosatum  
 puluillo ex coto. Et sit accubitus super ceruicem, & colli  
 & fiat hoc usque ad tempus, quo remouebitur dolor, &  
 soluatur ligatura nisi de triduo in triduum: & dum soluitur  
 euaporetur oculus cum aqua rosata decoctionis salicis, &  
 milii. Et sit domus in qua habitat tenebrosa. Et afferantur  
 locū hunc deinceps: quae diximus in cura uulneris oculi

### De debilitate uisus.



I contingat à re addita in superficie oculi  
 quam sensus comprehendit, sicut est uisus  
 pannus, scabies, & sebel, dicta est cura eius  
 autem contingat propter rem quam sensus

uidetur comprehendere, sicut nebula, uel uapor: tunc eius cura  
 est tersio cum eo quod est resolutionis mediocris: sicut  
 scripsimus in canone. Si autem fuerit propter uapores qui  
 eleuantur à stomacho posito sub dominio humiditatum uisco-  
 sarum, putridarum, & uaporosarum, aut sub dominio chole-  
 ricæ materiae uaporosa. Cura eius est mundificatio stomachi  
 cum solutione & uomitu leni & facili, ex his quae diximus  
 cum praefatione administrationis medicaminum incisurorum  
 sicut syrui acetosi in calida materia: & oxymelitos squilli-  
 tici in frigida materia, & subsecutione medicaminum, quibus  
 approprietur duplex intentio, scilicet confortationis stomachi,  
 & prohibitionis eleuationis uaporum, cum eis quae sunt  
 sicut triferaminor proprie, & chebuli conditi, & saccharū  
 rosarum cum mastiche: & trochisci nominati diarrhodon. Si  
 autem fuerit propter peccatum quod est in ipso oculo: tunc fit  
 illud aut propter excessum siccitatis in ipso. Et cura eius est  
 regimen humectatiuum, quod diximus in canone, praeterquam  
 faciat cadere in oppillationem aut propter excessum turbidae  
 humiditatis in ipso, & cura eius est tres res.

Prima est adaequatio & digestio materiae: sicut loquuti sui-  
 mus in canone.

Secunda est euacuatio eius cum eis quae sunt sicut pilulae  
 de hiera, & pilulae coctiae: & pilulae lucis: & infusio de  
 aloë: aut hiera in aqua endiuia, & aqua fructuum, & si-  
 milia.

Tertia est resolutio & torsio ex ipso oculo humiditatis  
 turbidae obtenebrantis, cum eo quod est sicut collyrium de  
 feniculo, & similia quorum in capitulo de conseruatione sa-  
 nitatis oculi memorati sumus: quapropter afferatur ad locū  
 hunc, quod dictum est ibi. Si autem contingat passio propter



turbulentam aduenientem spiritui uisibili, cura eius est in bonum regimen in sex generibus rerum: cui subsequatur gumen mundificatiuum corporis: post quod subsequatur gumen clarificans sanguinem, & clarificans spiritus, qui quæ præcesserunt in canone. Et quandoque contingit propter subtilitatem, & paucitatem ipsius spiritus: & curis est cum administratione medicaminū addentium in spiritu & uigorantem ipsum. & ex summa horum sunt myrobani, & quæ componuntur ex eis. Afferantur ad hunc locum quæ diximus in capitulo de conseruatione sanitatis: quæ obrem oportet ut capitulum illud cum isto simul ligetur.

Inquit Galenus. Fella omnia abstergunt oculum & clarificant usum, eligantur ex animalibus quidem fel algadi hirci syluestris, & bouis, & leporis, & adib, & uis testudinis, & uulpis, & hœdi, & capræ montanæ. & uulilibus aquilæ, & uulturis, & uiuentium ex rapinis, & rundinis, & passerum, & galli, & perdicum, & dægi. & ex piscibus fel sapor, & porci marini. & similia menti ultimi.

Mahemet Arasi. Alcohol sublime in confortatione acuit enim & clarificat ipsum.

Recipe tuthiæ ablutæ nutritæ tribus uicibus cum sampsuchi depurati drachm. uiginti. Deinde accipe zinziberis, piperis nigri, & longi, chelidoniæ, buruc anadudus, salis ammoniaci. drachmam unam. Terantur omnia succo sceniculi, aut sampsuchi tribus uicibus. Deinde facari, & tere subtilissimè. Et fiat alcohol cum eo.

Ruffus. Collyrium satis bonum, quod acuit uisionem oculorum sanitatem custodit tempore multo. Accipitium, & tere contritione multa cum succo sceniculi bo-

rati, usque dum fiat sicut mel, & reconde in uase uitreo, & utere. Quidam autem ex posterioribus addiderunt ad omnem unciam eius ex felle galli aut perdicis drachmæ unius tertias duas.

Idem. Cohol ualens ad idem. Accipe ex tuthia quantum uolueris, & lauetur cum aqua pluuiali. Deinde exiccetur, & nutriatur post illud.

Primo cum aqua sceniculi.

Secundo cum aqua sampsuchi.

Tertio cum aqua altaracon semper conterendo. Deina de exiccetur, & nutriatur post illud. & fiat cum eo alcohol.

Confectio alcohol ex inuentione nostra, conferens super calefactioni oculorum, debilitati uisus causa subtilis & acutæ humiditatis, aut mordicationis, aut pruritus in oculis. Accipe tuthiæ, carmeni lotæ in aqua pluuiali, deinde in aqua rosarum uicibus pluribus drachm. decem, fricationis myrobalanorum citrinorum cum aqua rosata drachm. sex, litij drachmas duas, & β. zinziberis, piperis longiana drachmam unam, aspergantur cum succo agrestæ, & terantur cum eo. Deinde exiccetur, & puluerizentur. Et fiant cum eis alcohol.

Hamec. Confectio alcohol conferens obscuritati uisus: abstergit enim oculos, & clarificat.

Recipit tuthiæ, antimoniij, ana drachm. sex, salis gemmæ drach. ij. licij, stief memithæ, ana drach. j. caphuræ drac. unius tertiam. Terantur tuthia, & antimoniij, & misce conterendo cum aqua myrobalanorum citrinorum, & hoc per triduum. Deinde cum alijs fiat coh. & utere.

Alexander. Collyrium satis efficax in clarificando uisum: & ad auferendam caliginem.

Recipe fellis perdicis drachm. unam, & mellis drachm. duas, succi frœniculi depurati drachm. tres, pone in uase treo, & suspende in sole per dies septem. Deinde uere enim efficax.

Sabor. Confectio triferæ mirabiliter uigorantis cui accidit impedimentum propter fumos ignitos cholere aut salitos, & est ei impressio fortis. reducit enim oculi formam uigoris adolescenti.e.

Recipe myrobalanorum, KEBulorum, citrinorum, & dorum ana drachm. duas, & β. belliricorum, & emulorum ana drachm. duas, sacchari drachm. decem, terere lapideo, & funde super ipsum aquam fontium clarioris aspergendo parum post parum, & hoc facias per dies deinde dimitte siccari: & post hoc sparge super ipsam stillando ex oleo rosato, aut amygdalino. Et contem alios tres dies, & iterum dimitte siccari. Deinde accipe sarum, santali, macaziri, cubebæ, cardamomi ana drachm. duas, spedi, macis ana drach. unam, such drach. unam, & deinde accipe sacchari tabarzet librâ unam, tamarindos eyron drachm. quatuor, pruna quinquaginta. Fac ex his mas similes auellanis, & da mane quolibet à drachm. duas usque ad aureos duos, cum aqua calida, bonum.

Idem. Confectio alia addens in uisum, auferens tentationem eius.

Recipe herbæ albedustur, seminis rutæ ana drach. septem, & β. sefeleos, calamenti domestici, zinziberis, pulegii, beebæ, nucis moschatæ ana drachm. quinque, scesebran ana unam, & β. caryophylorum, mastich, margaritarum perforatarum ana drach. unam, & tertium alterius, serpyntis combusti, cristalli ana drachm. duas, & β. balsami

sex, & ponderis croci drachmæ unius tertiam, sacchari libras duas. Fiant ex eis formæ similes auellanis: & da ex eis à drachma una, usque ad duas in hyeme. Conueniunt senibus bonum, & expertum, si Deus uoluerit.

### De casu pilorum palpebrarum.



Si accidat propter defectum materiæ, cura est in primis cum eis quæ reparant materiam, ex bono & largo regimine, sicut scis. Deinde cum eo quod trahit materiam ad locum necessitatis, sicut sunt medicine, & collyria quæ dicemus post.

Et quandoque fit ex causa propria, & corruptione materiæ & aegritudinis in ipsis palpebris, sicut est silach: quæ est proprie corrosio cum rubedine, & asperitate, & pruritu in ipsis palpebris: & cura eius est ut mundificetur caput ab humore nitroso, salugineo, & acuto: deinde administretur regimen humectatiuum, & frequenter ingressus balnei, & inclinatio super uaporem aquæ calidæ, & emplastrationes ex medicinis humidis, sicut est portulaca cum lacte, & muccago psyllii cum oleo rosato, aut muccago seminum citoniorum: aut amygdalæ amaræ, aut dulces cum lacte, & similia.

Postquam autem acquiritur palpebris temperies, & tenentis, tunc administranda sunt medicamina pilorum generationem facientia: ex his quæ dicemus. Et quandoque est silach chronicum, crassum, durum, quare uapor qui est materia pili non inuenit transitum. Et cura eius est mundificatio capitis cum iteratione, & flebotomia, & uentosatio crurum, & usus balneationis, & emplastratio cum lentibus excorticatis in eo quod mulgetur ex granatis contritis cum rob. Deinde administratio medicaminum facientium pilorum genera-

tionem, quæ dicemus. Et ex eis est lapis lazuli proprius lapis Armenus, alcohol factus ex aliquo eorum cum speciebus producto cum radio super palpebras: aut ex antimonio speciosa, & lapidi lazuli inest proprietas mirabilis. Nusquam si exiccantur abscissis capitibus, & fiat limimentum eis cum auellanis assis, & adipe caprino, aut urfino imatur effica. Citrangularum quoque semina si adurentur, & nantur cum adipe caprino, pilorum faciunt facile generationem.

Mahemet Araf. Confectio alcohol reparantis palpebris, & confortantis eos.

Recipe osium myrobalanorum adastorum partem a fumi thuris partis unius quartam, specie romane, lapidis lazuli ana partis unius tertia, linatur super palpebras cum urina.

Emplastrum quo utendum est super palpebras cum lach, & remouens prurium & scabiem. Accipe gramme integrum, & decoque illud in aceto usquequo dissoluerit, enplasmetur super palpebras.

### De cura inuersionis pilorum palpebrarum.



VRA huius ægritudinis fiat secundum quatuor modorum.

Primus est inuersionis eorum cum aliquo viscositate, sicut cum mastiche, aut cum spatulicola, aut cum gummi pini, aut bdellio dissoluto in albumini: aut cum aliquo talium.

Secundus est ordinatio pilorum, & restrictio eorum ad ordinem. Et hoc quidem fit secundum hunc modum. Accipe speciosum subtilem, & perfora in exteriori parte palpebræ, ut permittat perforatio usque ad interioriorem partem ubi est ordinatio.

turalis pilorum, & deinde accipe pilum, & pone in foramen acus, & extrahatur, ut pilus inueniat viam ad ordinem, & sic fiat de alijs si sunt plures, usque dum ordinentur cum alijs. Deinde ponatur medicamen punctorum consolidationem faciens: & constrictionem.

Tertius modus est, ut euellantur pili unus post alium, & igniatur stylus, aut acus, & cauterizetur locus unde est pilus euulsus, cauterizatione sufficienti. Et sic fiat de alijs.

Quartus est, ut post euulsionem pilorum fricetur super loco medicamen pilorum generationem prohibens, sicut propter eua fornicarum, aut rubigo ferri cum salia.

### Cura hordeoli in palpebra.



VRA huius ægritudinis est secundum unum trium modorum.

Primus est, ut prohibeatur collectio eius in principio sui cum eo quod est sicut aloes, acacia, & liuum, linimento factus ex eis, & supposito, aut bdellium resolutum cum aqua menthe humide, & hoc post corporis, & capitis mundificationem.

Secundus modus est, ut si illa non contulerint, administratur resolutiua mediocris resolutionis: primo post euacuationes ex eis quæ scis: & proprie resoluatur bdellium in aqua, & linatur super locum, & fortius illo est oppopanax, & ad hoc fortius ammoniacum cum aceto.

Et scripsit Oribasius linimentum bonum expertum & est ut accipias libani, myrrhe ana partem. j. ladani quartam partem unius, ceræ, aluminis, baurach Armeni ana partem. β. linatur cum fece olei de lilio, aut accipe galbani drachmas tres, baurach drach. unam, linatur cum succo apij.

Tertius

Tertius modus est, ut si resolutioni non obediat, <sup>uult</sup> datur palpebra, & inuersetur, & scindatur secundum <sup>inter</sup> palpebrae, & aperiat tunica interior eius, & exprimitur donec egrediatur totum quod est, sicut mucago. <sup>Dicitur</sup> netur uulnus cum linimentis quae sunt sicut sanguinis cum albumine oui, aut cerusa cum albumine oui, & sa

## S V M M A S E X T A

de curis aegritudinum aurium.



**E**RMO noster erit deinceps de aegritudinibus aurium: si Deus uoluerit. Et primo de his earum, qui quandoque accidit a malitia complexionis sine materia, aut cum materia: & sic sine materia, solum alteratione indiget. Si uero fuerit inuatur ex infusione albuminis oui recentis, aut mucosum psyllij, & similibus ex eis quae dicimus. Si autem a malitia complexionis frigida fuerit, conferunt infusiones, & etiones calidae. Si autem malitia complexionis sicca, iuncta cum humidis. Si autem humida, cum siccis quae sunt per iectorium, & emplastrationes ex his quae dicimus. Si malitia complexionis fuerit cum materia, & fuerit ad euacuetur per flebotomiam. Si sanguinea fuerit extrahatur in sanguine, de uena cephalica. Deinde procedendum ad alterantia: quae dicimus. Quod si cholericam fuerit, & ille dolor, qui fit secundum plurimum, euacuetur cum ceruisca, & frequenter lenificatio naturae cum aqua fructuosa. Deinde sedit dolor cum alterantibus, quae dicuntur. Item dolor uehementior fuerit, concedimus aliquam ex medicis: sicut sic membra proprie cum aliquanto opoponax stemperetur cum lacte mulieris, & insillatur in aurium

autem materia fuerit frigida, euacuetur cum eo quod conuenit. Deinde alterantia sedantia administrantur ex eis, quae dicimus. Si autem dolor a crassa fuerit uentositate, scribemus medicamenta eius post. De doloribus auris factis ab apostemate, aut hulcere, aut oppilatione, aut ingressu aquae, aut animalis, singularia scribemus capitula.

Post hoc autem non praetermittimus, quaedam medicamenta quae destillantur in oculis, semper actualiter frigida mittenda sunt, quae autem in auribus, tepida, aut calida sunt apponenda: siue sint ad aegritudines calidas, siue frigidas.

Medicaminum narratio ad dolorem auris calidum. Albumen oui cum lacte mulieris tepido. Oleum rosatum tepidum per se: aut bullitum cum aceto pondere sui usque ad consumptionem aceti: aut conquisatum cum succo cucurbitae. Oleum de salice secundum eandem doctrinam. Oleum nenupharinum. Oleum de semine cucurbitae. Oleum de papauere, si dolor est uehemens, per se autem cum aliquanto caphura, est enim sanatorium bonum. Lac muliebre calidum, sicut mulgetur, cum succo solani, aut aqua coriandri humidi. Mucago psyllij cum oleo rosato conquisato, aut mucago seminum citoniorum. Oleum de iabroc, quando dolor est acutus, cum lacte mulieris statim cum mulgetur. Lenticulas coctas cum panis mica cataplasmatis, succus hyoscyami fortes sedat dolores. Lactuca agrestis secundum omnem modum administrationis, est eius medicamentum bonum. Et similiter succus solani, & papaueris, & mandragorae, & salicis, & teneritatum uitis.

Huius. Ad dolorem auris a caliditate. Accipe olei rosati partes duas, olei amygdalarum dulcium partem unam, aceti partes tres. Fac decoqui lento igne usque ad consumptionem aceti, & cola, & administra tepidum.

Idem.

*ad hoc*

*Remedia topica uti supra*

Idē. Recipe foliorū cucurbitæ: aut ipsius cucurbitæ  
 & misce cū oleo rosato diu conquassando: & utere. bonū

Narratio medicaminum ad dolorem  
 frigidum, & uentosum.



ADMINISTRENTVR medicamina  
 sunt sicut oleum nardinum, costinum, cini-  
 chinum, oleum de ruta, oleum de amy-  
 amaris, oleum de chamæmelo, oleum  
 thinum, oleum laurinum, oleum de lilio, oleum de  
 de narciso, oleum de persicis, oleum de chrysomelia  
 de ben proprie, oleum de Kerua, oleū de cinnamomo. Quis-  
 cunque horum fuerit proprietatem habet ad dolorem  
 frigida causa factum, aut uentosa.

Fundamentum autem, & materia præparationis  
 eorum artificialiter est cepe cauatum, in quo oportet  
 rari, & decoqui cum facilitate in cinere prunarum. Et  
 rebus admistis eis sigillantibus ipsis uirtutes mirabiles  
 bonitate decoctionis in cepe cum eis est ruta proprie,  
 cuius radicis quæ comeditur, & spica, & samfuchus, &  
 & chamæmelum, & galbanum dissolutum in succo pom-  
 succus porri per se, & allium, & castoreum, & piperis  
 succus cepe, & succus pharasion, & origanum, & h-  
 aphrodeli, & euforbium, & elleborus niger, & albu-  
 prie, & non est inconueniens in huiusmodi permixtionem  
 admisceri mellis modicū, deinde tepidū destilletur. Si  
 dolor est fortis, ex miscilibus bonis est opium cum pe-  
 castorei, & croci: aut philonii cū lacte, aut trochisci  
 aut trochisci de croco. Deinde remoue nocumenta  
 cū eis quæ scis. Ex uaporatorijs autē siccis est millium  
 perna

panicum, & sal calefactus & superpositus: aut bacca lauri  
 cū melle pauco calefactæ, & superpositæ: aut pulegium cum  
 melle & libano: aut grana lauri, & libanum cum succo rutæ  
 uel anethi, ut dixit Galenus. Sacelletur ex surfure cum uino  
 cocto, & oleo nardino, aut rutaceo, cepe marinum tusum, &  
 oleo aut butyro coctum: expertum est. Euaporatorium hu-  
 midum fit cum aquis decoctionum rerum, quæ maturant, &  
 carminant, & mollificant sicut meliloti proprie, & anethi,  
 & chamæmeli, & fœnogræci, & uolubilis, & foliorum cau-  
 lis, & seminum eius, & herbæ uenti, & samfuchi, & ab-  
 synthij, & similiū singulariter, aut cōiunctum: ita ut recipiatur  
 uapor eorum per cannulam: cuius una extremitas sit fabrica-  
 ta super uas in quo res coquantur, & alia extremitas appli-  
 cetur auri. & quandoque est neceffe ut misceatur cum his re-  
 bus aliquid ex stupefacientibus, ut sedetur uehementia dolo-  
 ris, & tunc fiat illud cum cautela. Remouent autem nocumen-  
 ta narcotici uapores superius dicti cum modico castorei, &  
 croci, & piperis sicut scis.

Galenus. Linimentum quod administratur, & sedat dolo-  
 rem auris. Accipe medullam ceruinam, aut medullam cruris  
 iuuenti, cere ana drachm. quinque, oleum de nucellis, aut de  
 amygdalis amaris, & succum genigem, id est polygoni, quan-  
 tum sufficit fiat ex eis unguentum, & unge in circuitu auris,  
 est enim mirabile.

Idem. Aliud ualēs similiter. Rafani radices cū oleo deco-  
 que, & destilla ex eo in auribus, & cū lana calida superpone.

Idem. Vermes qui sunt sicut faba mediæ, & inueniuntur sub  
 lapidibus, aut uermes pluriū pedū coquantur cū oleo ex oliuis  
 immaturis, & destilletur ex eo in aures: est enim expertū. Fit  
 etiam sic similiter ex scarabeo, & ex lumbricis terræ.

Oleum

Oleum similiter de scorpionibus est ad illud sublime.

Idem. Fel tauri cum adipe anatis est iuuamenti mirum ad dolorem auris à causa uehementer frigida.

Mahemet Arasi. Confectio medicaminis de quo dicitur in aurem, & limitur ex eo in circuitu eius, & sedat dolorem frigidum, & uentosum. Accipe castorei, castorei opij, styracis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, calami finapis ana: fiant ex eis trochisci, & dissoluantur in nardino, aut costino, & coquantur in concha cepe, & distilletur in aurem: sedant dolorem auris.

Hamec. In urina tauri, aut caprarum si dissoluantur rha, & destilletur in aurem, sedat dolorem auris.

Isaac ad dolorem auris. Accipe baurach, mel bonæ oleum rosatum, & acetum, & misce, & pone in expertum est.

Idem. Accipe mellis crudi, & olei laurini partibus, & contunde, & pone in aurem. expertum est.

Idem. Vnctio conferens ad dolorem auris.

Recipe meliloti uncias duas, chamæmeli, samplicis unciam unam, ß. aquæ libram unam, & ß. bulliant in aqua libram. ß. Deinde pone olei de cheiri, & olei uiolati, & sesamini ana uncias duas. Decoque ad consumptionem & utere.

Gabriel. Linimentum conferens dolori auris expertum. Accipe aristolochiæ longæ, seminis capparis, scænegæ aureos duos, piperis longi aureum unum, aneti, & aloes, & samplicis ana drachm. ß. ellebori drachmam unam quartam alterius, aquæ libr. ß. olei unciam unam. Bulliusque ad consumptionem aquæ, & utere multoties. bonum.

Dioscorides. Accipe radicem quæ comeditur, & utere

super cinerem, & calidam mitte in aurem: & fac multoties.

Idem. Succus menthæ & mel, ut sint de singulis partes æquales, & destilla ex eo in aurem. bonum est.

### De bothor, & apostemate aurium.



*causa sanguine Co*  
*causa P. B.*  
I sit calidum, cura eius est flebotomia, & lenificatio naturæ, & propriè flebotomia cephalicæ, cum multa sanguinis extractione si est possibile, & si non est, cum iteratione. & destilletur in aurem in principio quod est sicut oleum rosatum, in quo iam consumptum fuit acetum, usque ad dies duos, aut tres, & obseruetur regimen in uehementia doloris, ne deficiat uirtus, & faciat cadere in syncopim, & sudorè frigidū, & permissionem rationis, & mortem. quare destilletur in ea destillatione post destillationem ex oleo iabroth cum lacte nouiter mulso: & si excusari aliter non potes, cum modico caphuræ, aut opij exhibe. & postquam præterijt tertium diem destilletur in ea mucago seminis citoniorum, aut fenogræci, aut althææ, & seminis lini. Si autem apostema non fuerit uehementis caliditatis, destillanda sunt aliqua ex mucagginibus cum adipe gallinæ, aut anatis, aut medulla cruris uituli. & expertum est Diachylon dissolutum in oleo auethino, aut chamæmelino. Expertum est diachylon minus cum oleo de alcanna. Et ex eis quæ sunt ultimi iuuamenti, est æsypi cerotum quod dicemus. Et confert administratio euaporatorij humidique quod diximus.

Ioannes Serapionis. Emplastrum conferens ad apostema auris. Accipe farinam hordei, & decoque cum rob, & oleo de chamæmelo.

Aliud. Accipe farinam fabarum, chamemeli, uicium succum, farinam hordei, altheam, melilotum. Decoque aqua, & oleo chamemelino, & rob, & utere.

Idem medicamen quod resoluit, & maturat apostema quæ sunt in auribus. Accipe farinam fabarum, & emplastrum cum expressione caulium, & oleo de lilio superpone.

Alboali. Oesyphi cerotum, cuius iuuamentum est me ad apostemata aurium, maturans, & sedans debonum si Deus uoluerit. Accipe adipis gallinae, butyri, seu uaccini loti, ceræ citrinæ, adipis caprini, melle de lilio, oesyphi, de singulis partes æquales. Fiet cerotum, & tepidum in aurem mittatur, & linatur in cuitu. expertum est.

Idem. Confectio emplastri satis boni ad dolorem, & stemata aurium. Accipe cepe album, & elixetur, & ratur cum butyro, & utere.

Mahemet Arafti. Confectio emplastri sedantis in aurium apostemosum. Accipe bdellij, adipis capri drachm. quatuor, farinæ scenogræci, & seminis lino, & althææ: radicium lilij ana drachm. quinque, meliloti: meli ana unciam unam, croci drachm. unam, uittellum unum elixi. Confititur autem sic. chamemelum, melilotus, ces althææ, & radices lilij, coquantur in aqua usque de qua sint. Bdellium dissoluatur in succo cepe, aut in decoctionis herbarum, & ex omnibus his, & cæteris emplastrum: postquam additur rob, & olei sesamini, & lilio ana uncias duas, butyri quantum sufficit. Coquantur omnia usque diu pinguescant: & emplastrum cum oleo quandoque apud necessitatem adduntur ei opij drachm.

& est mirabile. Et quandoque pro opio papaueris albi drachmæ septem.

### De sonitu, & tinnitu aurium.



IT quandoque propter debilitatem, sicut accidit conualescentibus. Et cura eius est cum resumptiuis, & addentibus ad uirtutem corporis, & regimen conualescentium, sicut scis. Et quandoque fit propter aduentum crisis, & est silendum, & quietum in eo. Et quandoque fit propter abundantiam, & repletionem superflua in capite. Et cura eius est solutio, & euacuatio cum hiera diacolocynthidos, & coccijs, & similibus, cum iteratione, & iteratione. Deinde fiant instillationes, & emplastrationes, post embrocationes, & euaporationes per traiectorium, ex his quæ dicemus. Et fit quandoque a uentositate crassa, & conferunt ei errhina, & sternutationes post mundificationem radicum, & destillationes notæ, & proprie cum oleo de alcannia, & modico de euforbio, aut oleo rutaceo, & castoreo, aut oleo de ben, cum modico succi porri. & quandoque fit ex coartatione humorum crassorum, & uiscosorum. Et confert in hoc nitrum cum melle & aceto: aut elleborus albus cum castoreo, & melle & aceto, & oleo de ben.

Hamec Filius Zazar. Oleum rasani cum oleo rosato, & succo porri, & felle ouium confert tinnitui, & sibilo aurium. Succo porri cum oleo rosato & lacte mulieris & castoreo, ualet similiter.

Vnguentum ex inuentione nostra, ualens cum auxilio Dei sonitui auris, & graudini auditus propter uentositatē crassam, & materiam frigidam.

Recipe ellebori albi, castorei, costi ana drachm. unam, nitri, piperis longi ana drachmæ unius, partes duas forbij drachmæ unius tertiam, deinde accipe succi radialis comeditur, succi porri, olei nardini, chamemelini, olei amygdalis amaris, olei anethini ana unciam unam, coque ad succorum consumptionem, cola & utere. expertum.

Ioannes Serapionis. Si tinnitus à uentositate continet & inflatione. Accipe euforbij drachmam unam, & res in oleo de alcanna, & utere: aut castoreum cum oleo rosæ aut oleum de ben cum succo porri.

Idem. Si ex materia crassa coartata in auribus continet uaporetur auris per traiectorium. Deinde instilletur in canem, quod recipit ellebori albi, castorei, nitri ana per unam, croci partis unius quintam, misce cum oleo siccæ & aceto, & destilla in aurem.

Alexander. Ad diurnos aurium sonitus, & tinnitum mirabilis. Recipe euforbium, & dissolue in oleo cyperi & utere.

Filius Zachariæ Arafî. Accipe chamemelum, scorodion, calamintham, sbeam, hyssopum, siccum absinthij bulliant in uase, super quod ponatur traiectorium, & recipiatur fumus eius, confert enim post corporis multiplicationem.

Idem. Si fiat sonitus aurium propter debilitatem sequentem febribus, destilletur in aurem acetum decoctionis synthij cum oleo rosato.

Haboali. Medicamen expertum ad sonitum & tinnitum aurium. Accipe caryophyllorum, seminis porri ana drachm. unam, moschi grana duo. Destillentur cum aqua simpliciter aut foliorum pini, aut rutæ.

## De debilitate auditus, &amp; surditate.



Quæ natiua est, non inuenit curam. Quæ autem antiqua est, uix recipit curam. Quæ autem fit propter apostemata, aut bothor, diximus eius curam. Si autem fiat propter sanie in aure, aut propter aliquid quod intrauerit in aurem, sicut est lapis, aut faba: dicemus curam eorum. Et quandoque fit propter constipationem cholerae in corpore, & fit eius reundatio ad aures sicut Hippo. dixit. Et confert in huiusmodi ut euacuetur cholera euacuatione post euacuationem. Et fit etiam ex eisdem causis, ex quibus fit sonitus & tuba in aure, sicut est repletio, & coartatio humoris crassi, & viscosi: & uentositas crassa. Et non differunt nisi secundum fortem impressionem & debilem. Facta enim debilis ab eis impressio facit tubam & sonitum. Ex forti enim impressione tharas. Quamobrem curam adhibeas, sicut diximus illic. Fit etiam ex uerruca, & carne addita, & raro propter loci nobilitatem habet curam. Interdum tamè curatur, & proprie cum administratione medicaminis acuti una uice post aliam, usque dum consumatur caro addita, aut uerruca. Deinde curetur medicamine incarnationis. Et quandoque fit propter sordes: quæ sunt in auribus. Et eius est cura, ut extrahantur, & afferantur ad locum hunc quæ diximus in capitulis, quæ sunt ante istud.

Mahemet Filius Zachariæ Arafî. Confectio medicaminis ad grauem auditum, & tinnitum aurium, bonum si Deus uoluerit. Accipe pulpæ colocynthid. drach. duas, baurac. 3. unius, tertias. ij. castorei drachm. unam, succi absynthij. 3. unam, aristolochiæ rotundæ drachm. j. euforbij. 3. unius tertiam, costi. 3. 3. fiat siescum felle uaccino, & destilletur cum oleo amygdali-



no amaro. Et hoc post euaporationem in traiectorio.

Alexander. Ad idem expertum. & proprie si fiat  
tas ex humore frigido oppilante, & est expertum. In  
elleborum album, castoreum, nitrum, pyrethrum: coque  
in uino forti, deinde cola, & destilla ex eo in auribus,  
tamen sternutamenta prouocentur.

Idem. Confectio trochiscorum auferentium surditatem  
& grauedinem auditus, & sunt experti.

Recipe ellebori albi, castorei, ana drach. j. nitri drach.  
fiat trochisci cum aceto, & administrentur cum aceto.

Idem. Fiat puluis ellebori albi cum aceto positus cum licio  
Filius Serapionis. Confectio trochiscorum, quorum opo-  
tio est ultima ad oppillationem & tharas: quorum permix-  
tio est ultima ad oppillationem & tharas: quorum permix-

Recipe ellebori albi aur. ij. nitri aur. viij. croci aur.  
confice postquam bene conteruntur cum aceto, & fac  
trochiscos, & administrentur cum aceto. sunt enim admirabi-

Alexander. Quando surditas contingit ex cholericis  
more in auribus coartato, & hoc restricto fluxu cholericis  
abundare consueto, tunc prouocato eo, & educto per me-  
soluitur surditas: sicut ex Hippoc. doctrina colligimus. Sic  
tem ex crudis, & uiscosis contingat humoribus, fortioribus  
adhibenda medicamina. Difficilius enim morbus solui  
Dandum est igitur oxymeli, quod Iuliano praesidi facti  
testatur ab Oribasio, aut hiera Galeni cum iteratione, &  
ratione: aut dandum est hoc medicamen, quod sequitur.

Recipe salis ammoniaci, pipere: ana drachm. ij. castorei  
drachm. j. Dabis ex eo drachm. iij. aut. vij. cum oio solus  
aut hydromelite est enim mirabile ad ueruginem, & ep-  
psiam: & mulieribus menstrua potenter educit. Postquam  
autem purgatus fuerit, gargarismata, & sternutationes me-

sarie sunt. Verum gargarismata fiant ex staphide agria &  
sinapi cum mastiche. Sernutationes autem ex elleboro albo,  
& pipere. Vltimo uero destilla in aurem quae morbum solu-  
uant, ex his: quae diximus. Si autem adhuc passio permaneat,  
prouocetur uomitus cum facilitate, & iteratione cum eis quae  
sunt sicut elleborus albus cum proprietate in hoc: & iterata  
expurgatione, & gargarismate, & alijs quae superius dixi-  
mus. Equitare autem per loca arenosa, & decliua, & eue-  
ctiiones cum curru, & balneationes in aquis thermarum, &  
salsarum, ad hoc multum conferunt remouendum. Et credo  
quod surditati factae a materia frigida, aut uentosa conferunt  
omnia calida: sicut costinum, & anethinum, & oleum balsa-  
mi proprie, & similia, quorum rememorati sumus in dolori-  
bus aurium. Et pulpae colocynthid. aut succo cucumeris asini-  
ni, aut radice eius inest proprietate mirabilis cum aliquo pra-  
dictorum oleorum. Et ex eis est oleum nardinum cum casto-  
reo: & similiter si factum ex aloe, castoreo, & pulpa colo-  
cynthid. partibus aequalibus, confice cum felle uaccino, & in  
stilla cum oleo rasani, aut aliquo oleorum calidorum. Et oleum  
rasani, & oleum staphidis agriae iam experta sunt. & ex-  
pertus est puluis ellebori albi cum aceto instillatus in aurem,  
aut missus in aurem cum licio.

### De bulceribus aurium.



QUAEDAM ex eis sunt manifesta, & habent  
genera curationis nota, sicut diximus in ca-  
pitulo de algarab. Quaedam uero ex eis sunt  
occulta posita in profundo, & sunt ex eis quae-  
dam in quibus non multum praeterijt tempus, & alia quae sunt

chronica antiqua, in quarum curatione peruenimus ad  
nistrando regimen subtiliatuum in his que conceduntur.  
bibuntur, & cæteris, & mundificando corpus: & etia  
pitis solutionibus factis cum iteratione, & iteratione.  
hulcus recens fuerit, duplici eget genere curationis.

Primum est mundificatio, & absterſio cum eis que  
absterſionis mediocris, sicut est aqua mellis proprie, aut  
num cum melle, aut acetum cum melle, aut oxymeli squa  
cum, & similia, factis ex eis iniectionibus post iniectione  
per siringam, aut per aliquid aliud, quod est sicut canis  
pennæ subtilis. Deinde cum bombace, aut lana subtili  
stergatur.

Secundum genus curationis est exiccatio, & consoli  
tio eorum cum eo quod est mediocris exiccationis, sicut  
dacitate multa, sicut est proprie libanum solutum cum melle  
aut sarcocolla & libanum, soluta in uino & melle paco  
expertum, bonum. & ex eis est myrrha & aloë dissoluta  
uino: & sandaracha in hoc est mirabilis. & proprie  
cum uino, & melle, & immissa cum licinio. Sanat enim  
dolorem tollit. Et similiter alumen cum aceto tritum  
tritione ultima expertum est, & similiter licinium cum  
memithæ. Alumen ianenum, & myrrha, & aloë, &  
daracha: & sarcocolla cum melle, & uino, sunt ex sac  
eorum, & similiter sanguis draconis. Sief memithæ, s  
cocollæ, myrrhæ, aloës, spumæ maris, libani ana pars  
aluminis adusti pars una, & ß. Terantur contritione  
cum melle & uino usque dum fiat in terminum mellis tenui  
Deinde utere cum licinio.

Si autem antiquum chronicum fuerit, triplici eget ge  
re curationis. Et primum quidem est mundificare, & abster

gere hulcus à uiro, & putrefactione, & corruptione foeti  
da, cum eis que sunt uigoroſe absterſionis, non nimis forti  
bus in principio, ut perueniatur paulatim ad ea que sunt for  
tiora. ex rebus generum mediocriū est urina pueri cum melle,  
& absynthium cum uino & melle, & modico salis gemmæ,  
& oxymeli squilliticum cum modico floris æris, & fortius  
est alchitran cum melle. & eis est unum decoctionis radicum  
lus, cum melle: aut succus asphodelorum cum melle, & mo  
dico salis gemmæ, & confert succus foliorum nucis cum mel  
le, & uino. & allic fortius est eis fel tauri cum urina pue  
ri: & hoc apud uehementiam putrefactionis, & foetoris, &  
ex compositis ultimis, ad hoc est unguentum Aegyptiacum,  
quod diximus in antidotario, & proprie solutum in uino aut  
aceto, & destilletur in aurem. & est mirabile. & similiter un  
guentum de flore æris: aut medicamen huiusmodi compo  
situm.

Recipe floris æris, & tubel æris ana drachmas duas, suc  
ci porrorum, mellis puri ana drachmam unam, urinae pue  
ri quantum sufficit. Teratur usque dum fiat sicut mel. &  
utere.

Secundum genus curationis est incarnatio, & reparatio  
eius, quod iam per putrefactionem deperditum est. & hoc  
quidem perficitur cum rebus mediocris exiccationis absque  
mordicatione uehementi, & sunt ea proprie quorum in con  
solidatione uulnerum non antiquorum rememorati sumus.

Tertium genus curationis est exiccatio, & consolidatio  
hulceris cum rebus exiccatis, & consolidatis, in quibus  
sit permistio aliquorum acuitatem habentium, sicut myrrha,  
aloe, thus, & similia, quorum præcesit rememoratio: qui  
bus admisceantur aliqua, que sunt sicut colcotar: flos æris,

Et similia, et nos trademus compositiones solennes quae pertinet ad hanc partem.

Filius Zachariae Arasi. Confectio medicaminis ad hanc partem quae sunt in aure. Et est expertum.

Recipe sarcocollae, sanguinis draconis, libani, spumae aris, myrrhae, baurach, boli Armeni, scoriae ferri, storis aloeis, colcotar ana partes aequales. Terantur contritione subtili, et ex media parte eius fiat stes, et destilla ex eis in aquam cum aqua mellis, aut melicrato, aut oxymelite, et ex aequa medietate inuoluto licinio in melle, et in medicamine res in aurem lotam prius ex aceto et aqua, et excorticam cum bombace, aut lana.

Ioannes Serapionis. Unguentum Aegyptiacum conrens ad hucera fordida, et putrida, et foetida: siue in ore siue ubicunque sunt per corpus, et ad fistulas, et ad hucera maligna quae sunt in locis absconsis, et intricatis, et in abssterfione.

Recipe mellis despumati uncias quatuor, aceti bonitatis tres, ziniar unciam unam, confice igne leui, usque dum mellis habeat spissitudinem. Est enim absterfium silime.

Idem. Modus confectionis scoriae ferri, cuius inuoluto est sublimis ad hucera quae sunt in aure. Accipe scoriam ferri, et laua eam cum aceto forti postquam trivis uel uehementer. Deinde excicetur super latere calido, donec fiat similiter usque septies: deinde teratur usque dum sicut puluis subtilis: et decoquatur in aceto decoctione uehementi, usque dum habeat spissitudinem mellis: et destilletur ex eo in aurem: aut intromittatur cum unio.

## De uermibus in aure.



VERMES in aure indigent medicamine necante eos in primis. Deinde ingenio educendi eos, ne propter remanentiam eorum accidant putrefactiones, et hucera. Et primum quidem perficitur cum medicinis, quibus est proprietas super hoc: sicut amaris proprie, et acutis, et acetosis et quandoque ingeniatur, et dantur medicinae quae sunt uenenum eis, cum permissione dulcedinis, ut audius recipiant. Res autem quibus est proprietas necandi eos, sunt sicut absynthium proprie, et tarasacum, et centaurium quodcumque eorum coctum cum uino, et destillatum. Et calamintha est fortior his, necat enim uermes, et dolorem sedat, et proprie succus eius: et similiter succus capparum. Ellebori albi destillatio facta cum uino experta est. Et similiter scammonium dissolutum in aceto, et aloe, cum uino et succo capparum, aut calaminthae. Valet etiam cucumeris agrestis succus cum radice eius, et succus foliorum persici cum aceto, et succus radicum mori ex bonis muscibilibus cum eis sunt felis, aut euforbium: et oleandro inest proprietas mirabilis.

Et dixit Galenus. Si caetera non conferant, sulphur uiuum, et calx uiua terantur, et ex eis cum melle fiant trochisci, et destilletur ex eis in aurem cum aceto, et albitram destillaum in aurem est ex eis quae ultimo necant eos, et similiter succus cucumeris asinini, aut calaminthae cum scammono, aut sinapis semen cum succo hyoscyami.

Secunda res perficitur cum ingeniacione educendi eos,

Et proprie ut destilletur in aurem hora post horam oleum  
pidum. Deinde sternutet cum condisi: Et retineat os, et  
res, ut spiritus ferantur ad aures cum impetu. Et quanta  
rationabiliter applicatur uentosa in aure. Si autem uermes  
truerint in aure: impleatur auris una uice post aliam uice  
oleo tepidis: Et radio immisso in eam cum bombace, aut  
na abstergatur, et lauetur usque dum totum excludatur  
ruptum.

Hanc. Medicamen conferens uermibus in aure, et de  
ribus eorum. Accipe olei de persicis, olei de chrysanthemi,  
olei de amygdalis anaris, aut succi foliorum radiceis, et de  
apij ana partes duas. Bulliant lento igne usque ad con-  
ptionem succorum. Et destilla ex eo in aurem ma-  
sero.

### De ingressione aque in aurem.



**V**RA huius ægritudinis fit secundum unum  
modorum, aut cum ingeniacione, quam supra  
euacuatio, aut attractio, aut resolutio.

Prima quidem perficitur cum tussis, et sner-  
tatione, comprehendendo os et nares, aut effundatur in  
aqua, usque dum repleatur. Deinde inuersetur cum uelocitate,  
et excludatur aqua tota: et immittatur radius sub  
aure existente inuersa, et commoueat caput suum frequenter:  
et descendat per gradus uelociter, aut tussiat, et  
sternutet. Hæc enim faciunt egressionem aque facilem.

Secunda res perficitur cum suctionibus et medicinis  
attrahunt aquam efficaciter: sicut spongia marina immissa  
aurem ligata cum filo, ut facilius fiat eius attractio: aut lo-

que inuenitur in conchis marinis: aut frustum medullæ san-  
buci et ex instrumentis est canellus, qui intronmittatur in  
aurem, et fiat suctio per ipsum, et quandoque permittitur  
in aurem extremitas canellaris, et proprie instru-  
menti quod attrahit, quando subito relinquatur ei uacuum et  
est modus attrahendi uehemens, quare attrahitur aqua for-  
titer.

Tertia perficitur cum ingeniacione, qua fit aque resolu-  
tio cum facilitate, et est ut accipiatur canellus anethi, et  
inuoluatur super una extremitatum eius cotum, sicut usque ad  
tertiam ipsius. Et alia extremitas mittatur in aurem, et cir-  
cundetur ei aliquid ex coto, ut sigillentur in foramine auris,  
deinde accendatur super extremitatem que est extra, ignis:  
et dixerunt aliqui quod prius fuerit submersa in oleo, resolu-  
uitur enim aqua cum operatione hac, uice post uicem: extra-  
cta autem aqua destilletur in aurem oleum rosatum tepidum  
in stillatione post in stillationem.

### SVMMA SEPTIMA DE AEGRITVDINIBVS NARIUM: primò de factore narium.



**P**ROCTOR narium si fuerit propter uulne-  
ram naribus, aut propter hæmorrhoidas na-  
tas in ipsis, dicemus curam. Si autem fuerit  
propter humorum putrefactionem in circui-  
tu narium, aut suspensorum aut adhaerentium  
in partibus colatorij, aut in parte mamillari, aut in uentri-  
culis cerebri: tunc cura eius est tres res.

Prima

Prima est mundificatio capitis pluries iterata cum medicinis, quarum forma est apud te, & iam scis eas & hoc post regimen bonum in sex generibus rerum, sicut in scis.

Secunda est intentio circa partem ut abstergatur, & discitur quod de corruptione inheret in partibus dicitur & hoc quidem perficitur cum medicinis quibus inest proprietates hoc facere, & ex eis est unum bonum odoriferum quo fiat collutio post collutionem primo simpliciter, & cum uino decoctionis eorum, quae sunt sicut myrrha, caryurus, rosae, calamus aromaticus, xyloaloe, & similia. Deinde insufflatur in nares calamus aromaticus, spica, cyperus, sa, myrti folia, & similia, singulariter, aut conuulsiu modico salis gemmae, & similiter confert puluis calami montanae insufflatus, aut xylobalsami, & fortior eius leborus albus.

Inquit Galenus. Vrina asinorum est ex melioribus chris, & infusionibus ad factorem narium, & conseruaciones tentarum, & proprie ex eisdem ea quibus insufflationes, quorum nominatio praecessit, & proprie confectae cum melle, aut cum uino odorifero. Et ex rebus medicabilibus ad hoc, est tenta facta ex puluere hierae picrae & quatuor, calami aromatici, myrrhae, caryophyllorum, drachm. duas, spicae, folij florum scaenanthi, darsesabana drachmas duas, & semis, & fac tentas cum uino bono.

Inquit Dioscorides. Darsesaban secundum omnem modum administrationis eius est ad hoc medicamentum expertum.

Tertia res perficitur cum eo quod facit diuersionem materiae, ab emunctorijs, & partibus narium, sicut proprie cauterium factum in zühendog: cuius formam narrauimus in capitulo de catarrho, & in curis oculorum.

Fit etiam factor narium ex uapore eleuato à stomacho, & alia parte: & cura eius est sicut processit post correctionem stomachi, aut alterius partis.

Sabor. Confectio medicaminis auferens factorē narium, & faciens ex eis inspirare bonum odorem.

Recipe xyloaloes crudi, caryophyllorum, rosarum ana drachm. duas, spicae, such. ana drachm. unam, confice cum uino bono antiquo, & aromatiza cum moschi dauich duobus, fac pilulas in modum ciceris, & dissoluatur una ex eis in oleo nardino, aut aqua rosacea, & destilletur in nares, postquam laueris eas cum uino decoctionis spicae & rosarum.

Mahemet Arasi. Modus confectionis ad factorem narium expertus.

Accipe aluminis, myrrhae, calaminthae, galliae ana Tere, & exussa ex eo in nares, postquam laueris eas cum uino antiquo odorifero multis uicibus. Deinde licinium in eodem medicamine intinctum ponatur.

Idem. Accipe calami aromatici drachm. unam, myrrhae, galliae ana drachm. semis, moschi dauich. β. Fac sicut prius.

Idem. Confectio decoctionis qua lauandae sunt nares multis uicibus: abscondit factorum narium.

Recipe spicae, galliae, & caryophyllorum ana partes aequales. Coquantur in uino aromatico, & sugantur naribus,

naribus, & lauentur nares: & licinium infusum in-  
tatur.

### De fluxu sanguinis narium.



VANDO est criticus, est expectandum  
eo, nisi exuberet, exuberatione super quae  
midatur de casu uirtutis. Et tunc succur-  
dum est: sicut dicemus post. Et fit  
fluxus sanguinis ex naribus succedens sodæ, sedans sic  
propriè pulsatuam, & quiescendum est in eo, nisi  
fluat. Et tunc succurrendum est ei: sicut dicitur post.  
quandoque propter fracturam arteriarum cerebri, &  
recipit curam. Verùm ei succurremus, sicut dicitur  
Et quandoque accidit propter ebullitionem factam in  
ne cum communitate totius corporis, aut cum commu-  
hepatis tantum, quando propter supercalesfactionem  
dit ebullitio in sanguinem, & intentio in curatione  
duplex, uniuersalis scilicet, & particularis. Vnde  
quidem fit tribus modis.

Primus modus est cum eo quod alterat malam compo-  
nem, & aufert acuitatem sanguinis, sicut propriè ca-  
potus frigidi, & congelantes, & infusiones, & bal-  
aquis frigidis, & sessiones in eis, & emplastrationes  
hepar ex rebus uerè infrigidationis, & acetum in hoc  
mirabile, & propriè emplastrationes pannorum infusi-  
in aceto infrigidato in niue, & posita super hepar,  
men, & extrema, & super testiculos, utendo permuta-  
post permutationem: cautela super hoc adhibita, ne  
sequatur infrigidatio.

Secundus modus est, ut fiat diuersio sanguinis ad ali-

uel oppositum: & hoc quidem perficitur cum flebotomia  
subtili ex latere opposito in principio, deinde ex eodem  
fiat. Et quandoque oportet ducere ad ultimam ferè euacua-  
tionem, & uentosationem super hepar, si est ex nare dextra,  
aut super splenem, si est ex nare sinistra, aut super utranque,  
& super sumen, si est ex utraque. Et conferunt etiam uen-  
tosationes super crura, & super calcanea ex parte domesti-  
ca, quæ si non conferunt, administrantur uentosa super cer-  
uicem, & super spatulas cum scarificatione tenui. Ad hoc  
conferunt ligaturæ, & compressiones dolorosæ factæ in ex-  
tremitatibus, & in testiculis uirorum, & mammillis mulie-  
rum. Ad iudicamus præterea secundum sapientiam, ut si acui-  
tas & inflammatio uincant in sanguine supra multitudinem,  
modus primus præponatur secundo. Si autem multitudo uin-  
cat, aut multitudo simul & acuitas uincant in sanguine, modi  
secundi sapientia præponenda est.

Tertius modus est ut acquiratur coartatio in uis, & du-  
ctibus. Et hoc quidem perficitur cum linimentis super fron-  
tem & tempora ex rebus infrigidatiuis, & conglutina-  
tiuis, & stipticis, & si oportet stupefactionibus, ex his  
quæ dicemus.

Particularis autem intentio perficitur cum sollicitudine  
administrationis rerum per instillationem & insufflationem,  
& immisiones tentarum fluxum sanguinis constringentium.  
Medicina quidem facientes hoc, aliæ sunt conglutinatiuæ, si-  
cut puluis molendini propriè, & farina, & tela aranea, &  
propriè quæ est in molendino, aut quæ est uicina furno: &  
albumen oui: & spongia marina cum alchitran combusta,  
& fumus picis: & thus, & fumus thuris: & sterminus  
num, & cartha combusta, & pili leporis, & coagulatum

eius: & succus alfazar: & gipsum: & gummi assum:  
tragacantha combusta.

Alia sunt uehementis stipticitatis, sicut rosa, &  
men eius, & galle, & balaustia, & heistidos, &  
chula, & succus albesandal, & succus albelach, &  
cus palme, & abon cortices, & flores grandem  
& bolus, & terra sigillata, & alumen, & capu  
& proprie hæmatites, & gummi assum, & myr  
& charabe, & sanguis draconum, & antimonia  
& succus foliorum salicis, & succus foliorum uitis,  
similia.

Alia sunt uehementis infrigidationis congelantisque  
nem, sicut caphura proprie, & cortex mandragora.  
succus eius, hyoscyamus, papauer, lactuca, & succien  
& opium, & similia.

Et alia sunt, quæ sunt cauterizatiua, sicut cothar,  
cothar, calcanthum, æs ustum, arsenicum, stos anti  
similia.

Et alia sunt quæ operantur illud à proprietate  
cut frequentatio comestionis cerebrorum gallinaria  
stercus asini insufflatum, & succus albedarogi  
latus, & succus porri, & succus portulacæ, &  
similia.

Verum conglutinatiuæ & sigillatiuæ, & stipica  
meliores eis, & fit per eas curatio uera. Congl  
uæ uerò stupeficientes, & cauterizatiuæ suspectæ  
Hæ enim aliquando moribundæ sunt congelando  
tus, & extinguendo calorem uitæ. Alia uerò licet  
stringentes, magnificant tamen uulnera.

Et post casus crustellæ uehemētior fluxus redditur

fuerat prius.

Verificatores uerò, qui operantur secundum sapientiam,  
aggregant ex diuersis diuersarum intentionum, & per  
ficiunt ex eis, unum, uirtutem habens sigillatiuam & cae  
rens suspitione ex his quæ timentur: sicut trademus post.  
Et oportet medicamina quæ mitti oportet in nasum, ut te  
rantur ultima contritione sicut alcohol. Deinde post inie  
ctionem earum in nasum, stringatur super eas uehementer,  
usque dum imprimant, & sigillent super apertionem uenæ  
in impressione bona.

Emplastrum quo utendum est super frontem, & tem  
pora, & limitur super ea, & sedat sanguinis fluxum.

Accipe boli Armeni, gypsi puri, succi barbæ hirci  
næ ana partes aequales.

Terantur contritione ultima, deinde contere cum ace  
to forti in uase lapideo, ita quòd elaboretur multum in  
eius contritione, usque dum fiat sicut mel habens medio  
critatem inter tenuem, & spissum & linatur in fronte, &  
temporibus, & stringatur super eis cum pila facta ex  
stupis, & ligatura stringente. Est enim expertum.

Et quandoque apud necessitatem additur opij circiter  
pars semis.

Infusio aquæ ueri frigoris super caput, & constri  
ctio facta in temporibus ex pila infusa in aqua huiusmodi,  
stringit sanguinis fluxum: & similiter in aceto infrigidato  
in niue, aut succo foliorum salicum, & menthæ, & folio  
rum uitis similiter infrigidatis in niue & quandoque com  
miserantur cum his aliqua ex stupefacientibus, sicut necessi  
tas cogit.

Hamec. Emplastrum bonum nobile ad fluxum sanguinis  
naribus, & est expertum, & forte, quare oportet super  
cautelam adhiberi.

Recipe capburæ, opij, succi alchafel ana partem unam  
farinæ hordei partes duas, confice cum succo albelactici  
succo uliæ lupinæ, uel cum aqua rosata, & lina  
frontem ex eo, & tempora, & pone cum licinio cra-  
natum.

Idem. Medicamen abscondens fluxum sanguinis ex u-  
bus. Accipe papyri combustæ, corticum ouorum combu-  
stum, acatiæ, corticum granatorum ana. Misce cum eis  
rum infusionis aquæ salis, & cum licinio naribus  
mitte.

Idem. Aliud ualens ad fluxum sanguinis ex rupin-  
teriarum.

Recipe libani, aloes ana. Tere, & confice cum albe-  
oui, & fiat sicut mel, & utere cum licinio.

Medicamen ex inuentione nostra citò sanans. Accipe ca-  
ræ, sanguinis draconis ana drachmam unam, chachia, se-  
rubi fricati, colcothar, aluminis, iameni, thuris, papyri  
combustæ ana drachm. duas. Confice cum aqua salis, & sic  
chiscos, & quando oportet dissolue cum atramento scrip-  
torum. Deinde fac seccari: & combure ipsum, & cinerem  
naribus insuffla: est enim expertum.

Aliud similiter ex inuentione nostra. Accipe pannu-  
neum antiquum, & summerge ipsum in licinio dissoluto  
atramento scriptorum, & utere cum licinio.

Aliud similiter ex inuentione nostra.

Recipe pannum luteum antiquum, & summerge ipsum  
licinio dissoluto in atramento scriptorum. Deinde fac ex-

ri, & combure ipsum, & cinerem eius naribus insuffla. ex-  
pertum, bonum, si Deus uoluerit. uel solum licinium in panno  
illine: & combure, & utere.

Gabriel. Aliud ualens similiter: Accipe scorie aris, &  
papyri combustæ, & corticum ouorum combustorum, cha-  
chia, corticum granatorum ana. confice cum albumine oui,  
& utere.

Dioscorides. Stercus asinum siccum & recens insuffla-  
tum in nares, & etiam odoratum stringit fluxum sanguinis  
cum uirtute. Et dixerunt quidam ex posterioribus, quòd si  
miscetur cum eo opij, & capburæ ana circiter partis eius  
sexta, est medicamen ultimum.

Isaac. Accipe sanguinis draconis, ramic, papyri combu-  
stæ ana partem unam, semen portulacæ combustum, balau-  
stiorum ana partem. s. tere, & utere cum camello: & acci-  
pe ex eo, & confice cum succo coriandri humidum, & utere  
cum licinio.

Filius Zachariæ Arasi. Confectio medicaminis quod po-  
nitur super frontem & tempora, & abscondit fluxum sangui-  
nis ex naribus.

Recipe chachia, succi barbe hircinæ, libani, aloes, galliæ,  
balaustiorum, gummi asii, myrrhæ, boli Armeni, opij ana.  
Fiant trochisci, & linantur ex eis super frontem cum aceto,  
& linuntur super pectine, & renes, & conferunt mictui san-  
guinis, & fluxui menstruorum, & pessarizentur etiam in  
uulua, & chysterizantur in uentrem, & conferunt agritu-  
dini sanguinis, & dysenteria, & conferunt fluxui sanguinis  
ex uulneribus, undecunque exierit.

Ioannes Serapionis. Medicamen abscondens fluxum san-  
guinis ex naribus, & abscessioni forti.



Recipe colcothar, tela araneæ, aluminis ana partes equales, confice cum albumine oui, & utere cum licinio licio. & linatur super frontem & tempora ex bolo Armenico barbe hircinæ, farina lentis & balaustij, & modici pulueris, & opij cum aceto.

Idem. Accipe aluminis, terræ sigillatæ, gallarum perforatarum adustarum: & extinctarum in aceto, sic heuſſitidos ana partem unam, caphuræ, opij ana partem unius tertiam. Insuffletur ex eis in nasum, & intingatur licinium in atramento in quo duplicatum fuerit colcothar. Deinde aspergatur super ipsum ex medicamine, & nitur in nares.

ALEXANDER. Spongiam marinæ tuam in alchitran intinge, & combure, & utere acicinio.

Ioannitius. Confectio medicaminis abscondentis sanguinis ex naribus.

Accipe balaustiorum, sanguinis draconis, sicuti ibi uel farinæ eius, aloes, colcothar, calcis uiuæ, gallarum adustarum extinctarum in aceto, aluminis iameni, opij pulueris molendini ana partes æquales, opij, caphuræ partem semis. Insuffletur ex eo in narem, & utere acicinio.

Aboali. Accipe succi barbe hircinæ cachie ana cochman semis, caphuræ grana duo, confice cum succo lactis palmæ, & destilletur ex eo in nasum.

Idem. Accipe papyri combustæ, corticum thuris, pulueris molendini, aloes, colcothar, ex medietate eorum tenta cum aqua abedarogi, uel albumine oui, & ex illis puluis, & utere.

## De nocumentis odoratus.



NOCVMENTA odoratus sunt diminutio eius, aut priuatio, aut permutatio, aut mendositas. Odorabile enim, aut sentitur debiliter, aut nullo modo sentitur, aut sentitur in contrarium eius quod comprehendit ratio, aut sentitur ex odoribus odor, qui non inuenitur in aliquo presentium.

Et contingunt quidem nocumenta huius quandoque propter casum, aut percussione: in uis, aut collatorio. Et accidit ex hoc ut cadant nocumenta in ossa, & tortuositas, & dissolutio formæ: & fortassis non recipit curam.

Et quandoque contingit ab apostemate, aut uulnere putrefacto, aut cancroso, aut à carne addita, & putrefacta, & dicemus curam eius post.

Et accidit interdum propter malitiam complexionis in caiasin, & nares interius, & partibus eius sine materia, aut cum materia, aut uentositate oppilante caiasin, aut collatorio, aut duo emuntoria, quæ sunt sicut capita mammillarum. & quodcumque horum fuerit natium, aut chronicum, uix curam habet.

Si autem à malitia complexionis sine materia fuerit, cura eius est per contrarium, administrando embrocis in protra capitis, & suctiones per nares, & odoramenta, & errhina ex his quæ dicemus.

Et siquidem fuerit calida, conferunt lauacra ex rosis, & coriandro, & suctiones per nares ex oleo rosato, & aqua rosata cum modico aceto, & similia. Et quandoque miscetur cum eis quod est sicut caphura, & aqua decoctionis menthæ humidæ, aut siccæ cum cyperis: & est iuuamenti sublimis.

Et similiter euaporatio aceti. Est enim ultima.

Si autem fuerit à malitia complexionis frigida, quæ secundum plurimum, conferunt lauacra et embroca que sunt sicut spica, calamus aromaticus, calaminthæ, sampsuchus, et similia. Et inunctiones, et suffusiones sunt naribus ex oleo costino, et rutaceo, et oleo uriden cum eo quod est sicut castoreum, euforbium, molle et similia.

Si autem malitia complexidnis fuerit cum materia uentositate crassa oppilante, intentio tunc in curatione duplex. Vniuersalis scilicet et particularis. Et prima dem perficitur cum euacuatione materiae, et iteratione si oportet. Secunda perficitur cum embrocationibus lauacris, et inclinatione capitis super uaporem chamae, sampsuchi, sisymbri, calaminthæ, spicæ, et similia, inde cum gargarismatibus, ex eis que mundificant etiam diximus ea. Post hæc cum errhinis, et suffusionibus per nares cum castoreo, et fellibus animalium, et erigone, et nigella, et rebus odorabilibus, sicut sagapenum proprie, et castoreum, et pipera, et moschus, et similia, et proprie mista cum oleo nardino, chamamelino, et similibus, et assiduatio odoris rutæ est experta in hoc titulo. Et similiter errhinum ex ea, et errhinum ex uapore trita contritione ultima, quæ fuit infusa in aceto, et cum oleo antiquo, et sugat naribus uehementer. Et est mirabile, et errhinum ex urina cameli, et ellebori, et pulpa colocynthidos, aut euforbio, est sublime. Et similia ipsa urina per se. Cum autem errhina, et effusiones gerant ardorem, et combustionem in naribus, tunc succurritur cum oleo rosato, et lauacris ex aqua calida, et aqua

furis, et oleo de cucurbitis, et similibus.

Mahemet Arasi. Puluis bonus ad oppilationes narium, et defectum olfactus.

Recipe arthanite, condisi, salis ammoniaci ana. Terantur sicut alcohol, et suffletur ex eo in nares, postquam euaporaueris eas aceto calido.

Idem. Aliud ualens similiter. Et est bonum.

Recipe nigellæ, fellis gruis, colocynthidos, ellebori albi ana. Terantur contritione ultima. Deinde funde super ea conterendo urinam cameli Arabici. Deinde facias exiccari, et teri, et fac ex eis siescum oleo sambatino, aut sampsuchino. destilletur in nares: est enim expertum bonum. Si autem dolorem patiantur, succuratur eis cum aqua calida, et oleo de semine cucurbitæ, aut aqua furfuris.

Idem. Aliud sublime. Accipe nigellam, postquam infusa fuerit in aceto, et exiccata, contere sicut alcohol, deinde misce cum oleo ueteri, et modus utendi eo est ut impleat patiens os suum aqua, et reclinet caput retrò. Deinde insillentur ex medicamine aliquæ guttæ in nares, et sugat uehementer, donec egrediatur humiditas plurima, tenendo os apertum super uaporem aquæ calidæ, deinde lauet cum aqua calida, et alijs, et faciat hoc tribus diebus, et tribus uicibus.

### De Apostemate narium.



INTENTIO in curatione eorum est triplex. In principio namque indigent medicamine repellente materiam, sicut proprie oleum rosatum, et oleum myrtinū cum aqua rosata, quodcumque eorum fuerit. Post hoc utendum est, quod est sicut

oleum conuassatum cum aliqua ex mucaginibus, aut lacte mulso recenti. Vltimo uero indigent medicamine ratiuo, sicut proprie est diachylon dissolutum in oleo, aut mucagines maturatiue dissolutae in oleo, aut mucagines cum lilij conuassata cum oleo, aut radix lilij cocta in lacte, & trita cum adipe gallinae, aut porci, & adeps linæ cum oleo de amygdalis amaris, confert in hactenac.

Hamec. Medicamen conferens apostemati, & bolus guineis.

Recipe farinae hordei, rosarum, ana partem unam, & rae partis unius quartam. Tere & confice cum aqua rosae uel succo granatorum acetosorum, unge intus, & extrinsecum.

Idem. Aliud ad apostemata ex sanguine. Accipe siccum lani, & succi acetosorum granatorum, & aquae rosae partes aequales, olei rosati partes duas, conuassentur cum co caphurae, & unge intus, & extrinsecum.

Idem. Aliud ad apostemata ex cholera rubea.

Recipe mucagines psyllij, aut seminatiorum, & bumen oui, & conuassa cum oleo rosato, aut uielato, & frigida ea, & utere bonum & expertum.

### De uulneribus, & huiusmodi bus narium.



QVAEDAM ex eis sunt manifesta exteriori, quaedam occulta interiori. Quae autem manifesta sunt, alia sunt sicca, sicut crustae: alia sunt lenia. Et prima quidem curantur cum medicamine mediocri exiccationis, sicut unguento de ceruisa propria, aut unguento tripharmaco: aut oleo rosato dissoluto cum

che, & puluere rosato misto, & similibus. Si autem fuerint uulnera humida, curantur cum medicinis minoris exiccationis, sicut oleo rosato, adipe gallinae, & cera simul dissolutis, & similibus.

Consuetudinaria autem uulnera quae sunt sicut crustae boethor, & asperitas rubei coloris rosarum accidens naso secundum exterius eius, curantur cum duobus cauterijs positis inter labia & gingiuas iuxta dentes caninos, ut ascendant hinc inde ad colatoria nasi. Occulta autem interiori latetia in partibus alcaiasini praua sunt: & peiora quae fiunt in partibus colatorij, & adhuc magis quae fiunt in uentriculis cerebri, & in eis quae sunt sicut capita mammillarum. Et ex eis quaedam sunt recentia, quibus non multum praeterijt tempus, alia sunt antiqua chronica. Recentium autem duo sunt genera curationis.

Primum quidem est mundificatio: & perficitur cum medicinis lauatiuis debilibus abstersionis, sicut aqua mellis proprie, & quae hoc cursu procedunt.

Secundum uero est consolidatio, & sigillatio eorum: & perficitur cum medicinis debilibus exiccationis, sicut unguento tripharmaco, & unguento de ceruisa confortato cum modico myrrhae, & libanii, & sanguinis draconis. Chronica autem, & putrida uulnera triplici egent genere curationis.

Et primum quidem genus est mundificatio eorum cum eo quod est mediocri abstersionis, sicut unum, & proprie mel, & similia. Et quandoque expedit necessitas apud multitudinem putrefactionis, ut misceatur cum eis quod est sicut colothar, aut unguentum Aegyptiacum. Et urina quidem infantium est mundificatiuum bonum. Et nos diximus multa ex eis

in capitulo de h ulceribus aurium ad hæc conferentia.

Secundum uero genus est incarnatio uulneris, cum que sunt sicut unguentum de cerusa, aut unguentum triphlecon, aut confortata cum eo quod est colcothar modicum similia.

Tertium uero est consolidatio uulnerum, & sigillaturum, & perficitur cum medicinis exiccatis non exiccationis: sicut proprie maran factum ex rebus, que sicut libanum, myrrha, sarcocolla, & similia. Et quoniam apud necessitatem miscetur cum eis quod est sicut artholobos rotunda, & colcothar, & similia. Et proprie quando timemus de futura putrefactione, dicta sunt in capitulo de uulneribus aurium, que afferantur ad locum hunc. Exceptis uulnera aurium sicciori & acutiori indigent medicinis quam uulnera narium. Et tua est discernere, & mense ista. Et confert cauterium in zehendeg.

Hamec filius Zachariæ. Medicamen bonum conferentia neribus narium recentibus & antiquis: & fecit Hippocrates.

Recipe cerusæ, olei sesamini, medullæ cruris, uaccæ, amygdalini dulcis, ceræ albæ, & gummi albothini ana. canthæ, gummi Arabici ana partem. s. Fiat ex eis glutinum modico aquæ rosatæ. Et fiat unguentum cum cæteris, & ure super morbo cum licinio de panno.

Si autem alcaia in uulnera occupant, & descendunt foramina usque ad palatum, & ad guttur, sugat naribus usque dum descendat ad palatum, & irahatur per os, & catur filum sicut serra, usque dum locus sanguinetur. De unge filum cum medicamine, & hoc fiat omni die usque sanus fuerit. est enim expertum.

Idem. Medicamen conferens fistulis in naso, & hulle

bus siccis, expertum.

Recipe ceræ albæ partes duas, medullæ cruris uaccæ partem unam, olei chamæmelini, sesamini, olei nardini, olei de amygdalis dulcibus ana partem unam. Fac unguentum, & misce cum eis muccaginis tragacanthæ albæ, & muccaginis althææ, & muccaginis seminis citoniorum, & psyllij, & seminis lini ana partis unius sextam. Fiat ex eis unguentum, cum pauco croco, & utere sicut primum. ualet etiam ad fissuras labiorum.

Idem. Aliud ualens similiter. Accipe ceræ rubæ partem unam, olei rosati partes sex. Dissolue ea, & misce cum eis lithargyri, cerusæ, fecis argenti ana partis unius tertiam, fac unguentum, & utere: & eo sape tangat nasum.

Sabor. Aliud bonum ualens ad idem. Accipe lithargyri, olei rosati, & olei myrtini ana partem unam, aceti & succi myrti ana partem medianam. Confice, & unge. bonum est si Deus uoluerit. Et quandoque fit sine aceto: & pro aceto pone succum myrti, & quandoque pro aceto uinum. Et est bonum.

Galenus. Unguentum de flore æris bonum, mundificans uulnera saniosa, & consolidans ipsa.

Recipe ceræ drachm. quatuor, & olei antiqui, uel facti ex oliuis immaturis drachm. sedecim, floris æris puluerizati sicut alcohol drach. duas, fac ex eis unguentum. Et utere cum licinio. Et quandoque additur, uel minuitur ex flore æris, secundum quod exigit necessitas.

Unguentum ex inuentione nostra sanans uulnera narium, & ubicunque sint in corpore. Accipe lubenæ, & trifolij acetosi ana uncias duas, proijce super ea postquam fuerint concussa, olei rosati, olei myrtini ana unc. quinque, & dimitte in uase lapideo per dies septem. Deinde ebulliant ebullitione

ebullitione una, & cola. Et cum ceræ citrinæ uncijis duabus  
& β. fiat unguentum ex eo in licinio, & utere: & quæ  
que admiscetur ad omnem unciam istius unguenti ex fo-  
eris drachma una.

Filius Serapionis. Medicamen conferens hulceribus.

Recipe cerusæ, merdasengi, & plumbi adusti ana par-  
equales: abluantur uicibus pluribus postquam fuerint in-  
Deinde fac ex eis unguentum cum uino, & oleo myrti  
diu terendo in mortario, nunc oleum, nunc uinum asate-  
rum infundendo usque dum impinguetur. expertum in-  
num.

### De polypo, qui fit in naribus.



**P**OLYPVS, qui fit in naribus durus, & u-  
ger, & non tractabilis, & mollis, & put-  
& foetidus, fortassis non sanatur. Et qui u-  
gatur, & pendet, & aliquando egreditur  
habens radicem gracilem, tenuem, non nimis profundam  
curatur incidendo iuxta radicem eius cum forficibus  
quam apprehendis, & trahis cum tenaculis: deinde  
incisionem cauterizetur super eo quod remanet de radice  
cum ferro ignito, aut cum medicamine acuto: & hæc  
dem fiant post corporis mundificationem pluries iterum  
& post flebotomiam. Et quandoque necessitas experitur  
fiat cauterium in rhubendeg: & proprie apud fluxum rhu-  
matis ad partes narium, sicut dictum est in eis que  
de curis catarrhi, & coryzæ. Si autem polypus defle-  
dit perforamina palati ad palatum, & guttur, trahis  
similiter cum tenaculis, & incidatur secus radicem eius  
forficibus

forficibus ignitis: & curetur deinde cum medicamine acu-  
to: sicut iam diximus. Si autem eius incisio non fuerit  
facilis secundum modum quem diximus, tunc accipe duos  
aut tres pilos caudæ equi, & torque singulum eorum per  
se, deinde ex eis retorquendo fac sicut filum unum, & fiant  
in eo nodi tres uel quatuor, & mittatur per nares cum aciu  
plumbea, & declinetur cum ea ad foramina palati, & tra-  
hatur per ipsum palatum cum facilitate, donec filum exeat  
per foramina palati, & tunc accipe utranque extremitatem  
fili, & ducas, & reduces ad modum ferræ, usque dum tota  
incidatur caro, & si aliquid remaneat, tunc fiat, sicut supe-  
rius dictum est. Abiecta autem tota carne polypi, cure-  
tur deinde cū unguento uiridi, & medicamine incarnatiuo.

Plerunq; autem polypus non est multæ additionis: & cu-  
ratur post incisionem cum medicinis acutis, & alijs, sicut di-  
cemus post. Si autem fuerit cancrösus, cura eius est diffici-  
lis. Curatur tamen quandoque cum medicinis acutis, & alijs,  
quæ diximus in capitulo de hulceribus narium, loco autē na-  
rium a polypo perfecte mundificato curetur cum unguento  
uiridi, & unguento de cerusa, dictis in cura hulcerum.

Dioscorides. Medicamen auferens polypum narium, & omnem  
additionem carnis in eis, & hæmorrhoidas narium cancrösas.  
Accipe semen luf, & tere cū succo malorum granatorum cocto  
rū cum cortice sua, & linatur super polypo in circuitu eius.  
est enim medicamen bonum. Vna etiam luf, & proprie succus  
eius idem operatur, & similiter succus radicū eius, & pro-  
prie lana ex aliquo eorum imbibita, & immissa naribus. Et  
est expertum.

Galenus. Medicamen sanans, & cōsumens omnes additio-  
nes carniū in naribus cū leuitate sine dolore, & sanans, hul-  
cera

cera in eis, & efficit operationem suam tempore longiore propter sine cessatione utendum est eo. Accipe ex tribus generibus granatorum partes aequales, & tere eas secundum totalitatem eorum, & extrahere succum ipsorum, & liquorem que in essentia rob tenuis, deinde tere substantiam granorum contritione multa, usque dum fiat sicut pasta, & cum succo eorum formas similes nascaibus, & intronem eis in nasum unam post unam, preliniendo tamen cum predicto. & hoc fiat tempore extenso. efficit enim operationem sine dolore. & est expertum. Quidam uero experientibus admiscerunt cum eis ex trochiscis delecta quantitatem sufficientem ad uigorandum operationem ipsi.

Filius Serapionis. Confectio medicaminis confectio polypum, & omnem carnem additam.

Recipe scorie aris aureos quatuor, chalcanti tres, ellebori nigri aureum unum, arsenici rubei drachmas unam. Tere, & fac puluerem, & insuffila in nasum. & sic fice cum uino, & utere cum licinio.

Idem. Confectio trochiscorum alcadicon, quorum mentum est uirtuosum. Consumunt enim polypum & uinum, & omnes additiones carniuum in omnibus locis.

Recipe calcis non extincte, arsenici citrini partes duas, colcothar, floris aris, aluminis ana partem galliarum cachie, balauistorum ana partem semis. Contere ea in mortario aeneo cum aceto forti contritione usque ad quinque dies, deinde fiant ex eis trochisci, & seruentur in uase uitreo in loco frigido & seco, & utere unum ex eis cum uino, & utere cum licinio. experta forte.

## De Sternutatione.



STERNUTATIO est in quibusdam utilis, in quibusdam nocua. Vtilis post maturationem coryzae, & post digestionem sodae, & phrenitidis, & lethargi, & subet, & intercisionis memoriae, & epilepsie, & apoplexie, & aegritudinum neruorum, & scotoma, & faciliat partium, & expulsionem secundum. Ex his que submouent sternutationem, & incitant, alia sunt que sumuntur per os, sicut cepe acutum, & allium, & sinapis, & uinum forte, & acutum, & similia. Alia sunt ab extrinsecis incitantia, sicut radius solis, uentus acutus, fumus, & similia. Et ex eis est approximatio ad ueneculan, & hesitatio, & desiderium coitus. Et alia sunt odorabilia, & inirantianarem, sicut rosa proprie odorata, generat enim sternutationem calefactis & folia myrti cum aceto: & succus foliorum uitis instillatus: & similiter agresta, & similiter caphura cum ompocacio, & opio insufflata in nares. Et nenusar odoratum, & solanum similiter, & stief memithae cum caphura, & uapor acetii, & similia. Infrigidatis uero sternutationem stimulantia sunt mezereon, euforbium, elleborus, condisi, piper, oleander, fella animalium, castoreum, artanitha, cucumer asininus, zinziber, pyrethrum, sampsuchus, auricula muris, iris, nigella infusa in aceto, pulpa colocynthidos, baurach, opoponacum, sagapenum, aloe, susel, gallia, sinapis, ruta syluestris: & similia.

Composita uero incitantia sternutationem plura dicta sunt in capitulis que precesserunt. Nocua uero sunt sternutatoria in principio catarrhi difficilis: & in aegritudini-

bus catarrhalibus pectoris, & pulmonis, & faucium, & starum, & ante digestionem sodæ ex plenitudine, & omnium ægritudinum, quarum nominatio præcessit, & te mundificationem corporis communem. Sternutatio facta per se quandoque fit propter fortitudinem cerebri, & est significatio bilis in ægritudinibus cerebri, desperatur enim de eo quod mutare non potest in ipsis, etiam medicaminibus adiuuari. Et quandoque fit propter passibilitatem cerebri patitur facili impressiones frigoris & caloris, & impressiones dundantes ex Austro, & Borea. Quare fit coartatio & pressio propter impressionem ex frigore, & Borea, & colligitur materia coartata, aut dissoluta, & expulsio propter pressioem ex calore, & Austro expellitur materia ad

Sternutationem autem prohibentia sunt propria in animalibus, sicut gaudium proprie, & ira, & solanes, & cogitationes, & fricationes aurium & extremitatum, & contorsio nasi, & fricationes gingivarum, palati, & gularum, & oculorum. Et si contingat propter incitationem à calore, aut Austro, sedant uehementiam eius oleum rosæ, & oleum de salice, & similia odorata & infusa in ambabus auribus super caput, & sorbitio aque frigide, & suggestiones in naribus, & lauare faciem cum ipsa. Si uero contingat propter incitationem à frigore, & Borea, conferunt infusiones in aqua rum calidorum sine mordicatione in ambabus auribus, & per caput, & etiam nares, & sorbitiones calide, & balneum, & odorare chamæmelum, & poma redolentia, & spicam, & myrrham, & ambram, & xylon aloes. Et conferunt etiam odores herbarum, quæ nascuntur in mari, & spongia, & concharum maris, & lanarum, & lipporum quæ sunt in

LABIORVM. 195  
SVMMA OCTAUA  
de ægritudinibus oris, & primo  
de scissuris labiorum.



**S**CISSURA labiorum quandoque fit in labio superiori, & cum communitate narium, & fit post coryzam, & catarrhum solitum fluere ad partes illas, quare turget nasus, & labium cum uestigijs rubedinis interdum, & interdum bothor, & interdum cum crustis, & scissuris, & asperitate.

Et cura eius est tres res.

Prima est mundificatio ab humore, qui super abundare uidetur.

Secunda est diuertere materiam cum febotomia, si peccatum est in sanguine, aut cum uentosis cum scarificatione in occipitio, & in collo: aut cum cauterio in zibendeg, si necessitas expetit. & quandoque fiunt cauteria duo, quæ dixerimus in capitulo de uulneribus narium, & sunt mirabilis inuamenti.

Tertia res est adæquatio loci, & correctio nocumtorum, quæ cadunt in locis ipsis. & hoc quidem dictum est in capitulo de hulceribus narium.

Et quandoque fit in labio superiori, aut inferiori absque communitate aliarum partium, & proprie propter contractionem accidentem musculo transfuersali ipsius labij, quare accidit ei, ut scindat labium scissione profundante, & multiplicatur huiusmodi apud multiplicationem Boreæ, & cura eius est cum unguento de cerusa, aut oleum

rosatum cum cerusa, aut litium cum oleo rosato & ceru-  
 alia quorum rememorabimur post. Et sunt ex hominibus  
 incidunt musculum ipsum secundum transuersum eius  
 dantes cum sagitella, usque dum incidatur secundum tes-  
 tem eius. Deinde imponunt puluerem cinnamomi, & pi-  
 rum usque dum sanentur. Et sunt qui cauterizant scissuram  
 transuersum eius nummo aureo subtili. Deinde curant  
 unguento de cerusa, & alijs similibus.

Democritus. Medicamen expertum ad scissuram le-  
 rum. Accipe furfuris, & pilorum caudarum equi pe-  
 aequales, combure super laminam ferream, & misce  
 remeorum cum melle, & unge locum mane & sera  
 dum sanetur.

Cerotum sanans scissuras labiorum & est exper-  
 ti cipe glutinis albotim, mellis, mastich, cespici ana partiu-  
 les. Fac sicut cerotum.

Aliud ex inuentione nostra. Accipe gallarum, ceru-  
 partem unam, tragacanthæ, amyli ana partem. s. Ceru-  
 cum adipe gallinæ quantum sufficit, utere sicut primo.

Aliud ualens ad ardorem, & combustionem, & lac-  
 labiorum. Est iuuamen expertum.

Recipe lithargyri, cerusa, frictionis plumbi, &  
 hyoscyami albi, & ceræ ana partes æquales, olei rosati  
 tum sufficit. Expertum est.

Dioscorides. Ad scissuras labiorum. Accipe galla-  
 pulueriza sicut alcohol, misce cum melle & utere. Aut  
 cum terebinthina, & adipe gallinæ, aut anatis, aut accipe  
 las, & tere sicut alcohol, & misce cum terebinthina  
 mastiche, & hyssopo, & croco, & melle expertum  
 num.

Filius Zachariae. Medicamen bonum conferens scissuris  
 labiorum, & faciei, & manuum. Accipe ceræ citrinæ, cespici  
 pi, adipis anatis ana partem unam, olei rosati partes duas,  
 amyli, tragacanthæ, mucaginis seminis citoniorum ana par-  
 tem. s. Fiat ex eis maran. & loco prius fricato ingrediatur  
 balneum, & extens inungat locum ex maran. Et ex traga-  
 cantha trita sicut alcohol superspergat, & hoc faciat usque  
 dum sanetur.

### De dolore dentium.



NTENTIO in curatione duplex est uniuers-  
 salis, & particularis. Et quidem uniuersalis in-  
 entio est tres res. Prima est euacuatio mate-  
 ria. Secunda diuersio eius. Tertia prohibitio  
 iurxus ipsius.

Et prima quidem res perficitur cum euacuatione per fle-  
 botomiam, & uentris solutionem. Et illud significabitur tibi  
 accidere cum communitate cerebri, & partium capituli, Verū  
 si dolor fuerit propter apostema, quod est in gingiua, cuius  
 materia est sanguis acutus, confert flebotomia cephalica, &  
 scarificatio, & incisio uenarum, quæ sunt in labijs, & sub lin-  
 gua, & hoc fiat gradatim. Et conferūt etiam sanguisugæ apo-  
 sitæ in radice dentium. Et uentrosationes sub mento cum in-  
 cisione. Et si absque apostemate fuerit, tamen ab eadem mate-  
 ria, administranda est flebotomia, & alia quæ diximus, & si  
 cum hoc fuerit sanguis acutus cholericus, flebotomia, & uen-  
 tris solutio necessaria est. Si autem ex humoribus fiat frigi-  
 dis, euacua cum eo, quod est sicut pilulæ coccinæ, & hiera dia-  
 colocynthidos, & similia.



Secundam rem complent flebotomia, uentofatio, que ximus, & fricationes extremitatū, & ligaturæ, & compressiones dolorosæ, & cauteriū in Zubendeg. & similia.

Et dixit Galenus. Si teratur allium, & ponatur in manus iuxta palmam ex parte domestica, & proprie que sequitur dolorē. sanat dolorem dentis. Et exper-

Tertiam rem complent administrationes medicamentorum prohibentium fluxum declinare ad dentes, sicut sunt per alchaiber, quas fecit Alexander, & nos scripsimus in titulo de catarrho, & coryza. & nos plura intentionis scripsimus ibi.

Particularis autem intentio diuiditur in curam ueræ curam mendosam. Et uera quidem cura habet tres species.

Prima quidem est, ut in principio doloris administratione medicinæ que confortent dentes, & repellat rheumaticas materias, & si sit materia calida, cum eo quod est frigiditas aquæ frigide in ore cum aceto, aut aqua rosata, & cissitudo eorum: aut aliqua infrigidantia, que sunt ex decoctionibus rerum que sunt sicut rosa, myrtus, carydico caphuræ, & huius etiam intentionis est oleum rosatum & oleum de salice, & oleum de oliuis immaturis, & myrtinum per se, aut confortatum cum aceto & caphurum. Cum autem incipit pertransire tempus principij, & ministrandum est oleum rosatum cum decoctione mastiche. huc post hoc, oleum rosatum cum decoctione uini, & mastiche, aut oleum rosatum decoctionis uini, & passularum, aut nigræci. ultimo uerò gradatim perueniendum ad resoluentia & maturatiua ex his que dicemus. In materia uerò si administrantur in principio que sunt sicut oleum rosatum, mastiche, aut oleum rosatum cum such, aut ramich, & similia.

& post hoc oleum rosatū cum eo quod est sicut hyssopus, aut albasce, aut succus porri post ebullitionē eorum: & similia. Postremò uerò ea que sunt sicut radix colocynthidos cum aceto, aut staphidisagria, aut pyrethriū, aut allium, & similia. Cura autem mendosa est cura que blandiendo sedat doloris uehementiam, & hoc quidem stupefaciendo. Et huius quidem intentionis est hyoscyamus, & proprie suffumigatio facta ex eo. & expertū est de opio, & oleo rosato linitis super dentē. Et similiter pyrethriū, & caphura, si applicētur super dentem, sedant uehementiā doloris eius. Et ex expertis annexis super dentem remouentibus dolorē eius, est medicamen istud.

Recipe hyoscyami albi, opij, styracis, galbani ana drach. unam, piperis, assæ fetidæ ana drach. β. misce cum rob uuæ & cum endiuia, & linatur super dente doloroso.

Aliud. Accipe opij, castorei ana partes æquales, & desilletur ex eis granum unum, uel duo cum oleo rosato in aure sequente dolorē. & ex eis est sagzeneæ proprie, & trochiscus stella, & philonium. Sunt enim mirabilis iuuamenti, & proprie misto cum eis aliquando opij.

Narratio medicaminum ad dolorem dentium calidum. Conferunt collutiones oris factæ ex aceto decoctionis hyoscyami, aut radice eius cū oleo rosato & aceto. Acetū autem decoctionis spoliij serpentis est ad illud mirabile, proprietate que est in ipso. Sandaracha cum aceto est iuuamenti sublimis: prohibet enim rheumatizationē à dentibus & gingiuis, & sedat dolorē uehementer, & constringit gingiuis. Aqua rosata confortata cum modico caphuræ ualet ad dolorē dentium, coluto ex eo ore. Valet etiam oleum rosatum sine mastiche, & cum mastiche. Gallarum decoctio cum aceto ualet similiter. Solanum cum aceto est medicamen expertum.

Mahemet Arasi. Confectio trochiscorum sedantium  
lorem calidum, & dolorem apostematis in gingiuis.

Recipe coriandri, seminis portulacæ, sumach, lentium  
corticatarum, santali citrini, rosarū, pyrethri, capivi  
partes æquales. fac trochiscos cum succo solani, & line  
tem dolorosum, cum uno eorum dissoluto in aqua rosarū  
aceto, præcedentibus, flebotomia, & euacuatione, & uacua  
satione, sicut prædiximus.

Filius Zachariæ. Medicamen conferens doloribus  
tium & corrosioni eorum.

Recipe carmezit drach. quinque, spoliij serpentis drach.  
unam, albannæ de mecha drachm. duas. & β. corticam  
cum capparum drachm. duas, bulliant cum aceto, & teneat  
tepidum in ore in parte doloris. expertum est.

Idem. Aliud conferens dolori & motioni dentium.

Recipe gallarum, corticum glandium, corticum grano  
rum ana partes æquales. bulliat cum aceto medietas unam  
& utere colluendo. Et ex alia medietate fiat puluis, & per  
colluentionem utere super dentes.

Narratio medicaminum ad dolorem dentium frigida  
Conferunt colluentiones diu retentæ in ore factæ ex rebus  
sunt sicut cortices radicium capparis, & acetum, postquam  
ex decoctione eorum fit colluio in parte læsa, & ex cin  
teda pinguis, & cortex eius, & lignum pini, & cortex  
& radix colocyntidos, & pulpa eius, & proprie actio  
decoctionis eorum, & acetum quod iam bulliuit in testa col  
cynthidos spatio multo, & est magni iuuamenti. & con  
bullitum cum uino est ultimum. decoctio calamithe cum ac  
to aut uino est iuuamenti ualidi, & similiter radix rasini, &  
folia almezecor, & pyrethrum, & zinziber, & radix e

cumeris asinini, aut succus eius: & similiter harmel cum ace  
to. Pyrethrum etiam cum aceto & aristolochia rotunda sunt  
experta. & similiter stipites alij cum pyrethro & aceto &  
quandoque exigit dispositio, & indiget administracione  
apud uehementiam doloris rerum maturatiuarum in collu  
tionibus ad sedandum dolorem, sicut proprie oleum calefa  
ctum, in quo decocta sit radix altheæ, & chamemelum, &  
melilotum, & fœnograecum, singulariter, aut coniunctim:  
quoniam sunt sedatiuum bonum. Rerum autem quæ applican  
tur super dentes, & sedat dolorem, summach est. Piper &  
alchitran administrata super dentem, resoluunt dolorē con  
gelatiuum: aut piper & euforbium cum melle: aut piper &  
assa fœtida: aut sinapis & assa fœtida: aut sagapenum. Et ex  
expertis est, medulle nucleorum persici pars una. piperis  
pars β. Confice cum alchitran, aut pyrethri, piperis, zin  
ziberis, staphidisagriæ, ana drachm. unam, baurach Ariæni  
drachm. unam, & β. Fricentur cum eis gingiue, sunt enim  
iuuamenti sublimis. & similiter nigella cum oleo antiquo, &  
oppoponax cum pyrethro, serpentis spolum combustum,  
mistum cum oleo ad spissitudinem mellis, linitum super den  
tes, est mirabile in sedatione doloris. Et ex origano & nitro  
pulis factus sparsus super dentes, & gingiuas, mox dolorem  
tollit. Res autem quibus dentes suffumigantur, & tollitur  
eorum dolor, sunt semen porri cum alchitran, postquam re  
cipitur ex eis fumus per traiectorium super dentem doloro  
sum. sedat enim dolorē, & occidit uermes: & similiter ex se  
mine cepe cum alchitran: & similiter ex semine hyoscyami,  
& semine porri, & alchitran partibus æqualibus factis ex eis  
formis, sicut auellana, & suffumigationes factæ ex una ex eis  
per traiectorium. Res uero quibus fit uaporatio exterius ad

dolorem dentium sunt, sicut malua, anethum, althea, & ben-  
uitri, chamemelum, melilotum, foenogracum, semen lini,  
men caulium, & folia eius, semen porri, iridis, radix hyssop,  
hyssopus, & similia, & quandoque fit emplastrum ex  
& quandoque fit emplastrum ex cepe aso, & oleo cham-  
melino, aut anethino, & quandoque fiunt linimenta cum  
cum oleo chamemelino, aut anethino, aut rutaceo, aut amy-  
larum amararum, aut de lilio, aut oleo de ben, aut oleo pe-  
corum, aut cœsypi cerato, & similibus, & quandoque per  
alijs unguentis. Et quandoque fiunt euaporationes ex tri-  
ficcis, sicut cum sale, & milio, & panico, & similibus.  
autem quibus fiunt iniectiones per aures, & sedant dor-  
dentium, sunt hæc. Succus asphodeli tepidus iniectus per a-  
rem, quæ est ex parte doloris, sedat dolorem. Et hinc  
oleum de amygdalis dulcibus & amaris, & oleum de pe-  
cis, & oleum sambacinum quodcumque eorū fuerit coctum  
cepe per se, aut postquam disrumpitur in eis aliquid cap-  
aut euforbij, & quandoque aliquid opij apud necessitas.  
Et ex eis sunt succus cucumeris afinini: aut succus ricia  
capparis, postquam decoxerimus cum aliquo ex oleis pre-  
ctis, aut destillantur per se. Succus autem alzanabam ther-  
rabilis.

Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis ad dolorē  
dentium bona, & uocatur furisicon. Recipe piperis tri-  
decem, staphidisagria, pirethri ana drach. quatuor, hanc  
Armeni drachmas sex. Tere, & fac trochiscum cum succo  
dicum capparis: aut aqua decoctionis eius. Line unum eorū  
super dentes & gingiuas.

Alexander. Modus decoctionis de allijs citò sedans dor-  
rem dentium.

Recipe alij spicas quinque, libani drachmam unam, &  
β. myrrhæ drachm. unam, decoque cum aceti hemina una  
usque ad consumptionem medietatis, semper agitando cum  
spatulata & pinguis & ex eo tepido fiat oris collutio, &  
diu calidum teneatur in ore, & hoc fiat pluries.

Idem. Confectio trochiscorum dolorē dentium citò se-  
dans, quando ex uno eorum fit fricatio super dentem & gin-  
giuam. Expertum bonum. Recipe aluminis drachm. quatuor,  
piperis drachm. tres, hyoscyami drachm. quatuor, pyrethri  
drach. duas, fiant trochisci cum aceto, & utere.

Mahemet Araf. Confectio theriacæ mirabilis ad dolo-  
rem dentium.

Recipe piperis, castorei, myrrhæ, assæ fœtidae, opij ana  
partes æquales, confice cum melle quantum sufficit.

Idem. Confectio alterius medicaminis ualentis similiter,  
& est medicamen bonum & expertum.

Recipe castorei, assæ fœtidae, styracis, myrrhæ, aristolo-  
chiæ rotundæ, opij, piperis, zinziberis, hyoscyami ana par-  
tes æquales. Confice cum melle, aut alchitran, & line super  
dentem dolorosum, & applica super ipsū.

Idē. Fiāt formæ ex styrace, & semine hyoscyami partibus  
æqualibus: & fiat suffumigatio ex una earum in traectorio.

Alboali. Cōfectio medicaminis experti ad dolores diffici-  
les dentium, & corrosiones eorū. Recipe castorei, opij, myr-  
rhæ, piperis, galbani ana partes æquales confice cum  
rob, & fac trochiscos ex eis, & linatur ex eis super dentes.

Idē. Operatio decoctionis olei conferentis ad dolorē den-  
tū pulsatiū. Accipe pulpæ colocynthidos, aloes partes æqua-  
les, olei & aceti ana partes sex, bulliāt ad aceti cōsumptionē,  
& destilletur ex eo in aurem destillatione post destillationē.

## De extractione dentium.



VANDO QVE propter ultimum nocentem cadens in dentes, medicamenta non erunt, nec doloris uehementiam diminuunt. Care ne alijs etiam dentibus nocentem parum consulimus ad eradicationem eorum accelerare, cum regne bono prohibituo apostematis, & proprie cum praecellente euacuationis: & proprie iterata, ne fiat extractio apud uehementiam doloris eius, ne sit causa syncope & tisis, & fiat causa excitationis & commotionis rheumatis hementis & suspecti: aut fiat causa generationis apostematorum: sed expectandum usque dum sedetur dolor, & turetur, deinde extrahatur ferro, postquam scarificatum à carne gingiuarum scarificatione profunda postquam tuleris ipsum, teneat in ore suo acetum infrigidatum, & proprie decoctionis gallarum, aut balaustiorum. Et si remanet dolor, teneat in ore suo oleum rosatum cum decoctione slich. & similia illis.

Regimen autem extractionis dentium cum medicamentis secundum hunc modum. Fiat scarificatio, sicut hic ante diximus, deinde ponatur medicamen in radice dentis: & hoc cum cautela, ne alijs dentibus noceat. Quare distinguatur inter dentem & dentem cum cera, uel aliquo alio, quod sit ipsa: & obseruetur hoc usque dum dentis fiat facilis exitus. Et sunt ex hominibus qui cauterizant dentem solo ferro, & to immisso per cannellum usque ad dentem, & acquiritur eo quod mitigatur dolor, & dens post tempus & tempus edit frustratim & quandoque cauterizantur cum nucleo accenso, & quandoque cum grano libani accenso & regantur

& similibus.

Filius Zacharie A rasi. Confectio medicaminis facilis eradicatis dentes. Recipe pyrethri, radicū colocynthidos, & corticum eius, & radicū capparis, corticū radicū mori, seminis almezereon, & foliorum eius, huruth, arsenici citrini, lactis alscebram, aut fusis eius. Terantur cum aceto tribus diebus contritione uehementi deinde proijciatur super ea bdellij, & asa ana pars una, ita quod prius dissoluantur in aceto forti, & fiant ex eis trochisci: & linatur ex eis in radice dentis hora post horam per aliquot dies. facit enim facilem eradicationem ipsius.

Idem. Medicamen aliud quo impletur corrosus dens, & frangit ipsum. Recipe semen almezereon, & lac alscebram: & cōficiantur cum alchitran, & impleatur corrosus dentis.

Aliud. Accipe baurach, corticum mori ana partem unā, arsenici citrini partes duas. Cōfice cum melle, & applica super dentem in circuitu eius, & facit eius eradicationem festinam.

Aliud. Adeps rane uiridis quæ habitat in arboribus, frangit dentes, si linantur ex ea, & similiter si linantur ex lacte alscebram, aut tithymali, & similiter lac celsi cum arsenico citrino.

## De agitatione, &amp; commotione dentium.



I causam habuerit corrosionem factam in radice dentium, aut in gingiuis, dicemus curantur eius. Si fuerit propter humiditatem lubricā effusam, aut imbibitam in neruo ligante dentem, & fuerit

Et fuerit cum communitate cerebri, cura eius est res  
Prima est, ut euacuetur materia, Et si oportet cum  
ratione.

Secunda, ut fiat exiccatio humiditatis mollificatio  
ligationem dentis, cum eo quod est sicut myrrha, Et  
decoctionis pyrethri, Et acetum squilliticum, Et acetum  
coctionis staphidisagriae: aut ellebori, aut colocynthidis,  
similium facientium humiditatem multam fluere, Et  
mentium Et abstergentium ipsan.

Tertia est administratio medicaminu stringentium,  
ligantium ligamenta dentium Et gingiuas, Et abstergentium  
humiditates, sicut proprie commasticatio mastich. Et  
tio ex decoctione ipsius cum rosis, Et balastis, Et  
bus, Et quandoque accidit commotio dentium propter  
cussionem super eos, Et curantur cum constringentibus  
ptiicis, ex his quae diximus, Et dicemus.

Sabor. Confectio medicaminis constringentis, Et  
mantis dentes, Et stringentis gingiuas laxas.

Recipe stipitum capillorum ueneris adustorum drachm  
quatuor, aluminis iameni, rosarum, pirethri, spicae ana  
duas, nucum cypressi adustarum drachm. duas, Et  
cerui adusti, centaurij ana drachm. sex, camerziti drachm.  
tres, cyperi drachm. duas, salis gemmae absi drachm. duas.  
Et fac ex eis puluerem, Et immittatur in radicem dentium.  
Expertum bonum.

Idem, Acetum scilliticum confirmat dentes, Et  
git gingiuas. Expertum.

Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis stringentium  
dentes, Et remouentis putrefactionem gingiuarum.

Recipe aluminis, iameni, balastiorum, rosarum, cyperi

sumac, spicae, salis gemmae, cornu cerui adusti, carmezit.  
ana partes aequales, mastich. partes duas, pulueriza Et  
utere.

Alexander. Decoctio ualens similiter. Accipe gallarum  
partes duas, myrrhae partem unam, corticum granatorum,  
iridis ana partem. Et decoque cum aceto, Et colluatur ex eo  
os, Et fricetur gingiua.

Filius Zachariae. Medicamen constringens dentes com-  
motos.

Accipe gallarum, balastiorum, rosarum cyperi, su-  
mac ana partem unam, aluminis partem. Et linatur super ra-  
dicem dentis Et gingiuam, Et applicetur ibi.

Idem Aliud. Recipe carmezit, rosarum, spodij, balastio-  
rum, aluminis ana, fac sicut primum.

Idem. Casum motorum prohibent dentium such, alumen,  
balastua, gallae, chachia, heufistidos, terantur, Et fiat ex eis  
dentificium.

Idem. Aliud. Recipe myrobalanorum citrinorum em-  
blicorum, aluminis ana. Fac puluerem, Et utere cum  
aceto.

Hanc. Medicamen conferens commotioni dentium, Et  
corrosioni gingiuarum. Accipe gallarum, cucullarum glan-  
dium, aluminis iameni, corticum granatorum ana. Tere, Et  
applica ex eo in radice dentium, Et gingiuarum intus Et ex-  
tra, fac mane, Et sero. expertum bonum.

Idem. Aliud. Accipe gallarum, aceti fortis ana. Fac  
bullire usque ad consumptionem aceti, Et exicca totum  
acetum in ipsis, deinde fac siccari in umbra, deinde tere  
sicut alcohol, Et frica gingiuas, Et radices dentium.

Et sunt qui miscent aluminis Et myrrhae ana partem. Et

Idem.

Idem. Medicamen conferens commotioni dentium.  
 Recipe gallarum, corticum granatorum, corticum  
 dium ana. Tere, & utere in radicem dentium.

Idem. Aliud conferens dolori dentium, & confirmat  
 & confortat gingiuas.

Recipe piperis albi, rosarum, balaustiorum, cucullarum  
 glandium ana. Confice cum alchitran, & utere, & cum  
 tis sit dolor, & est foramen in dente, pone ex hoc medicame-  
 ne, & confestim confert, & si sunt ibi uermes, occidit  
 & expellit. Experium est.

Aboali. Medicamen conferens commotioni dentium,  
 corrosioni gingiuarum. Accipe colcothar, aluminis,  
 aggrega cum alchitran conterendo donec redeat in saba-  
 tion mellis, & line ex eo super dentes, & teneat os  
 donec currat humorositas, deinde ablue cum aceto decocti  
 gallarum. Deinde accipe aluminis, fructus tamaricis,  
 rosarum, rosarum siccarum, cucullarum glandium, boli  
 ni, osium myrobalanorum citrinorum assorum, sumac-  
 ticum granatorum ana partes aequales. Terantur, & co-  
 tur super dentes.

### De corrosione, & perfora- tione dentium.



VERA huius aegritudinis est tres res.

Prima est euacuatio humiditatum per  
 rum cum eis quae scis.

Secunda est resolutio earum ex ipsis den-  
 tibus, cum eo quod sit sicut acetum decoctionis nigella, aut  
 gella trita cum alchitran, & linita super dentem: aut collu-  
 fia

facta cum aceto decoctionis radicum capparidis, aut zinzibe-  
 ris, & similia.

Tertia res est prohibitio corrosionis, cum eo quod est  
 cut galla, & cyperus, quando impletur ex eis dens corrosus:  
 aut linitur ex eis: & galla quidem sola est prohibitiua putre-  
 factionis. & ex eis est mastix, & cyperus: & collutio oris  
 cum aceto est sublimis: caphura uero est ad hoc medicamen  
 bonum, & hyoscyamus cum styrace simul mistus habent ope-  
 rationem mirabilem, quando fit suffumigatio per traiectorium  
 super dentem corrosum. Et ex compositis est trochiscus stel-  
 le cum galbano positus in corrosione dentium. Et ex eis est  
 medicamen Alexandri.

Recipe opij, myrrhae, styracis ana drachm. duas, pipe-  
 ris albi, croci, galbani ana drachm. unam. Confice conteren-  
 do cum rob, & mitte ex eo in perforatum dentem, & an-  
 nekte super ipsum.

### De congelatione dentium.



ONGELATIONI dentium confert masti-  
 catio portulacae, & seminis eius, & fricatio den-  
 tium cum nucleis nucum, & amygdalis, & auellani-  
 nis, & stringere dentibus panem calidum, & ca-  
 seum assum, & uitellum oui calidi, & fricare super dentes ex  
 scilla, aut sale, aut cordumeni, aut baccis lauri, aut assa foetida.

### De vermibus dentium.



VERMES dentium occidit semen hyoscyami  
 albi, & semen porri, & cepe, & proprie factis  
 ex eis formis cum alchitran, & auellanis, & si-  
 milibus, & facta suffumigatione ex una earum  
 per traiectorium. Et quandoque fiunt huiusmodi formae cum

adipere renum capræ, & semine hyoscyami, porri, & c.  
 Et quandoque fiunt collutiones cum aceto decoctionis car.  
 & deinde succedit suffumigatio.

### De corruptione coloris dentium.



**CORRUPTIONI** coloris dentium cor-  
 runt medicinae absterſiue & mundifican-  
 In quibus est uirtus radendi, & abſciden-  
 eruginem poſt fricationem, ſicut proprie-  
 ma maris, & ſal gemma, & alchali, & maſſacumia, &  
 milia. Veruntamen oportet ut abſtineat à melle, & ap-  
 guibus, & à ſatietate nauſeatiua, & ſomno ſuper reple-  
 nem. Et ſine dubio uſus mellis alterat colores dentium:  
 aliorum dulcium, & aliorum pinguium. Et nocent es-  
 pulmenta ex frumento cocto, & fungi, & ſeſamui, &  
 milia. Ex rebus autem maxime dentes corruptentibus,  
 colores eorum alterantibus, eſt uomitus: quare poſt ipſum  
 fiat collutio cum aqua roſarum, & aceto.

Gabriel. Dentificium abſtergens, & mundificans  
 tes. Ex cypero albo ſiant trochiſci cum uiuo albo  
 & melle, ſiccantur in furno debilis caliditatis. Dentifi-  
 cipe ex eis drachmas quinque, ſalis gemmæ drachmam unam  
 & ſ. ſpumæ maris drachmam unam, & ſ. carmezit drach-  
 duas, & ſ. ligni aloes drachmam unam. Fiat ex eis denti-  
 ficium. Eſt enim bonum.

Idem. Aliud ualens ſimiliter.

Accipe ſal maſſæ, & fac trochiſcos cum melle, & in  
 in folijs ſici, aut in charta, & combure in latere calido,  
 accipe ex eis partes duas, carmezit partem unam, & melle  
 bonum & expertum.

Humain. Dentificium bonum mundificans dentes.

Accipe trituræ uasorum de ſeni, ſalis gemmæ aduſti, cy-  
 peri albi aſi ana drach. ij. ſpumæ maris, carbonum radicum  
 can. ana drach. j. Fac dentificium cum eis. bonum.

Idem. Aliud ualens ſicut & alia.

Recipe ſalis aduſti drach. tres, cyperi aſi drach. ij. cor-  
 nu cerui uſti drachm. quatuor, folij partem unam, & ſ. ſpi-  
 cæ, ſorum ſcœnanthi, roſarum ana drachmam unam, fac den-  
 tificium cum eis. bonum.

Haly. Dentificium aliud ualens ſicut alia.

Recipe maſſacumia, trituræ uasorum de ſeni, ſpumæ ma-  
 ris, ſauic, hordei aduſti, naſturcij aſi, ſalis uſti, ariſtolgchia  
 rotundæ aſſæ ana. pulueriza, & utere.

Filius Zachariæ. Dentificium mundificans & abſter-  
 gens æruginem dentium.

Recipe ſalis gemmæ, ſeminis hyoſcyami, fracturæ uaso-  
 rum uiridium, ſpumæ maris calidæ ana. Fiat dentificium cum  
 eis, & utet nauſeatiuam ſatietatem.

Filius Zexar. Medicamen mundificans, albificans, &  
 abſtergens dentes, & confortans eos.

Accipe hordei combuſti, capreolorũ uitis combuſtorum,  
 ſecha, ſalis gemmæ, ſpumæ maris ana unciam unam, pyre-  
 thri, cubebæ, adhebe ana drachmas quinque, aluminis iame-  
 ni aſi, caryophyllorum ana drachm. duas, ſumac drachm. iiij.  
 Tere, & utere una uice poſt aliam.

Isaac Heben Maran. Dentificium albificans dentes,  
 & confortans.

Accipe ſulphuris boni combuſti, ſpumæ maris ana drach.  
 quinque, ſalis gemmæ drachmas decem. Tere & utere.  
 bonum eſt.

## De generatione dentium.



**E**NERATIO dentium. Quandoque la-  
tur eorum egressio, & tamen signa ortiva-  
tium multiplicantur. Et accidit ex hoc ut  
gveant pueri tempore extenso à multiplica-  
tione accidentium quæ multiplicantur à plantatione  
rum, & tunc succurrendum est administrando ea quæ or-  
eorum citum & facilem faciant. Et ex rebus hæc factæ  
sunt fricationes gingivarum, & ut sepe ac sepe stringe-  
super carne pingui callosa, & super cutem carniū, & pe-  
arietum, & super buccillaria ossium hædorum, & agna-  
ut stupefiat sensus eorum, & ut subtilietur caro. Et con-  
etian fricare gingivas digito, & ut stringat super ipsam  
proprie inunctum super cum pinguedine & adipe gaba-  
aut anatis, aut anseris: & modere super carnes earum  
gues, & sepe fricare cum adipibus earum & melle, an-  
neis emulcatis & melle pauco, aut sine melle: & cum  
lis mistis cum modico huc. Cerebrū leporis est in hoc  
bile, proprie diu fricatum super gingivas. Conferunt  
embrocationes super caput, collum, & mandibulas ex  
decoctionis maluarum, meliloti, chamæmeli, anethi, & fi-  
lium, facta infusione super ea cum lana & sypi. Deinde lina-  
cum butyro uaccino, medulla cruris eius: aut cum medicæ  
bono. & expertum & est & sypi cerotum Galeni, quod  
psimus in antidotario.

Aliud mirabile. Recipe ceræ citrinæ unciam unam,  
chamæmelini uncias quatuor, & sypi uncias tres, adipis gi-  
næ & anatis, & medullæ cruris uaccæ ana aureos quatuor.  
Cum autem dentes apparere incipiunt utere embrocatione

nibus superius dictis præcedente tamen hæc omnia regimi-  
ne temperato.

## De Apostematibus gingivarum.

**D**ICTVM est de eis supr. à in capitulo doloris dentiū,  
& tu requiris tibi, aut alio loco.

De uulneribus, & bulceri-  
bus gingivarum.

**X**eis sunt quædam saniosa in quibus non est  
multa profundatio, & ex eis sunt uulnera pu-  
trida multa putrefactionis, cancrrosa, & cor-  
rosiua. Et prima quidem curantur duplici gene-  
re curationis.

Et primū quidem est mundificatio, cum eo quod est sicut  
uinum proprie, & acetum decoctionis foliorum salicis, & ro-  
sarū, & oliuarum syluestrium, & lentium, & sumac, & cor-  
ticum radices granati sylvestris, & aristolochiæ rotundæ,  
& carmezit, & similiū. Et dianoron quidem est mundifica-  
tuum bonum, & proprie cū aceto. Et si uideris abundare in  
eis sanguinē post flebotomiam cephalicæ, fiat scapellatio gin-  
giuarum cum extractione multi sanguinis. Deinde abluantur  
cum eis quæ diximus.

Secundum uerò perficitur cū medicinis stringentibus gin-  
giuas, & consolidatibus uulnera, quæ sunt proprie sicut alu-  
men confricatū super gingivas, & collutio facta ex aceto de-  
coctionis eius, quoniā sunt propria, & sicut carmezit, & ba-  
laustia, & rose, & cortex granatorū, & alumen. Coquatur  
cū aceto, & colluantur ex eis gingiua. Deinde linatur super



eis, quod est sicut rosa cuculle glandium, cortices thuris peri, farina orobi, sanguis draconis. Fiat ex eis pulu-  
tilis, & utere. Et nos plura diximus ex his in capitulo  
commotione dentium.

Secunda uero sunt secundum unum duorum modorum aliter  
sunt fistularia, & alia canerosa & perpetica. Et in his inter  
curatione est duplex. alia est uniuersalis, alia particulari-  
prima quidem perficitur cum euacuatione que fit per ple-  
miam & solutionem uentris: sicut necessitas expellit. Se-  
uero perficitur triplici genere curationis. Et primum  
est mundificatio, & absterio uiri, & putredinis, nec  
partium corruptarum in ipsis. Et quidem si sit huius  
tum, & sit in carnibus gingiuarum, tamen oportet ut uideatur  
corrosium penetrat uacuum eius, deinde immittatur medicu-  
acutum, sicut proprie alcohol, usque ad fundum eius con-  
carnes filtras putridas: post hoc utendum est mundifica-  
multe absterionis, sicut est acetum scilliticum prop-  
similia, usque dum caro appareat pura. & si conuenit  
canen acutum, immittatur in fistulam oleum de olinis, ut  
modico trochiscorum alcalalon iniectione post iniectione  
usque ad consumptionem impuri. & nos quidem diximus tro-  
scos alcalalon in capitulo de polypo narium. Et quandoque  
trochiscis predictis facimus tentas, & ponimus eas in  
fundum fistule usque dum consumatur caro putrida ipsa

Verum si per medicinas acutas dolor superfluit, & con-  
bustio, teneat in ore oleum rosatum per se, aut conuenit  
cum albumine oui, aut cum lacte, donec doloris remissio  
& similiter puncturæ. Si autem fistula usque ad radicem  
tium penetrauerit, ita quod a radice dentium processerit  
retur simuliter cum medicamine acuto, & alijs abstergentibus

sicut diximus. Si autem non contulerit, cauterizamus usque  
ad radicem dentium cum stylo facto ex cupro, utendo prius  
illis mundificatiuis, & absterfuiis, sicut diximus. Quod si  
nec malitia sic tolletur, dens abijciatur. Quod si aliquid  
corruptionis remanet leni medicamento tollatur. At uero  
si corruptio cadat in os mandibulare, aut maxillare, oportet  
et elargare uulnus usque ad os corruptum. Deinde cum in-  
strumentis radendi, totum id quod ex osse corruptum est  
abijciatur, usque dum appareat os purum.

Vulnera autem canerosa herpetica curari oportet cum  
appositione medicaminis acuti uice una post aliam, usque ad  
consumptionem carnis canerosæ, & cessationem corrosio-  
nis, cum successione medicaminis eius, quod est sicut acetum  
scilliticum, & similia, una uice: & cum successione olei ro-  
sati, & similiium. Et si dolor & punctura propter medica-  
men acutum excreuerit, uice altera. Verum si caro canerosa  
multa, & dura fuerit, & difficilis medicationis & consum-  
ptionis ex medicamine acuto, tunc cauterizetur super ipso  
cum cauterio de auro, cauterizatione post cauterizationem,  
usque dum perueniatur ad uiuum. Deinde tenendum in ore bu-  
tyrum cum oleo rosato, aut oleum rosatum solum. Et si post  
illud aliquid ex caneroso remanserit, ipso alcalalon curetur.

Secundum genus curationis perficitur cum medicamine  
incarnatiuo, sicut proprie corticibus thuris costis cum uino,  
aut aceto, aut oxymelite scillitico. & facta collutione cum  
eis. Deinde autem cum medicamine de corticibus nucum, aut  
cum diamoron. Deinde autem unguento Aegyptiaco, &  
aceto scillitico linatur super gingiuas, quod est sicut cortex  
thuris, sanguis draconis, myrrha, sarcocolla, aloë, & simi-  
lia, attribuendo eis uicissitudinem.

Tertium genus curationis est consolidatio: & per se  
cum medicamine induratiuo, & coadunatiuo carnum  
uarum.

Et nos plura ex his paulò ante scripsimus in capitulo  
commotione dentium, similiter etiã scribemus adhuc, si De  
uoluerit.

Dioscorides. Acetum decoctionis colocynthidos, aut  
si tithymalli, & collutio facta ex eo confert putr. facit  
& hulceribus gingiuarum, & similiter acetum decoctio  
zazur, & oliuarum syluestrium, & similiter acetum deco  
tionis piscium salitorum: ossa autem piscium salitorum,  
proprie taraca, adurantur, & cum duplo cineris eorum,  
rosis siccis, aut capitibus suis, puluerizentur, & linantur  
per gingiuis, prius tamen lotis & confricatis cum aceto  
litico. Consumunt enim putredines gingiuarum.

Israelita. Confectio medicaminis efficacia ad corro  
nes & putredines gingiuarum: mundificat enim eas, & ab  
git, & consolidat. Bonum si Deus uoluerit.

Recipe aluminis iamenti absi extincti in aceto drach. iiii.  
& tartari, & auri pigmenti ligatorum in panno lineo, & s  
fusorum in aceto die ac nocte, deinde ustorum ut fiant  
carbo, & extinctorum in aceto ana partes duas, & s. ossum  
cancrorum assorum, rosarum siccarum cum pedibus suis, p  
peris nigri absi ana partes duas. Fiat eorum puluis subtilis  
& utere post ablutionem, cum aliquo ex liquoribus quos  
diximus.

Ioannitius. Medicamen incarnans gingiuis, consolidans  
& confirmans dentes, & faciens oaiorem oris bonum.

Recipe spodij albi, rosarum Keyfim combusti ana drach.  
unam, & s. margaritarum non perforatarum, sanguinis dra

conis, boli Armeni ana drachm. duas, cornu cerui adusti,  
santalorum rubeorum, granorum harmel, memithæ ana drach.  
s. myrrhæ, granorum lentium ana drach. s. caphuræ drach.  
unius tertiam. Et f. c. puluerem, & applica super gingiuis,  
& radicem dentium.

Mahemet Arasi. Medicamen conferens tumori gingiue  
rum, & putrefactioni sanguineæ, & stegmaticæ, bonum.

Recipe rosarum, granorum myrti assorum & extincto  
rum in aceto, & iterum tostorum, gallarum infusarum in  
aceto, deinde tostorum ana partem unam, granorum harmel,  
& colcothar, aluminis adusti, ossium myrobalanorum citri  
norum combustorum, cachie, mastichis ana partem semis.  
Tere, & utere.

Isaac. Heben Amarai. Medicamen conferens gingiue  
sanguineæ, & mollificatæ, & confortat carnem earum.

Recipe balaustiorum, rosarum cum pedibus suis, spodij,  
ana drachm. quinque, heyl drachm. quinque, & s. alchamæ  
drach. ij. sanguinis draconis drach. iij. Tere, & utere.

Medicamen ex inuentione nostra conferens mollificatio  
ni gingiuarum, & putrefactioni, & corrosioni carnis earum,  
& alchola, & commotioni dentium, & calefactioni oris, &  
est medicina propria, si Deus uoluerit.

Recipe libani, fructus elembuch, balaustiorum, sumac, du  
plicis aluminis, corticū granatorum, gallarū, lufur, myroba  
lanorum citrinorū, cineris uitis, spumæ maris, salis indi, pi  
peris longi, buruch, costi, memithæ, liquoritiæ, gummi Arabici,  
tragacanthæ, spodij, ana aureum unum. Tere & confice cum  
melle, & unge gingiuis, & dentes, & fiat gargarismus ex  
eo cum syrupo acetoso. Bonum est & expertum.

Medicamen aliud ex inuentione nostra consolidans gin

giuis, & excrefcere faciens carnes earum.

Accipe corticum thuris, sanguinis draconis ana drachmas duas, aristolochie rotunda, aſſ. x. iridis, aluminis aſſinis cum pedibus ſuis, balauſtorum, cucullarum gleuaria drachmam unam, trochiſcorum orobi drachmas ſextas paluis, & ex medietate eius fiat ſicut linimentum cum melite ſcillitico. & linatur ſuper gingiuas confricanda. alia parte anneſtatur ſuper eas, deinde lauetur cum decoctionis ſurur, & foliorum oliuarum ſylueſtrium.

Confectio trochiſcorum orobi. Recipe farine orobiscum uolueris, & miſce cum ea tantum mellis, ut conſici poterem, & pone ſuper terem, & mitte in furnum uſque dum ſemina durauerint, nam faciunt naſci carnem.

Democritus. Alumen fricatum ſuper gingiuas curetrefactionem carum, & ſimiliter collutio facta ex decoctionis eius.

Alexander. Linimentum occidens cancrum gingiuarum & conſumens putrefactiones carum.

Recipe colcothar aduſti, aceti ſcillitici partes conuertes. Tere ſortuer ea, & line ex eis in gingiuas. Idem in guentum Aegyptiacum factum cum aceto ſcillitico. Sicut ſi Deus uoluerit.

### De Apoſtematibus lingue.



POSTEMATA lingue curantur in principio quidem antequam confirmentur ex regione corporis conuulſum cum ſclerotomia. & collutione uentris, ſi expediat. Et in apoſtema

quidem calido fiat ſclerotomia ex cephalica, deinde ex eis que ſunt ſub lingua. Et ſi oportet, fiat poſt id uentofatio ſub mento cum ſcarificatione. Et aſſumit Ruffus, quod ſcapellatio facta in ſpatio, quod eſt inter fontem ſaliuæ, & dentes, conſert. Et aſſerunt hoc idem plures poſt eum. Venter autem ſoluatur cum aqua fruſtum. Adminiſtratur deinde gargarisma & collutiones oris cum aqua roſata, & aceto, aut cum ſucco ſolanii et aceto, aut cum ſucco coriandri humidi & oleo roſato, aut cum aceto decoctionis coriandri & ſumac, & lentium, cum modico capſuræ: aut cum aceto decoctionis roſariam ſiccaram, & ſimilium, que in alcola ſcribemus.

Poſtquam autem traſiit tempus principij, adminiſtrandum eſt diuronum cum aceto decoctionis foliorum oliuarum, aut alchamæ, & in rob myrti impreſſio bona, & proprie cum ſyrupo roſato, & ſi res ulterius proceſſerit, adminiſtrandum eſt cum rob mororum dulcium, & oleo uiolato, uſque dum perueniatur ad mel roſatum cum ſale ammoniaco: aut ſyrupum acetofum cum modico ſinapis, aut lac dulce cum K. ſines.

Si autem apoſtema frigidum fuerit, ſoluatur uenter cum eo quod eſt ſicut coccie, & hiera, & ſimilia. Deinde adminiſtrantur gargarisma, & collutiones, rob mororum in principio, & rob cum melle roſato, & ſyrupo acetofomelino. Deinde re procedente, cum ſeccaniabin, & melle roſato, & aliquantulo muri, aut ſinapis. In fine uero cum decoctione ficuum ſiccaram, & ſalis ammoniaci aut bau-

Si uero apoſtema ſuppurationem fecerit, aperiatur, & curetur cura uulnerrum: ſicut in proprio loco ſuo dicemus.

## De uulneribus &amp; hulceribus lingue.



**V**ulneribus & hulceribus lingue scissuræ conferunt medicinæ, quas dicitur in capitulo de alcola, si Deus uoluerit. Aliis autem quæ sunt in lingua, & ad operationes, confert retentio in ore mucaginis psyllii saccharo, commasticatio portulacæ cum aceto, & retentio in ore albuminis cui recentis conquassati cum oleo rosarum una, & uice alia, tamarindorum infusorum in aqua rosarum confert retentio maran in ore. Cuius permissio hæc est.

Recipe mucaginis psyllii, & mucaginis tragacanthæ & gummi Arabici: ana partes æquales, syrui uiolatæ, tamarindorū partes tres, seminis portulacæ partem mediam, spodij partis unius tertiam, caphuræ partis unius octauam. Terantur contritione ultima usque ad maran. Et linatur ex eo super scissuras omni hora, & cedente collitione facta ex aqua rosata, & aceto partium unam, aut ex acetositate citri, & aqua rosata.

Hanc Medicamen conferens hulceribus lingue, & fistulis, & similiter oris & palati. Recipe seminis portulacæ, seminis rosarum, amyli, sacchari tabarzet, spodij, aut balaustiorum, rosarum, tragacanthæ. Tere & confice in syrupo rosato, aut uiolato, & unge ex eo. Confert enim poribus teneris.

## De mollificatione lingue.



**M**OLLIFICATIO lingue, & grauelitas quando natua est, non curatur, & fortassis pluribus rectificatur in processu diuturno quandoque accidit post leithargum, & chlo-

catur post illud, & fortassis non recipit curam. Et si non est chronica, curatur quemadmodum dicemus post. Verum quæ doque accidit illud ab humiditate sanguinea, aut aquosa, sepulta, aut inbibita in lacertis, & musculus lingue cum communitate cerebri, aut sine communitate eius. Et cura huius est quatuor res.

Et prima quidem est euacuatio materiæ.

Secunda uerò est diuersio eius.

Tertia est resolutio & exiccatio residui eius, ex parte opposita.

Quarta est exiccatio residui ipsius per eandem partem.

Et prima quidem perficitur cum flebotomia, si materia est sanguinea, & proprie ex cephalica. Deinde uenarum quæ sunt sub lingua: & si adhuc necessitas expetit, uentosetur sub mento, & proprie quando est multa materia. Si autem multa non fuerit, sufficit flebotomia uenarum, quæ sunt sub lingua, & uentosatio sub mento: si autem materia stigmatica & aquosa fuerit, euacuetur euacuatione post euacuationem cum hieris minoribus in principio, deinde cum maioribus. Et hoc cum iteratione, & multiplicatione, ut perueniatur gradatim ad id quod est sufficiens.

Secundam rem complent fricationes in extremitatibus, & uentosationes in spatulis, & administratio chysteriorum acutorum una uice post aliam. Primo leuium, non multum eleuatorum in gradu acuitatis, deinde fortium.

Tertiam rem complent administrationes medicaminum propriorum puppi cerebri, & nuclæ resoluentium ab eis superfluitates humiditatum aggregatarum in ipsis, & netus, & lacertis seruientibus lingue, sicut proprie euaporatoria,

toria, & inunctiones, & embrocationes factæ ex reliquarum narrationem fecimus in capitulis de ægritudine neruorum. Quare oportet ut pars illa afferatur alba cum, administrando ex euaporatorijs proprijs, deinde brocis, consequenter ex linimentis, & emplastris, quæ utiliora cognoueris: & sanant, si Deus uolet. Et in administratione rubificantia, & interdum cauteria: & prope quando iam alia non conferunt.

Forma autem cauterizationis est secundum hunc modum. Fiant tria cauteria secundum longum in fontanella pupillaris, quæ dicitur linealis, & duo fiant ex transversa fronte cranij distantia ad mensuram pollicis: & tria & tria inde linealiter distincta, separantia colli spindilia.

Quartam rem complent gargarismata, & collutiones oris, & administrationes fricationum faciarum ex rebus materię residuum exiccant, ex eis quæ dicemus. Et oportet ut perueniatur gradatim ad administrationes eorum, incipiendo à debilioribus, paulatim procedendo ad fortiora. hoc est quod est secundum sapientiam. Per interualla uero opus est da theriaca, mitridatum, & similia & hoc est secundum latitudinem.

Filius Serapionis. Gargarisma conferens inuamentum manifestum.

Recipe hieræ picæ, sinapis, staphidisagria, ziberis, origani, pyrethri, corticum radice cappari myrrhæ ana. fiat gargarismus cum eis, & oxymelite.

Gargarisma ex inuentione nostra experti inuamentum dissoluendum flegma, quod est aggregatum in capite, & lingua, & confert paralyti, & tortura, cuius signum

uistio hæc est.

Recipe, origani, pyrethri, zinziberis, piperis nigri, & albi, & longi, salis ammoniaci, sinapis, cinnamoni, hyssopi, nigellæ, sampsuchi, costi ana confice cum oxymelite scillitico & rob, & gargarizetur diebus continuis cum eo. Gargarisma factum cum oxymelite scillitico est ad hoc iuuamenti sublimis, & similiter muri & aceto scillitico. Et quandoque confortatur cum eis quæ sunt sicut hæscæ, origanum, staphydisagria, sinapi, condisi, cortices radicum cappari, pyrethrum, zinziber, & tria piperis, singulariter, aut coniunctim. Quandoque facimus præcedere fricationem lingue, cum eo quod est sicut sal ammoniacus, & zinziber cum cepe, usque dum currat plurimum flegma & faciemus deinde sequi gargarizationes, & collutiones ex oxymelite scillitico, & est operatio digna.

Filius Zachariæ. Medicamen expertum ad grauedinem lingue: & mollificationem eius.

Accipe salen ammoniacum, pyrethrum, staphidimagriam, piper, sinapin, huc ana. fricetur cum eis lingua secundum omnem partem ipsius sæpius in die.

Dioscorides. Hæc secundum omnem modum administrationis eius est medicina propria mollificationi lingue, & paralyti eius: & similiter castoreum, & proprie retentio eius sub lingua, & conficatio in ea. Et quandoque ex eo cum gummi albotum sunt pilule: & tenentur sub lingua. Et quandoque ex glutino albotum, & assa factida: & sunt efficares.

Confectio anacardina maior, quam scripsit filius Zachariæ: & scripta est in capitulo ægritudinum neruorum: & est medicina ultima paralyti lingue, & proprie iunita ex ea lin-

gua, & facto emplastro ex ea in parte capitis posteriori  
origine neruorum. & est medicina sublimis.

Sal solutius scriptus in capitulis prædictis, limulca  
linguam confert mollificationi eius. Et plura scripta  
capitulis prædictis quæ afferantur ad locum hunc, sicut  
mirtus proprie, & confectio hueg, & confectio de  
thro, & alia quæ requirantur ibi, quibus utendum est  
purgationem & purgationem.

Ioannitius. Quando contingit paralyfim accedere  
pter lesionem cadentem in neruos posteriores, errhina  
ferunt, propterea quod ad diuersum trahunt. quare dicitur  
ad hoc utilia in capitulis prædictis.

### De spasmo linguæ.



**P**ASMVVS linguæ quandoque accidit ca-  
brium adurentium. Et cura eius est rem-  
oleorum refrigeratiuorum in ore, & rem-  
rimæ humectationis, & refrigerationis  
olei iolacæ proprie, & nenifarini, & de cucurbitis, &  
& rosati, singulariter, aut coniunctim, conuassatorum  
muccagine psyllij, aut cum succo portulacæ, aut cum  
fusionis seminum portulacæ prius contritorum, aut cum  
cagine maluarum, aut cum lacte dulci, & similibus. Et  
ferunt embrocationes, & lauacra in collo & nucha cum  
dulci calida, & inunctiones ex prædictis oleis super pe-  
rius capitis, & super prædicta loca: & ex cerato  
conuassatis cum lacte dulci, aut sine eo. Et conferunt  
errhina cum eis, & omne regimen tale. Et quandoque  
dit ex humiditate crassa, viscosa, replente lacertos eius  
extendente secundum latitudinem, & abbreviationem

giudine sua naturali: sicut accidit follicibus factis ex corio cum  
replentur. Et cura eius est hæc eadem quam diximus in ca-  
pitulo de spasmo, & in capitulo de mollificatione linguæ,  
præterquam oportet ut medicinis incisivas & subtiliativas  
præcedant medicina digestiua maturatiua, sicut proprie uas-  
poretur in primis radix colli, & collum cum eo quod est si-  
cut chamemelum, melilotum, anethum, sampsuchus, scilla,  
& similia: & gargarismata fiunt cum aquis & oleis eorum.  
Deinde perueniatur ad fortiora, si cuttu scis.

### De alcola, & prauis pustulis oris.



**V**RA est quatuor res.

Prima est adæquatio causæ facientis, &  
prohibentis aduentum eius.

Secunda est euacuatio materiæ.

Tertia est diuersio ipsius.

Quarta est intentio particularis.

Et primam quidem rem complent si accidat, uel timea-  
tur ut accidat pueris, rectificetur lac lactantis eos, cibando  
eam secundum ea quæ distinguemus iam, ut prohibeatur ca-  
sus corruptionis in lacte. Imò alteretur in eius contrarium,  
quod timeatur ex illo. Et si accidat ut timeatur aduentus eius  
propter discrasiam pestilentialem, aut propter dominium  
uaporosæ & corruptæ materiæ, aut acutæ hulceratiuæ, al-  
tereatur secundum exigentiam ipsius: & quidem calida, cum  
eo, quod est sicut syrupus acetosus, & syrupus de granatis  
acetosis, & rob eius, & syrupus de ribes, & syrupus ace-  
tositatis citri, & rob eorum, & similibus. In frigida uerò,  
cum eo quod est sicut syrupus acetosus, mellinus, aut iubi-

nus, & oxymeli scilliticum, & similia, & sint cibi com-  
 & proprie in calida conditi cum rob acetositis & siccis  
 tatis, sicut proprie affecumie, & sigilen, & zerechia,  
 sumachia, quæ conduntur cum granatis acetosis, & hoc  
 cum aceto, & cucurbita cum granatis, & quæ hoc carispe-  
 cedunt. In frigida uerò comedant quæ sunt sicut cappe-  
 condita cum aceto, & oliuæ condita cum muri, & origi-  
 & similibus.

Secundam rem complent in calida quidem & frigida  
 cuationes per siccotomiam, & uentris solutionem, hæc  
 dum formam assignatam in capitulo de apostemate lingua.

Tertiam rem complent uentofationes sub mento cum  
 rificatione, & administratione clysteriorum. In calida  
 quidem lenium, si non sunt maligna corrosiua: & si sunt  
 ligna, cum eis quæ educunt materiam acutam uehementi-  
 dummodo non transcendant gradum lenitatis. In frigida  
 uerò cum rebus acutis non multæ acuitatis, tamen cum pro-  
 gradationis, usque ad id quod est sufficiens.

Quartam rem complent administrationes particu-  
 rium medicinarum curantium alcola. Et calidum quidem  
 cum administratione rerum acetosarum habentium ma-  
 sipientiam, sicut proprie rob de ribes, & rob acetosæ,  
 & rob de moris soluestribus, & aqua decoctæ  
 sumac, & myrti, & lentium excorticatarum cum aceto  
 & extremitates uitis, & extremitates rubi, & zere-  
 & aqua granatorum acetosorum, & spondilium, & gila,  
 & rose, & acatia, & coriandrum, & aqua con-  
 dri humidi, & similia. Et memithæ quidem, & alba  
 na communes sunt in utraque materia, & similia  
 gallæ.

Alcola quidem calidum speciem habet quandam herpeti-  
 cam malignam, cuius curatio est difficilis. Et oportet ut suc-  
 curratur ei per tria genera curationis.

Et primum genus curationis est mundificatio & abster-  
 sio uirulenti, & corrosiui. Et hoc quidem perficitur cum  
 administratione medicaminis acuti, & proprie alcaalon di-  
 sti in capitulo de polypo, una uice post aliam, usque dum ap-  
 pareat totum herpeticum consumptum esse, uel quasi. De-  
 inde succedat ei administratio medicaminis refrigeratiui, si-  
 cut olei rosati, proprie conuassati cum albumine oui, uice  
 una post aliam, usque dum ardor & combustio tollatur. Et  
 si hæc non conferant, administretur cauterium, sicut in ca-  
 pitulo de hulceribus zinguarum dictum est.

Secundum uerò genus est perficere cum medicamine par-  
 tim incarnatiuo, ex his quæ diximus, & dicemus, & par-  
 tim mundificatiuo.

Tertium uerò genus curationis perficitur cum medicami-  
 ne consolidatiuo: & nos scribemus multa huius generis, si  
 Deus uoluerit.

Alcola autem frigidum, aliud flegmaticum album, aliud  
 nigrum malignum. Et flegmaticum quidem indiget duplici ge-  
 nere curationis.

Et primum quidem genus perficitur cum medicinis ab-  
 sterfius, & exiccatiuis, sicut secantabin cum modico alu-  
 minis, aut colcothar, aut almuri cum aceto scillitico, aut  
 aqua oliuarum salmuri, aut uinum, & mel, & similia.

Secundum uero genus perficitur cum medicinis exic-  
 catiuis, & consolidatiuis ex his quæ dicemus. Nigrum  
 autem malignum est deterius omnibus, & indiget triplici ge-  
 nere curationis.

Et primum quidem genus perficitur sicut in alcola  
petica dictum est. Secundum uerò genus perficitur cum  
dicinis multæ absterfionis, cum continuitate multi  
ris in illo, sicut propriè cum unguento Aegyptiaco, &  
scillitico, aut cum aceto, & colcothar, & galla: aut cum  
decoctionis gallarum & memirem, aut cum aceto decis  
nis almezercos, & similia.

Tertium uerò genus est consolidatio ex his que  
mus post.

Sabor Rex Medorum. Medicamen conferens ad  
doin ore & lingua, & dolori gulæ à caliditate.

Recipe lentium excorticatarum drachm. quinque,  
rum, coriandri sicci, alchamæ de mecha, boli Armeniæ  
be ana drachmas duas, & β. seminis portulacæ drachm.  
& β. caphuræ drachmæ unius partes duas. Teneat ex  
ore, & suffla in guttur, & ex eo quando oportet, sicut  
sicut maran cum rob myrti, aut citoniorum. Bonum si  
uoluerit.

Idem Aliud conferens alcolæ calido, & corrosio  
giuarum, & putrefactioni sanguinæ, & cholericæ.

Recipe sumac mundi, rosarum ana aureum unum, sp  
bi, balaustiorum, ana aur. β. ramici drachm. semis. T  
accipe ex eo parum, & frica super locum, uel  
ex eo & misce cum rob citoniorum, & fiat ex eo  
collutio, & hoc fiat sæpissime. Sanat enim si De  
luerit.

Isaac Heben Amaran. Medicamen conferens  
calido.

Recipe seminis portulacæ drachmas decem, adhe  
adhebe, elebul, sumac mundi ana drachm. tres, cardan  
hab

habde croci ana drachm. unam. Tere & misce cum eis suc  
cum coriandri humidi, uel aquam rosatam, & colluat ex eo  
os. bonum Deo uolente.

Hamec. Medicamen alcolæ, & omnibus inflammationi  
bus oris, & partium eius. & gulæ in corporibus teneris, &  
infantibus, & est expertum.

Recipe amyli drachm. sex, spodij, memiren ana drachmas  
duas, seminis rosarum drachmas tres, croci drachmam unam,  
sacchari tabarzet drachmas quatuor, cardanomi drachmam  
unam, caphuræ chirat unum, & semis. Tere quodlibet  
per se, & cerne per pannum de serico, & utere sicut di  
ximus.

Filius Serapionis. Medicamen conferens ad alcola  
lidum.

Recipe seminis rosarum, sumac, amyli, sanguinis draco  
nis, seminis portulacæ, lentium excorticatarum, spodij, san  
tali albi, alchamæ, balaustiorum ana partes æquales, caphu  
ræ partis unius quartam, administrentur post collutionem  
factam ex eis quæ diximus in canone, & cum successione col  
lutionis.

Mahomet Arasi. Medicamen conferens alcolæ.

Recipe spodij, rosarum, & seminum earum, coriandri  
sicci, sumac mundi, lentium excorticatarum, seminis portu  
lacæ, alchamæ, amyli, buruch ana caphuræ partem  
mediam, sacchari quantum est medietas omnium,  
& quandoque fit sine saccharo. Teran  
tur, & teneantur in ore, & fiat  
collutio post illud cum  
aceto, & aqua  
rosata.



Narratio medicaminum alco-  
le flegmatico.



AEO ALI. Confectio medicaminis de  
flegmatico.

Recipe trochischorum orobi, gallarum, me-  
suræ pergameni ana partem unam, melle  
corticum radicum capparis, colocithar ana partem se-  
mis, balaustiorum partis unius tertias duas, alchama pe-  
semis. Conface cum aceto, & melle, & utere, aut applica-  
morbo ex pulvere eorum. Deinde collue cum aceto & a-  
le. bonum si Deus uoluerit.

Trochisci orobi scripti sunt in capitulo de hulec-  
gingiuarum.

Idem. Medicamen conferens alcoolæ permissio-  
leræ, & flegmatis.

Recipe nimeren, siefmemithæ, spodij, seminis ple-  
nis, capitum rosarum, & seminum earum, myrobalanos  
citri, balaustiorum, alfitibir, foliorum oliuarum silybes  
siccorum, carmezit, aluminis iameni ana. Terantur, &  
ministrantur sicut diximus.

Idem. Medicamen sicut aliud.

Recipe memithæ, myrobalanorum citrinorum, bala-  
rum, cardamomi, spodij ana. utere sicut alio.

Filius Serapionis. Medicamen conferens ad alcoolæ  
grum, & herpeticum.

Recipe foliorum oliuarum, foliorum citri, & foliorum  
rhamni siccorum, acatie ana drachmas octo, aluminis ter-  
ni, colocithar ana drachmas duas, croci drachmam unam.

Terza

Terantur, & administrantur.

Idem. Aliud conferens alcoolæ nigro, & maligno.

Recipe arsenici rubei, pyrethri partes æquales. Teran-  
tur, & cribellentur, & confice cum alchitran, & combu-  
ratur. Deinde conterantur & administrantur.

Confectio medicaminis ex inuentione nostra conferens  
alcoolæ putrido, & maligno. & est expertum bonum.

Recipe corticum radicum capparium, gallarum, me-  
miren, zinziberis, piperis adusti, trochischorum alcalca-  
lon ana drachmas duas, chartarum combustarum drachmas  
tres, arsenici drachmas duas, & semis. Fiat ex eis pul-  
uis subtilis, & ex una parte eius fiat fricatio, & ex alia  
linimentum. & ponatur super ea frustum chartæ made-  
factæ, & circumdet super ea. Plura etiam scripta sunt in  
capitulo de hulceribus giugiuarum, quæ afferantur ad hunc  
locum.

De fœtore oris.



DE FÆT O R oris, si causam habeat putrefactio-  
nis in partibus oris, iam diximus curam eius.  
Et quandoque accidit ab hulcere, & putre-  
factione partium pectoris & pulmonis, &  
dicemus curam ipsius. Et quandoque accidit ex humore  
aggregato, & putrefacto in stomacho, & partibus eius, &  
eius cura est tres res.

Prima quidem res est euacuatio illius materiæ, cum  
iteratione & iteratione sepius, cum eo quod conuenit.  
Et si quidem fuerit cholericæ, fœtida, putrefacta, cum eo  
quod est sicut infusio aloes in aqua endiuæ, & similia, de

quibus loquimur in capitulis de stomacho, si Deus uoluerit.  
 Si autem fuerit materia flegmatica foetida, putrefacta  
 purgatio eius cum eo quod est sicut hiera, & stomacho  
 nostrum, & pilule arthreticæ, cuius explicationem serua  
 mus, si Deus uoluerit.

Et dixit filius Zachariæ, qualiscunque sit materia,  
 calida, siue frigida, confert uomitus post esum acrimosus  
 & acetosorum, aut post melones, cum successione syrupi  
 rosi, aut secaniabin, aut hydromelite, & utet pinguior  
 lud, & crassa, & uiscosa, & nauseatiuam sattetatem  
 non comedat, pulmentaria, sed frixa, habentia semina,  
 almacanar. & utatur almuri, & alsacame in prima  
 stione, & alzege. & in secunda mensa comedat citonia,  
 ra, & condita ex eis, aut zinziber conditum, aut diatri  
 onum, aut diatrion, piper, & similia. Et sit uinum eorum  
 ditum cum speciebus, quarum narrationem faciemus post  
 ex potibus est miua, & conditum, & rob de pomis cum  
 speciebus, & sine speciebus.

Secundam rem complent administrationis medicamentorum  
 acquiruntur temperiem receptorij, ut fiat deinde inuenerit  
 eo aggregationis materierum conuenientium. Et ex  
 quidem facientibus in re cholericæ, est administratio rerum  
 quæ sunt proprie sicut chrysomela humida, aut persicaria  
 proprietate: & infusiones eorum dum sunt sicca, & boni  
 ieiunio: & ex eis sunt zazur, & citonia, & rob acetosum  
 citri, & miua, & syrupus de pomis, & confectio de  
 pomis: & ex ipsis diacitonitæ, & confectio acetosa, & similia.  
 In materia uero flegmatica, administrantur ea proprie  
 quæ sunt sicut zinziber conditum, & triseria maior, & si  
 hane, & muri, & acetum scilliticum, & trochisci diatri

don, & saccharum rosatum cum mastich. & xyloaloe, &  
 trochisci de caryophyllis, & letificans, & similia.

Tertiam rem complent administrationes medicinarum  
 proprie, quarum proprietates est generare in ore, & in uni  
 uerso corpore odorem bonum, sicut folia proprie & cortex  
 citri, & balderebuc, & grana eius, & teneritas myrti, &  
 thus, & rose, & macayri, & capbura, & alselengemich, &  
 poma odorifera, & citonia, & such, & ramic, & emblici  
 proprie, & xyloaloe, & cubeba, & caryophylla, & ma  
 slix, & nux moschata, & doronicum, & spica, & similia.  
 Et res quibus conficiunt, sicut rob myrti, & rob de citro, &  
 rob de acetosa, & mel emblicorum, & mel Kebutorum &  
 Kesmes, & iua passa dulces, & uinum, & similia.

Ioannitius. Confectio triseria cuius iuuamenta multa, &  
 experta sunt, & proprie ad agritudines stomachi. Con  
 fortat enim in eo mineras uirtutum, & operationum nobi  
 lium, & facit oris odorem bonum, & totius corporis, & oc  
 cultat foeditatem coloris, & acquirit corpori uiuiditatem, &  
 coloris pulchritudinem, & conseruat corpus in uigore ado  
 lescentiæ & iuuentutis, & retardat canos, & confortat cor,  
 & generat hilaritatem continuam, & addit in coitu, & est  
 medicina Regum, cuius permistio.

Recipe myrobalanorum chebulorum, emblicorum, belli  
 ricorum ana partes æquales. Terantur, & fundantur super  
 eis conterendo in uase lapideo hora post horam aquæ font  
 tium dulcium cum aliquantulo sacchari, & hoc per dies tres.  
 deinde per alios tres dies destilletur una uice post aliam su  
 per eos tenui instillatione ex oleo rosato, aut amygdalino,  
 semper agitando cum spathula, deinde dimitte siccare eas in  
 umbra. Deinde accipe huius permistionis drach. octodecim,

rosarum siccarum drachmas sex, cyperi drachmas quatuor,  
 ligni aloes, extremitatum myrti humidæ caryophyllorum  
 stichis, spicæ ana drachmas duas, & tertiam alterius, cinna-  
 momi, Turumbet, croci, cardamomi, heyl, macis, nucis mo-  
 schatæ ana drachmam unam, & β. ambræ crudæ et succi  
 drachmas duas, moschi drachmæ unius tertias duas. Con-  
 ficum melle emblicorum, & chesmes, & fiant ex his for-  
 mæ similes auellanis ponderis drachmarum duarum. Da ma-  
 ne cum uino, & in sero similiter.

Aristotelis Sufis, quod exquisita inuentione compo-  
 sita Alexandro Imperatori, & confortat stomachum, hep-  
 atis viscera debilia, & redificat digestionem, & facit oris  
 rem bonum, & generat gaudium.

Recipe ligni aloes, cyperi, extremitatum myrti humidæ  
 cinnamomi, folij, heyl, myrobalanorum chebulorum, embli-  
 corum, & belliricorum præparatorum secundum superiorum  
 doctrinam, macis, fellengemisch, darseni, usiæ, piperis, pi-  
 cropiperis, zinziberis, caryophyllorum, nucis moschæ  
 cardamomi, granorum granatorum ana drachmas duas, a-  
 mbræ, moschi, caphuræ ana drachmam unam, sacchari labar-  
 sexcuplum ponderis omnium. Dosis eius est à drachma una  
 usque ad aureos duos cum aqua frigida ante cibum, & post  
 cibum. Expertum uerax.

Filius Zachariæ Arafti. Confectio pilularum confectio-  
 tum, & procurantium digestionem, & facientium oris  
 odorem bonum.

Recipe caryophyllorum, such, elmeße, darseni, nucis mo-  
 schatæ, cyperi, spicæ, corticum citri, ligni aloes ana aureos  
 duos, moschi aurei unius decimam. Conface cum uino, & post  
 drachmas tres, & partem earum transfugiat, & post

tem earum commasticet dentibus, & transfugiat succum.

Idem ad idem. Accipe extremitatum myrti humidæ, &  
 Kesmes partes æquales. Terantur, & fiant ex eis formæ  
 sicut nuces, & da mane & sero unam, cum condito aro-  
 matico.

Idem. Confectio trochiscorum de caryophyllis faciētium  
 odorem oris bonum.

Recipe caryophyllorum, corticū citri, cyperi, spicæ, nu-  
 cis moschata, such, elmiße, xylalcæ, cinnamomi,  
 macis, heyl, cubebæ, ana drachmam unam, moschi chi-  
 rat unum. Fac ex eis trochiscos cum aqua malorum,  
 & teneat in ore suo super cibum, & deglutat ex eis duos,  
 uel tres.

Idem. Dentificium ad idem. Recipe spicæ, cyperi, rosa-  
 rum, folij, galliæ, corticum citri, caryophyllorum, cardamo-  
 mi, ligni aloes, mastichis, salis combusti ana, mellis, ut cōficiat  
 ea. Fiant trochisci, & siccentur in furno debilis caliditatis,  
 & fiat ex eis dentificium.

Idem. Ex eis quæ nimis oculant fetorem oris mirabili-  
 liter, est frequens comestio apij.

Idem. Confectio experta & efficax ad fetorem oris cau-  
 sa materiei putridæ in stomacho. Recipe extremitatum myr-  
 ti humidæ, darseni, emblicorum, cyperi, spicæ, corticum ci-  
 tri, florū scœanthi, mastichis ana partem unam, galliæ, ca-  
 ryophyllorum, nucis moschata, cubebæ, heyl, zinziberis,  
 ana partē β. cōfice cū melle passul. ruz, quod sit dupli ponde-  
 ris omniū, & cum uino antiquo odorifero, aut cum chesmes.  
 Et fiant formæ sicut nuces, & sumatur ex eis omni mane  
 una, & omni sero, & hoc fiat post uomitum, & solutionem  
 uentris iteratam sepius, sicut diximus in canone prædicto.

De dolore

## De dolore oris.



**D**OLOR oris fit à causis quas diximus in ca-  
tulo de particularibus curis aegritudinū  
& diximus curas.

Hanc Eleazar. Medicamen conferens  
loribus in partibus oris, & radice linguae, & tumori  
ciani, & gingivarum. Expertum. Recipe sumac, folia  
myrti, foliorum rosarum ana aureum unum, bulliant in  
pluuiali usque ad medietatem, & fiat ex ea gargarismen-  
tus uicibus omni die, deinde puluere hoc utatur.

Recipe spodij, gallarum, granorum hacel, foliorum  
rum ana. Tere, & utere.

Idem. Medicamen conferens dolori oris bonum, &  
pertum.

Recipe amyli, aluminis iameni, rosarum, seminum  
myrti ana. Tere, & accipe ex eo parum, & misce cum  
& melle, & fiat gargarismus, & teneatur in ore una  
horum.


Idem. Medicamen conferens bothor in partibus oris,  
faciens oris odorem bonum.

Recipe anisi quantum uolueris, & tere, & confice  
melle & succo myrti humidæ, aut uino odorifero. Et fage-  
garismum cum eis, & teneatur in ore usque ad horam

F INIT PARTICVLA

prima sectionis primæ.

INCIPIT

INCIPIT SECVN-  
da sectionis primæ.

**G**IRVM celi fecit Deus, & terram  
posuit in puncto. Concordias nutrit  
ipse solus, & discordias artat: con-  
cordes ergo discordesque regulat. Sa-  
num simul & morbidum sanat igitur  
ipse solus, salutem itaque ab ipso solo  
dari creditur. Humilis gaudeat. natu-  
ra naturans. regulis sic certis astruxit. alterutrū, ut quibus  
dissideat hoc pati reformetur ab altero. Celatum quodque ge-  
rit in se quo alteri proficit, sed nō ut noceat. Sed hoc recte nos-  
se discutere, quod excelsus largitus est, magni boni est mu-  
nus. Libenter igitur discere largiri magna munera, munus mu-  
nere non compensans. Tradimus uobis cum auxilio excelsi,  
postquam narrationem expleuimus de curis aegritudinum  
membrorum capitis, ut narremus narrationem de curis aegri-  
tudinum membrorum seruientium spiritui, secundum promissio-  
nem nostram in ipsis. Sed ut uerificetur processus, fru-  
ctumque & ueritatem inueniat, ipsum regulari ab illo, qui ex-  
celsus cuncta felicitat, petimus, qui sit benedictus.

Secunda particula huius primæ sectionis continet sum-  
mas sex.

Summa prima de curis aegritudinum faucium, & guttu-  
ris, & uicinarum partium.

Summa secunda de curis aegritudinum pulmonis.

Summa tertia de curis partium aegritudinum pectoris, &  
costarum.

Summa

Summa quarta, de curis ægritudinum cordis.

Summa quinta, de curis ægritudinum forinsecarum  
toris.

Summa sexta est de curis ægritudinũ spõdiliũ, & de

## SVMMA PRIMA, DE CV ris ægritudinum faucium, & guttu- ris, & vicinarum partium. Et primò de strangulatione.



**S**TRANGVLATIO causis habet à re-  
quæ sunt intrà, & dicemus eas, si Diu-  
luerit. Et quandoque contingit à rebus ad-  
mentibus extrà, & operantibus extrà.  
strictio cum fune, & similia. Et palati  
cura ipsius. Aut à rebus aduenientibus extrà, & op-  
rantibus intrà: sicut proprie ex rebus quæ comeduntur, &  
bibuntur: sicut est bolus magnitudinem, aut asperitatem, &  
stipticitatem habens: sicut proprie panis opirus non multo  
tus, aut miliatus, aut aliquid quod est sicut os, aut spicatus.  
cura est ut ilico prouocetur uomitus, & incipiamus com-  
mere collum impingendo percussiones post percussione  
per ipsum & immittendo digitum in guttur, aut instrum-  
tum ex ligno, aut cornu leue curuitatem habens, & hoc  
cum facilitate: & si sit spina, aut os gutturi infixum, & si  
sus comprehendit ea, tenaculis extrahatur, aut uncinis com-  
prehendente secundum aliquid eius, aut cum chorda arenæ.

Si autem sensus comprehendere non potest, post cibum  
crassa administrantur gargarisinata ex muccaginis, & de-

glutinos

glutiones ex eis, aut ex rob, aut ex nasturcio infuso, & con-  
quassato in rob. Deinde fiat uomitus post administrationem  
rerum viscosarum comestiarum sine masticatione plurima:  
& quandoque annectimus cum filo bolum carniũ pin-  
tendũ. Deinde extrahimus subito, & quandoque facimus  
simile cum spongia marina, & quandoque cum ficu sicca pin-  
gui, & similibus: & extrahitur, si Deus uoluerit.

Fit interdum ex quibusdam eorum quæ sumuntur strangu-  
latio, non propter quantitatem, sed propter rei malitiam, si-  
cut ex quibusdam generibus fungorum mortiferorum, quod  
sanatur ex succo rasani facto ex eo gargarisinate cum oxy-  
melite, & imbibito cum melle. Et nos loquimur de hoc, quan-  
do loquimur de rebus uentosis post, si Deus uolet.

## De ægritudinibus uicæ.



**S**VNT casus eius, & apostematio, & uulne-  
ra. Et casus quidem uicæ cura est tres res.

Prima est, si una est uehementis inflamma-  
tionis, & rutædinis, sic botania cephalicæ, aut  
solutio ueuris, si fuerit cum pernustione cholere, cum eo  
quod est sicut aqua fructuum, & myrobalanorum. Et si fue-  
rit habens albedinem, cum eo quod est sicut hiera, & coccia.

Secunda est diuersio causæ eius: & hoc quidem perfi-  
citur cum eo quod facit cadere materiam ad partem diuer-  
sam, sicut uerbi gratia, cum frictione aurium, & ex-  
tensione earum sursum uehementer, & attractione do-  
lorosa, & positione uentosarum ad partem oppositam.  
Hæc enim collocant uiam, & eleuant. Et ex eis quæ ex-  
perta sunt ad elevationem eius, est ut accipiatur cereus,

uel

uel manipulus capillorum in zubendeg colligatur manibus  
 & præcipiatur infirmo ut iaceat. Et tu quidem pone  
 des tuos super humeros eius, & trabe manipulum capil-  
 lorum uehementer, usque dum cutis dislocetur dislocam-  
 aliqua à zubendeg. Eleuatur enim una ex hoc ilico, si  
 iam quidem expertum est, ut linatur super zubendeg  
 strum ex succo acatiæ, & hoc in principio: aut ex aceto  
 cum aceto: aut ex gallis adustus cum aceto: quoniam etiam  
 ipsam. Sternutamenta etiam conferunt eis.

Tertia est particularitas operationum circa ipsam uiam  
 & est ut in principio incipiatur cum medicinis que repetunt  
 materiam, & prohibent aduentum humiditatis plurimæ, sic  
 proprie gargarisma cum aceto, & aqua rosata, si materiam  
 fuerit calida, & uua fuerit inflammata, & rubens: aut  
 solani, & semen rosarum, & folia ipsarum, aut aqua gra-  
 acetosi triti cum tota substantia cum sipticis, & linatur  
 latum & uua, cum medicamine factio ex balaustijs, & ro-  
 santalis, & modico caphuræ. Fiat ex eis puluis subtilissimus  
 & utere comprimendo cum instrumento: & ex eis sunt  
 le, & balaustia, & alumen. Et ex succis duorum granatorum  
 rum contritorum cum tota substantia fit gargarismus bonus  
 & similiter ex infusione sumac in aceto, & aqua rosata.  
 adhuc ex diamoron factio ex moris rubi immaturis cum aceto,  
 to, & eo melius, quantum in casu hoc, illud quod fit ex  
 ris rhamni, & proprie immaturis. Et nos dicemus speciem  
 diamoron, & aliorum in capitulo de cynanche. Postquam  
 autem pertransiuit tempus principij, utendum est supradictis  
 cum eis, que habent aliquantulum abstersionis, sicut mel pro-  
 priæ, & diamoron, ex moris de seni, & que hoc cursum præ-  
 cedunt: & gradatim dehinc perueniendum ad maturatiua  
 resolu

resolutiua fortia, sicut est proprie myrrha, crocus, sal ammo-  
 moniacus, & pyrethrum, & similia, quorum narrationem  
 consequemur post.

Si autem passio fuerit ex abundantia flegmatis, & fuerit  
 decliuus ad albedinem, utendum in principio gargarismate  
 factio ex succo nucum, cum rob, aut ex diamoron: aut ex sym-  
 po acetoso, cum gallis. Deinde gradatim perueniendum ad  
 sinapim & salem ammoniacum, & almur, & pyrethrum,  
 & similia. Et si necessitas postulat, eleuetur cum instru-  
 mento ad superiora, cum medicinis quas diximus, & dice-  
 mus iam.

Filius Serapionis. Medicamen expertum colligens, &  
 confortans uiam, & eleuans eam.

Recipe balaustiorum drachmas duas, aluminis iameni  
 drachmam unam, croci, & caphuræ ana drachmæ unius ter-  
 tiam. Fiat ex eis puluis subtilissimus, & administretur cum  
 cocleari paruo, post gargarismum ex aceto, & diamoron.

Idem. Aliud ualde bonum.

Recipe ramich partem unam, salis ammoniaci partem  
 mediam. Vtere cum instrumento. Aut gallarum, & salis  
 ammoniaci ana partes æquales, myrrhæ, aluminis ana par-  
 tem mediam. Vtere sicut diximus.

Medicamen ex inuentione nostra bonum, & expertum.

Recipe cinnamomi, piperis, zinziberis, pyrethri, balaustiorum,  
 corticum granatorum, foliorum rosarum, & semi-  
 num earum ana partes æquales, & utere cum instrumento  
 post gargarisma, ex eis, qua scis.

Aliud, similiter nostrum.

Recipe aluminis iameni, gallarum uiridium ana partem  
 unam, pyrethri, myrrhæ, piperis albi, salis ammoniaci ana

partem β. Tere, & utere sicut diximus.

Hebengezar. Recipe piperis longi, & nigri, myrris, salis ammoniaci ana. Exuffletur ex eo in gutture, & utrumque cum instrumento.

Filius Zachariæ. Confectio experta ad idem.

Recipe gallarum, balaustiorum, salis ammoniaci ana. Exuffletur ex eo in guttur, & ponatur ex eo super cordi, & eleuetur cum eo.

### De Apostemate uuae.



**P**OSTEMA uuae indiget eodem regimine, secundum quod dictum est. Veruntamen terminatur secundum unum trium modorum. Aut res resoluitur, aut suppuratur, aut delet & corrumpit membrum. Si ergo contingit ex medicinis adhibitis non posse resolui, sed intumescit amplius, & dolor multiplicatur: tunc perueniendum est ad gradum maturatiuoris, quod est proprie apozema dactylorū, & ficuum, & mularum persarum, & radicum lilij, & rosarum: & emplastrum ex his eorum. Et quandoq; miscetur cum eis ex confortantibus ipsius membrum, ne cadat putrefactio in integrū ipsius, & dicitur tunc membrum. sicut uerbi gratia, balaustia, ramich, myrris, cyperus, rosa, & similia. Quodcunque eorum magis oportere uidebitur. Postquam autem suppuratum fuerit, aperitur sicut in cura cynanches dicitur. Et mundificetur deinceps, sicut ibi distinguemus. Si autem uua corrumpitur, & mortificatur, & pendet gracilata à radice ipsius, tunc oportet incidatur. Non enim amplius regitur à natura. Et melior medius incidendi eam, est cum incisorio aureo ignito, postquam recipitur uua in concauitate lacerti instrumenti annulati.

ita quod per medium extremitatis alterius cannuli incisorium ipsum mittatur, ut perueniat extremitas eius ad uuam, & radice ipsum sine contactu aliarum partium: neque ita radice incidatur, quin aliquid extremitatis eius remaneat: fortassis enim sumet aliquod officium ex ipso natura. Deinde colluatur locus cum aceto decoctionis aluminis & gallarum: & curetur sicut in capitulo de uulneribus oris diximus.

Si autem uua tumida, & rubens fuerit, secundum Hippocratis mandatum timendum est eam incidere, quare satagendum si rectificari potest. Si uero non, imò ad gracilitatem, & nigredinem tendit, expectetur super ea usque dum relicta sit à natura, & tunc incide.

### De Apostemate duarum amygdalarum.



**C**URA huius aegritudinis est tres res, sicut diximus in capitulo de uua. Et prima quidem perficitur, sicut ibi distinctum est. Secunda uero perficitur cum operatione faciente cadere materiam de una parte in aliam partem: sicut uerbi gratia, cum fricatione brachiorum dolorosa, & proprie cum ligno habente extremitatem rotundam, & fiat fricatio ex parte syluestri brachiorū, scilicet, super dorsum faciliū: & fiat idem in die pluries. Et quandoq; ponimus allium tritum in radicem manus, & ex parte syluestri, & ligamus, & efficit operationem bonā, & sedat dolorē. Conferunt etiā uentofationes posite in brachijs, & cruribus. Conferunt etiā administratio olei amygdalarū dulciū tepidi, & de stillatio eius in aurē quae sequitur dolorē, utendo omni hora in stillatione post instillationē, quoniam est efficax. Et similiter olei anethi, & chamameli.

Tertia uerò est administratio particularis intectionis, quæ perficitur sicut in capitulo de uua diximus. Terminatur autem hæc passio ad unum trium modorum, aut enim resoluitur, aut apostema, aut suppuratur, aut induratur. Et illud fit re: propterea quòd facilius est ut recipiat ex digestionem quæ resolutio, aut suppuratio, quam ex compactione, quod est: cut induratio, & hoc facit posse loci, & uicinitas locorum digestionis. Adiuuant autem ad resolutionem diamoron de confortatum proprie cum eo quod est sicut myrrha, crocus & similia, usque ad gradum eorum, quæ sunt sicut sal ammoniacus, pyrethrum, almuri, & similia: & proprie scilicet nimentis, & gargarismatibus ex eis. Et huius etiam intectionis sunt emplastrationes factæ ex ficibus sicis, & baurach, aut ex melle, & surfure, & sale: aut ex melle: & myrrha, & libano, & iride, decoctis cum rob, & pauco mica. Ex emplastris autem mirabilibus ad apostemata deum amygdalarum, & glandularum, & cynanche, est emplastrum factum ex radice alleurengeug, decocta in rob, & coctum vehementer, deinde admisceatur ei adipis porcine antiquitate uehementer, & collata pondus eius cum modico baurach. Et ex eis similiter est radix iridis preparata secundum eadem doctrinam: & expertum est emplastrum de radicibus porrorum non transplantatorum cum adipe antiqua, & rubeo. Aut radix lilij cum baurach, & rob, & adipe porcina. hoc etiam ualet ad cynanchen, & uigoratur posse si cum prædictis rebus iungatur succus scabiosæ, qui est mirabilis multum. Et æsypi cerotum est iuuamentum bonum. Et deinde superpone lanam æsypi: & similia cerotaria ex adipe gallinæ, & anseris, & buiuro, & cera cum oleo anethino. Et est expertum emplastrum

quod recipit farina hordei, seminis lini ana unciam unam, carnum dactylorum, & ficuum siccarum, & nigrarum, & pinguium ana aureos octo, mica panis aureos quinque. Coquantur omnia cum rob, postquam trita fuerint sicut medulla, & superponatur. Res autem quæ aggregant uirulentum resolutionis, & maturationis est diachylon. Et quando addis compositioni eius iridem, erit operatio eius nobilior, & similiter diachylon magnum, & diachylon paruum. Postquam autem apostema collectionem saniei fecerit, apostema aperiat, & curetur uulnus, sicut in cynanche dicemus. Si autem apostema induratur, experiantur super ipsum aliqua ex resolutiuis fortibus, sicut proprie baurach rubeum insufflatum in guttur, aut linium cum melle. Et ex eis est succus cucumeris asinini, & centaurij: & fortior eis & conuenientior est assa foetida. Si autem ex eis non resoluitur, & dealbatur cutis, quæ est super ipsam, tunc oportet, ut extrahatur una, uel utraque: si oportet. Et modus operationis est ut accipiatur cum uncino bicipiti, & suspendatur. Deinde fiat incisio secundum longum ægritudinis, cum incisorio habente aliquid curuitatis, & extrahatur una post aliam secundum totalitatem earum, & dimittatur post illud sanguis fluere usque ad illud quod est decens, postquam inclinatur super pectus ipsius, post hoc colluatur os cum aqua rosata, & aceto in frigiditatis. Cæterum si sanguis plurimus exuberat, administrantur constringentia ipsum, sicut proprie colcothar, & alumen, & similia. Et fiat gargarismus ex decoctione gallarum, & foliorum myrti, & similium. Et quandoque accidit ut cancretur, & tunc melior cura est, ut cauterizetur cauterio aureo, & est timorosum.



## De cynanche gutturis.



VR A huius ægritudinis est sex res.

Prima est subtractio causæ.

Secunda est prohibitio eius quod fluxit.

Tertia est diuersio eius quod fluxit.

Quarta est intentio particularitatum.

Quinta est correctio accidentium.

Sexta est regulatio uitæ.

Et primam quidem rem complent euacuationes seu cum festinatione, & proprie per flebotomiam, & uentis solutionem. Et quidem canon est, si accidit à plenitudine sanguinis, solum principium nostrum erit à flebotomia. Si autem à multitudine sanguinis, & multiplicetur cholera præponimus euacuatuum extrahens cholera à sanguine hoc si oportet cum iteratione: & facimus sequi flebotomia post id. Et sic quidem sunt conditiones in flebotomia obseruandæ quinque.

Prima est, si fuerit materia sanguinea calida, flebotomia ante omnia adhibenda est, & proprie ex uena cephalica.

Et secunda est, quod si significatur esse dominium sanguinis qui retinetur, & consuetus est fluere, & est patientia illis qui cõsuevit cadere in cynanchen, tunc flebotomia facit latere quod sequitur dolor.

Si autem hoc expressim non accidat, melior est flebotomia ex latere opposito.

Tertia uerò est, quod si dominium fuerit in sanguine secundum totum, tunc non est inconueniens flebotomare e utraque cephalica cum uicissitudine: & ne dum ex cephalica, sed ex basilica & saphena, si uirtus tolerat.

Quarta est, ut qualiscunque fiat flebotomia, non fiat extractio semel & subito, sed cum iteratione renouante numero, ut saluetur uirtus, & perueniatur ad expulsionem plenitudinis cum reëtitudine sapienter.

Quinta est, ut post flebotomiam cephalicæ flebotomentur eodem die uenæ, quæ sunt sub lingua, neque tardetur illud, sed flebotomentur eodem uespere, & maxime tunc festinandum est, cum plenitudo in eis apparuerit.

Si autem cholera cum sanguine dominari contingit, ante flebotomiam & post, natura soluenda est cum rebus cholera educentibus leniter, & iterato: & sit solutiuum pluris alterationis, quam euacuationis, & hoc quidem si uirtus tolerat. & soluatur natura cum aqua solani & fructuum, & si oportet cum iteratione, & euacuationes etiam factæ per clysteria, & collyria debilia, si febris adest aut fortia, si febris non adest, sunt iuuamenti sublimis, & tunc interest mensurare medicinam naturæ in omnibus, quæ iam diximus.

Si autem sanguinis dominium fuerit cum flegmatis exuberantia, post flebotomiam soluatur natura cum coccijs, & cum hiera, & similibus. & cum enematis fortibus, & collyrijs, ex his, quæ scis.

Secundam rem complent administrationes de iacur, & aliarum medicinarum fluxum materiæ catarrhalis sistentium, & impinguantium subtilem & acutam: & subtiliantium crassam: de quibus in capitulo de catarrho loquuti sumus.

Tertiam rem complent fricationes dolorosæ, & ligatura in brachijs, & tibijs, & uentofationes in ipsis: & positio uentofarum super zubendes est iuuamenti magni: & simili-

ter super nucham: & uentosa super collum est iuuamentu-  
limis, & proprie apud spondilem secundam. Elargita  
fauces, & guttur, & adiuuat ad attractionem aeris, & ex-  
pirationem fumorum, & remouet prohibitionem deglutiti-  
onis, quapropter ut oportet saepius iteretur, & sit prop-  
uentosa magna. Conferunt etiam uentose super menta  
& sub maxillis: & etiam cum incisione sub mamillis.  
ciunt enim materiei diuersionem facilem. Conferunt etiam  
destillationes in aurem quae sequitur dolorem, post debili-  
tationes proprie, ex oleis quae sunt sicut oleum rosatae  
oleum de amygdalis dulcibus: & similia.

Quarta, quae est administratio particularium operes-  
num, diuiditur secundum tempora morbi: praecedant ergo  
euacuationes primo, ut stiptica in augmento administrantur.  
In statu autem, stiptico simul cum resolutiuo utendum est.  
Verum in principio aegritudinis particularitas admini-  
strationis suspecta est: fortassis enim rheumatizata materiei  
loco, sed tunc quidem competunt cum iam euacuationes pro-  
cesserint. Distinguamus autem in administratione particu-  
larium operationum per tempora morbi hoc modo.

In horis quidem augmenti, sit magis uincens medicamen-  
stipticum prohibitiuum agitationis, & discursionis rheuma-  
tis, & alteratiuum ipsius. Verbi gratia. Si sanguinis  
passio incipiendum est ab administratione gargarizantis:  
sicut est proprie aqua rosata cum aceto. Haec enim est  
uenientior omni speciei eius. Aut aqua infusionis sum-  
ach, aut ribes, aut succus corticum nucum recentium cum aqua  
mach, & aqua coriandri humidi & sumach. Et ex his  
aqua granatorum acetosorum, & dulcium, tritorum cum  
ta substantia: & succus solani cum semine rosarum est  
mirabilis.

mirabilis. Et similiter citoniorum, sorborum, & iacur, &  
bellach, & similium. Et quandoque admiscetur cum istis,  
quod est sicut balaustia, & galla, & semina rosarum, &  
alumen, & similia: & uigoratur operatio eorum. Et suc-  
cus agrestae sicca cum praedictis liquoribus iuuamentum  
est sublime. Et similiter succus sumach sicca, & similium.  
Et ex compositis est diamoron confectum cum moris syl-  
uestribus, aut ex moris rhanni, & est iuuantius. Et ex  
sufflationibus in guttur, quae sunt proprie huius intentio-  
nis, sunt alumen proprie, balaustia, & cortices sumach,  
& succus agrestae, & oleum omphacinum, & similia.

Si autem cholericam sit materia: conferunt haec quae di-  
ximus, facta magis infrigidantia cum eo quod est proprie  
sicut succus solani, & rose, & santalia, & caphura, &  
muccago psyllij, & similia. Et quaedam ex eis non tan-  
tum gargarizata, sed etiam bibita sunt iuuamenti sublimis,  
sicut uerbi gratia, rob de papauere bibitum est iuuamenti sub-  
limis uehementiae, & proprie cum aqua sumach. Et simili-  
ter lac quod mulgetur ex semine papaueris, & aqua rosa-  
ta, & ex eis est succus solani depuratus, & bibitus mane  
& sero secundum mensuram duarum testarum oui, aut trium.  
Et similiter mucago psyllij cum coriandro, & grano uno  
& dimidio caphurae.

Si autem materia fuerit flegmatica, gargarizandum est  
in principio cum aqua rosata & aceto. Deinde fiat cum rob  
nucum, & diamoron confortatis cum eo quod est sicut gal-  
la, & alumen, & acatta, & similia.

Si autem ad stauum processerit aegritudo, tunc medicamen-  
ne stiptico simul & resolutiuo utendum est.

Et in calida quidem materia administratur sicut mel ro-

fatum aut mel cum aliquo eorum quæ sunt stipitica, cum narrationem faciemus iam. Et ex his est succus solani a melle rosato, aut melle, & sulphacasiæ fistula cum ipso conuenientior, aut cum rob mori, & lac ex his est quæ ferunt, gargarizatum in hac hora. Lenit enim, & dedit sedat. Et quandoque administratur cum medulla castæ pile, & confert gargarizatum & bibitum: & propriè a pauco saccharo, & croco. Et oportet quòd administratur calidum, ut propriè cum mulgetur: & oportet ut stirpè lac caprinum aut asinum. Et huius etiam intencio est Meybuthecog, ex coagulato uuae, & rob: & rob uua cum eis quæ sunt sicut myrrha, & crocus, & ex eis etiam rob mororum cum ipsis, aut decoctio ficuum, & fenogreci cum bdellio: & rob: & similiter decoctio passularum, & fenogræci, & ficuum, & dactylorum, cum eo quod est myrrha, & crocus.

Et si fuerit materia frigida conferunt aliqua etiam eorum quæ nunc dicimus, & ex eis est rob nucum, & rob mori. Et fortia cum pyrethro, myrrha, & croco. Et similiter lac caprinum cum stercore canis albo, & melle: aut aqua melis cum pauco sinapis: aut syrupus acetosus cum lac rafani.

Si autem ultimetur hora status, utendum est tunc in canine maturatio aggregante in se lenificationem sicut resolutionem: sicut uerbi gratia, decoctio ficuum cum baurach, & ex eis decoctio papaueris & passularum cum baurach. Ex eis autem quibus utimur ad lenificandum, lac propriè, & decoctio ficuum & passularum, & caco psyllij in calida materia, & seminis citoniorum, & minimis lini, & fenogræci, altheæ, & decoctio dactylorum

& meybeg, ex coagulato uuae: & aqua furfuris, & liquiritie, & rob, & similia.

Resolutiua autem quibus utimur cum prædictis sunt, sicut sal, muri, & meybeg, baurach, myrrha, crocus, sal ammoniacus, pyrethrum, armel, sinapis, assa foetida, rafanus, stercus canis album, & propriè qui comedit ossa: stercus infantis nutriti ex lupinus: stercus hirundinis, & puluis hirundinum combustarum, & similia. Et nos modum comburendi hirundines dicimus post diuersos modos compositionis secundum diuersos Philosophos dicimus post. Utendum autem est extrinsecus emplastris, quibus emplastretur exteriori guttur, cum rebus aggregatibus uirtutem maturationis & attractionis, de quibus mentionem fecimus in capitulo de apostemate duarum amygdalarum, quare oportet ut pars illa afferatur ad hunc locum.

Cynanche terminatur secundum unum trium modorum: aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut permutatur. Verum medicamina quibus resoluitur iam diximus, & medicamina quæ ipsam materiam deducunt ad maturationem similiter diximus.

Cum autem ad maturationem peruentum fuerit, tunc ad apostematis apertionem studendum est, cum medicamentis propriè aggregantibus intentiones duas, apertionis, scilicet, & lenificationis, uerbi gratia, sicut ex medicamentis acutis, sicut baurach, aut stercus hirundinum misceat cum aliquo eorum quod est sicut succus herbæ albedustar, quoniam est sublimis.

Rerum autem aperientium apostemationem huiusmodi summa hæc est, sal ammoniacus propriè, & baurach, & myrrha, & armel, & assa foetida, stercus

cus canis album, qui diu pastus est osibus, & stercois inla-  
tis pasti ex lupinis, cum uino, & stercois hirundinis, & ca-  
pullorum hirundinum ustorum secundum formam quam sus-  
bemus postea: & ex his est stercois adib: & ex summa lina-  
norum quæ admista eis faciunt apertionem apostematibus  
lac, & succus herbæ albeduflar per excellentiam, sca-  
caulium, & decoctio ficuum, & decoctio fermenti, uel in-  
sio eius in rob, aut decoctio ficuum. Si autem cum  
non fuerit apertum apostema, tunc recurrendum ad compo-  
sita ex istis quæ dicemus post. Et si adhuc non aperit  
ex istis, recurrendum est ad apertionem eius ferro. Et  
sunt ex hominibus scindentes huiusmodi apostemata uer-  
bus, postquam immiserint digitos in guttur. Cum apertum  
nare cœperit sanies, locetur super faciem suam, & be-  
natur guttur ipsius, & palatum fricando ipsum digitis  
melle & sale pauco, & frequententur gargarizatio-  
eis, ut mundificetur locus. Et de cætero fiat processus uel  
cum abstergentibus, & mundificantibus: deinde cum sigilla-  
tibus: sicut in capitulo de huculceribus gingiuarum, & alibi  
diximus.

Permutatio cynanches est secundum unum duorum  
dorum: aut delitescit subito, aut non subito. Et eius quilibet  
delitescencia, aut declinat in occultum corporis, aut in ma-  
festum eius. Et declinans quidem in occultum corporis  
subito, sicut est raptus proprie ad pulmonem, aut cor, interficit  
sed raptus eius ad cor interficit ilico, aut confestim præterit  
ad pulmonem uero non subito. Et dicit Hippocrates quilibet  
septem diebus, & si contingat quod hoc effugiat, incolu-  
tantur: & illud ideo, quoniam uirtus est quæ uincit, aut uoluc-  
tur. Et inest uirtuti forti, ut nihil possit ei resistere: etiam

sit imprimens ex imprimimentibus fortibus, sicut uenenum. Vin-  
cit enim uirtus fortis supra ueneni posse, & expellit illud.  
Quod autem declinat in occultum corporis & non subito,  
causa est interdum pleuritis, aut peripneumonix, aut  
phthisis.

At uero quod declinat in manifestum corporis, facit apo-  
stemata exterius, & aliquando bothor.

Et dixit Galenus, quod plerunque cynanche permutatur  
in erysipelas, & ignem persicum, & proprie in ceruicem, &  
manens quidem accelerat salutem: & delitescens subito cum  
mentis permissione, petit cerebri medullas, & demum in-  
terficit.

Quantam rem complent administrationes medicaminum  
dolorem uehementem sedantium, sicut de iacur proprie, &  
syrupus de papauere, & clausuram gutturis elargantium: de  
quibus loquuti sumus in tertio canone.

Sextam rem complet regimen conueniens in generibus  
rerum sex, ut locetur in aere temperato, & sint contenti in  
cibus eorum, in principio hydromelite, & aqua sacchari, de-  
inde procedant ad aquam hordei, deinde procedant ad aquam  
lentium excorticatarum, & hordei: extinguunt enim inflam-  
mationem, & acuitatem sanguinis, & sint hordei partes  
duæ, & lentium pars una, deinde ad ius cicorum cum aqua  
hordei, deinde ad ius cicorum solum, deinde gradatim proce-  
dant ad sorbitiones ex farina fabarum atque ex amylo cum  
melle, deinde ad iura furfuris cum melle, post hoc peruenien-  
dum est ad uitellos ouorum sorbilibum, & iura pullorum,  
& similia. Et sic quidem commensurandum est, ut admini-  
strentur primo lenitiua conuenientia, deinde maturatiua, ul-  
timo uero resolutiua & aperitiua. Commensurandus est  
etiam

etiam eis somnus, nam in multitudine eius timetur suffocari quare oportet ut parum dormiant, & cum dormiunt excitentur saepe, & proprie cum uidentur molestari in spina & offendi stertendo: & in nocte molestior est eis somnus quam in die, & somnus immediatè post sorbitiones est leuissimus eis.

Alexander. Oportet metiri medicamina secundum mensuram posse uirtutis cuiuslibet. Teneris enim corpora debiliora, duris autem fortiora sunt adhibenda medicamina. Quare oportet ex debilibus & fortibus medicamina summas consideres.

Alexander. Diamoron simplex conferens agritudinibus uulnè, & cynanches, & apostematibus duarum amygdalarum, proprie in principio.

Accipe succi mororum de seni, mediocrium in maturitate, & acerbitate, & mororum rubi similiter medicorum inter maturum & acerbum, & mellis, & rob ana partes æquales. Decoquantur, semper abijciendo spumas, usque ad essentiam mellis tenuis. & sunt ex hominibus qui potius ex succis mororum ana partes tres, & median. Et est operatio eius melior.

Idem. Rob de moris aliud, & est maturatiuum, & benedictiuium.

Recipe succi utrorūque mororum perfecte maturatorum ana partes tres, mellis partem unam. Decoque sicut prius.

Idem. Diamoron ex succis mororum rhamnii, & propolis non maturorum, & est stipticus cæteris: & eius operatio fortis in principio est.

Idem. Diamoron quod Galenus composuit.

Accipe uini mororum, uini stiptici ana libras duas, & b

mellis libram β. omphacij, aut succi rosarum ana uncias duas, coquatur succus prius cum uino, ultimo pone mel, postquam coctionem habuerit pone puluerem. & sunt qui addunt myrrhæ, aluminis ana drachmam semis, croci drachmas tres.

Idem. Rob de citonijs, aut pyris, aut malis granatis, aut mespilis, aut zarur ad hoc conueniens est, & quandoque miscetur cum prædictis.

Idem. Rob nucum omnibus his excellentior est: dicta est autem operatio rob nucum in antidotario.

Idem. Medicamen conferens cynanchæ, & apostemati gula sanguineo, & cholericò, & est medicina leuis, resoluuit enim ipsum, quando bibitur ex eo parum, & quando fit gargarismus ex eo.

Accipe succi solani, & foeniculi ana libram β. bulliant duabus aut tribus ebullitionibus, & cola: & da cum saccharo tabarzet unciam β. & croci dauid unum. bonum & experitum, si Deus uoluerit.

Mahomet Arafti. Confectio medicaminis ad cynanchen experti.

Recipe seminis harmel, sinapis, pyrethri, seminis rasani, myrrhæ, asæ, baurach, salis ammoniaci, piperis, calaminthæ, stercoris hirundinis, stercoris canis albi sicci, stercoris hominis sicci, cineris hirundinum ana partes æquales. Teratur, & fiant sicut alcohol, & ex una parte eius insuffietur in guttur, & ex alia fiat gargarismus, postquam conficitur cum melle, & accipitur sicut una galla ex ipso, ad gargariandū cum aqua mellis. Hoc autem medicamen est utile, cum agritudo fuerit ultimata.

Aboali. Medicamen conueniens in fine cynanches, quando festinatur ad apertionem ipsius.

Recipe cineris pullorum hirundinum combustorum, *stercoris canis adusti, stercoris adusti infantis pasti lupae, stercoris hirundinis adusti ana, salis ammoniaci parum.* Fiat ex eis puluis subtilissimus, & suffletur ex eo in aqua & linatur cum melle, & gargarizetur ex ipso. & fiat in die cum iterationibus pluribus.

Galenus. Cinis pullorum hirundinum, siue recentis sine salitorum, & proprie cum radice liquiritiae, & partes eorum aequales, sedat uehementiam cynanchetum, & hoc quidem bibitum, uel litum, & insufflatum guttur, & gargarisma ex eis.

Idem. Stercus canis album comedentis ossa, & retinetur, & redactum in puluerem subtilissimum, & sufflatum guttur, & litum cum melle, & gargarizatum, est ad hanc medicina sublimis. & si linatur ex eo cum modico succo cumeris asinini, & melle guttur de foris. & conferunt uimentum magnum.

Ioannes Serapionis. Medicamen conferens cynanchetum fortiter.

Recipe balaustrorum, rosarum, salis ammoniaci, cineris iameni ana drachm. unam, pyrethri, cubeae ana drachm. gallarum, spodij, croci ana chirat tria, rob unciarum tres, rob de moris uncias tres, aquae tassis uncias duas. Fiat tinctura gargarismus.

Idem. Confectio dia hirundinis iuuamenti sublimis ad hanc lorem gutturis, & praefocationem, & cynanchen.

Recipe anisi, seminis apij, ameos, florum scemantibus celestis, cinnamomi, anomi, aristolochiae longae, iameni, harmel, myrrhae, castiae, liquiritiae, croci ana drachm. reos duos, trochiscorum croci, magnetis, seminis rosarum

ana aureos quatuor, costi, cineris hirundinis recentis ana aureos sex, spicae, amyli ana aureum unum, gallarum aureum unum, & beta. confice cum melle colato. Conferunt medicamen istud in fine cynanches, & aliorum apostematum gutturis, & tunc proprie cum indigent apertione, & est ad illud fortius omni medicamine, & sumatur ex eo quantitas galle, & dissoluatur cum aqua mellis, aut hordei, aut succo rosarum, aut aqua rosata, aut lentium, & radicum liquiritiae, & gargarizetur cum eo, & linatur cum eis de foris in gutture pluries in die.

Modus autem comburendi hirundines est secundum hunc modum. Oportet eas primo decollari, ut sanguis earum fluat super alas ipsarum. Deinde puluerizetur super eas sal. Deinde mittatur in olla uitrea stricti orificij, & cooperiatur, & sigilletur cum luto sapientiae, & ponantur in furno, usque dum adurantur, & conseruetur cinis earum. Et utere cum necesse fuerit.

Confectio trochiscorum croci magna.

Recipe cinnamomi, croci ana drachmas duas, rosarum, anomi, costi ana drachmam unam, myrrhae drachmas quatuor, radicum liquiritiae, folij Indi ana drachmas duas, & beta. Aggrega cum uino, & fac trochiscos.

### De rauedine uocis.



AVCEDO uocis aliquando accidit a malitia complexionis sine materia, & eius cura est alteratio sola. Si enim accidat a siccitate acquisita ex puluere, aut fumo, aut uento sicco, aut cibo, aut potu inducente siccitatem & imprimente in lacerto

uociferationis, cura eius est cum lenitiuis, & humefiantibus de quorum summa est tragacantha, & gummi Arabicum, liquiritia, & loboc eorum, & composita ex eis, & fini. Et si sit ex inflammatione, & asperitate, cura eius est extinguitiuis, & lenitiuis: de quorum summa est mucagoplij, & seminis citoniorum, & medulla seminis cucurbitis citruli, & aqua melonis indi, & similia. Et si sit à frigiditate, & asperante lacertum uocalem, cura eius est cum bus maturantibus, & frangentibus quod acquisitum est: frigidatione, & cum hoc etiam lenificantibus, de quarum summa est crocus, myrrha, & liquiritia cum uitello oui. Et eis est libanum cum melle passularian, & similia, que tamus, & distinguemus post. Et quandoque accidit abundantate superflua, & cura eius est cum eis que resoluunt tostitatem & humiditatem: de quorum summa est calamintha & iris, & piper, & similia. Aliquando autem accidit passio à malitia complexionis cum materia calida, uel frigida: & cura eius est due res. Prima est subtractio caliditatis. Secunda est adæquatio, uel rectificatio effectus.

Et prima quidem perficitur cum eductione materiae caliditatis: & si quidem fuerit sanguinea, cum stebotomia capillaris, aut basilicæ: & si fuerit cum permissione cholerae administranda est euacuatio eius, cum eo quod est sicut fructuum, & similia: & si non fuerit febris, tunc ea cietur cum lacte dulci, & cassia, & iuibis, & similia. Si materia fuerit flegmatica, soluitur cum hiera, succo cijs, & similibus. Conferunt etiam in calida, aut frigida materia, clysteria, & enemata solutiua secundum exigentiam.

Secundam rem complent administrationes medicamentorum

rum impedimenta lacerti uocalis remouentium: & sunt quedam ex eis calida, quedam frigida, quedam lenitiua, quedam uero humiditatem superfluum exiccantia: quamuis siccum per se sit asperatiuum uocum.

Summa autem calidorum medicaminum emendantium uocum hæc est: cubebe proprie commasticatio, & administratio eius cum Kesmes clarificat: & ex eis est scilla secundum omnem modum administrationis eius, & similiter loboc ipsius: & loboc de caulibus: & medicamenta facta ex croco, & myrrha: & medicamenta facta ex piperibus, aut ex assa foetida cum aceto scillitico, & croco: & acetum scilliticum est medicamen bonum, & similiter opopanax, & radix eius: & styrax: & calamintha: & gluten albotium: & libanum, & calamintha. Et expertum est medicamen, quod recipit libani partes quinque, myrrhæ partem unam. Da cum uittellis ouorum. Et cibi eorum sunt sorbitiones farinæ: aut mucagines cum melle.

Frigidorum autem summa hæc est: mucago psyllij, & citoniorum: & aqua melonum indorum: unumquodque eorum administratum cum saccharo. & similiter aqua citrulli: & aqua cucurbitæ: & medulla seminum eorum: & portulaca, & semina eius: & grana papaueris: & ius attriplicis in cibis, & maluarum: & aqua hordei: & aqua granatorum: & amyli, & amygdalarum: & iuibis, & cucurbitæ, & cucumeres, & citrulli: & iuleb subtile, & similia.

Lenitiuorum autem summa hæc est, liquiritia, & succus eius administrata secundum omnem modum administrationis eius, est lenitiuum bonum clarificans uocem, cui accidit exasperatio propter quamcunque causam, & ex eis sunt Kesmes,

passulæ sine ossibus, & mel passularum, & grana pini, & ficus sicca pingues, & dactyli pingues, scænogetum, & menlini, & radix lilij, & saccharum, & canna mellis, & coagulatum uicæ, & rob, & melbutegi, & sorbitiones ex bis, & medulla tritici, & vitelli ouorum, & lac cum melle ieiunio, & sorbitiones furfuris ex tritico, & ex amygdalidis, & amygdalis dulcibus & amaris, & cerebella melle, & iuniores carnes cum rob, aut saccharo, aut melle aut iusculis, & hydromeli, & syrupus mellinus, & unum dulce, & succus de granatis dulcibus, & unum de passis & de dactylis, & sorbitiones factæ ex eis. Ieiunio uicæ Loch alchiochiris cum lohoc de liquiritia cum melle: & similibus.

Suberfluitatem autem, & humiditatum exiccantium, & mollificationem impressam in lacerto uociferationis candidantium summa hæc est: scilla proprie, & acetum, & osmeli ipsius. & maxime uocem corroborantium in hoc est sandaracha, & proprie cum aceto scillitico ana paræ, & sepe gargarizata & ex eis succus alsefaræ, & lohoc, & loch de caulibus, & de scilla, & piper cum vitellis ouorum: & cubebæ similiter, & libanum, & rob. Et similia eorum ius caulium, & ius cicerum cum pipere, & tali aqua in primis cum eleuantur à terra, & oua apparatus uicæ nere, & rasanus. Et confert eis uomitus, & proprie cum similibus.

Rebus autem quæ summè aggregant quandoque uicæ cibis, quandoque in sorbitionibus, quandoque in gargarisationibus, & quandoque in lenitionibus, & lambitionibus, quandoque necessitas expetit permissionem ex aliquibus rebus quæ sunt in summis, & tunc facimus id cum consideramus

ne sicut ex necessitate cogimur. Et de his nos loquemur, si Deus uoluerit.

Galenus. Loch conferens raucedini, & asperitati uocis.

Recipe seminis lini assi, xylo aloes, granorum pini, amygdalarum assarum, passularum enucleatarum ana. Tere, & confice cum melle quantum sufficit.

Galenus. Confectio lenificans uocem.

Recipe tragacantha unciam β. granorū pini unciam unā, & β. infunde tragacantham in rob quantum sufficit ad infundendum, deinde confice cum melle despumato. Dosis eius drach. quinque, mane & sero, & utatur sicut lambendo.

Idem. Confectio pilularum bichiarum.

Recipe carniū dactylorum unciam unam, piperis longi unciam unam, & β. cubebæ drachmas duas, seminis sceniculi drachmas duas, & β. pinearum purgatarū unciam β. amygdalarum purgatarum, sacchari ana drachmas octo. Et confice, & da in modum nucis.

Filius Zexar. Loch clarificans uocem exasperatam causa caliditatis.

Recipe tragacantha, gummi Arabici, liquiritiæ, amyli, feminum cucurbitæ, cucumeris, melonis, citrulli, portulacæ ana drach. duas, penidiarum drach. tres, croci drachm. unam. Fac formas similes lupinis, & teneat sub lingua.

Idem. Aliud in causa frigida. Accipe liquiritiæ, piperis albi, cubebæ, myrrhe, libani, gūmi Arabici ana aureos duos, spicæ aureæ unum, rob, penidiarum, & mellis colati quantum sufficit. Da cum aqua decoctionis liquiritiæ.

Idem. Aliud ualens similiter. Recipe seminis lini assi, amygdalarum dulcium mundatarum, & amararū ana drach. decem, penidiarum unc. j. & β. croci, cinnamomi, piperis ana



drachm. unam, & β. mellis quantum sufficit.

Loch ex inuentione nostra, remouens asperitatem uocis & raucedinem.

Recipe tragacanthæ ʒ. v. gummi Arabici, amygdalarum dulcium, amyli, seminis cucumeris ana drach. iij. seminis toniorum, liquiritiæ, seminis citrullorum ana drach. iij. pe-diarum uncias tres. Confice cum melle colato.

Aliud ex inuentione nostra.

Recipe ficuum pinguium siccarum, carniū dactylon ana unc. j. calaminthæ siccæ unc. β. tragacanthæ, cubebæ drach. unam, & β. Confice cum melle colato.

Isaac Israelita. Confectio pilularū de croco conferens cum uirtute Dei asperitati, & raucedini uocis ex frigide.

Recipe croci drach. iij. cubebæ drach. j. & β. succi lithritiæ, libani ana drach. j. Fac pilulas cum rob, & sim ple magna, & teneat unam sub lingua, & glutiat salomonica & est expertum bonum.

Isaac Heben Amaran. Medicamen conferens dolori gulari & asperitati, & raucedini, expertum.

Recipe croci, myrrhæ bona, piperis albi ana drach. unum, passularum enucleatarum, tragacanthæ albæ ana drach. reos quatuor, amygdalarum dulcium mundatarū aureos cōreos quatuor, & confice cum melle colato, & reconde in vase uitreo. Dosis eius est sicut auellana una, teneat sub lingua.

Sabor. Confectio medicaminis conferentis raucedini uocis propter causam calidam, & dolori qui est in lacerto uocis: & remouet inflammationem, & sedat sitim.

Recipe gummi Arabici, tragacanthæ, seminis cucumeris ana drachman unam, succi liquiritiæ, amyli hordæana, uel frumenti ana drachm. ij. Tere, & confice cum melle bono.

uel cum mucagine seminis citoniorum, & psyllij. Et fac formas similes auellanis, & accipiat lambendo manē & sero.

Democritus. Medicamen conferens abscessioni uocis à caliditate, & sedat sitim.

Recipe seminis cucumeris mundati drachmas sex, succi liquiritiæ drachm. septem, seminis portulacæ drachm. unam. Confice cum albumine oui, & fac trochiscos, & teneat manē & sero unum sub lingua.

## INCIPIT SV MMA

### secunda de Medicinis ægritudinum pulmonis, & primò de Asthmate.



**A**STHMA quandoque contingit propter causam quæ est in ipso pulmone, & partibus eius: & quandoque propter confluentiam ad ipsum à cerebro, & partibus capitatis: quandoq; propter communitatem ipsius cum alijs membris. Et contingens causa pulmonis, quandoque communicat ei thorax in occupatione, & cõpatuntur in alterutrum, & tunc proprie cum sepelitur pulmo in thorace, eadem occupatione, cõclusus, & est illud quod est suspectum, & timorosum: pereunt enim plurimi subita præfocatione, & interdum quasi præfocati spumas emittunt, & turget eorum facies, & liuet, & oculi quasi foras præminent. & quandoque est propter impedimentum in ipso pulmone, & partibus eius tantum.

Est autem agritudo hæc semibus familiaris, & non latetur in eis. Pueris uero etiam accidit, uerum quandoque latetur in eis in permutatione ætatis eorum: & iuuentibus tollitur, & quandoque cum eo senescunt. Mulieribus non sæpe accidit: & citius sanatur in eis, quam in masculis. Contingit autem in hyeme, & maxime in fine hyemis secundum plurimum: & contingens in æstate est prauum: & multiplicatur in locis humidis, & in antris, & cauernis, & sudinibus. Est etiam familiaris his qui metallica operantur, & mineralia, & qui utuntur opere sulphuris, & colopre, & picis, & qui exercent artes plumbeas, qui constant opus uitium uiuum. Et curantur quandoque per elongationem ipsis.

Distinguendum autem in speciebus asthmatis hoc modo: Si causa est in pulmone ipso proprie, & est materia ipsa adherens, aut conclusa in pulmone ipso, & cauernis meatibus spiritus, & est illud quod est secundum plurimum tunc eius cura est quinque res.

Prima est cõmensuratio regiminis in generibus uisibus

Secunda est adæquatio materiei eius.

Tertia est subtractio eius.

Quarta est diuersio eius.

Quinta est correctio accidentium.

Primum quidem rem complent cõmensurationes regiminis eius: primò aeris, ut locentur proprie in aere temperato declinante ad siccitatem magnam, & laudatur eis cibi abstergentia, & potus, & parcitas eorum, imò gradatio sicut in iuxta uirtutis exigentiam, & morbi tolerantiam. Et sunt eorum proprie calidi, & sorbitiones calide, & sunt de chyui, & sint qui uentrem lubricum faciant, sicut aqua

dei, & proprie aqua cicerum cum amygdalis amaris, & aqua hordei cum meliloto, aut foenogæco. Danda etiam sunt iuscula ex maluis cum amygdalis, aut ex chrysolocanna, aut beta. Deinde perueniendum est ad uitellos sorbiles, & ad carnes teneras, & sunt proprie ex animalibus carnes lepore, & capreolorum, & carnes algazel, & uulpis, & hericij, & cerui, & similia. Et ex uolantibus carnes pullo rum gallinarum, & perdicum, & similia. Et pulmones animalium sunt mirabiles eis, & proprie uulpis, & hericij. Panis uero quo utuntur sit coctus, habens semina proprie sicut anisum, cuminum, fœniculum, nigella, carthamus, nasturtium, & similia. Ex piscibus squamosis, & petrosis, & agilibus. Et saturitas est eis mala. Potus autem eorum sit uinum subtile, antiquum, pauca quantitate: & uinum dulce est amicum eis, confortatum cum aliquo ex subtiliatiuis. & hydromeli est eis potus bonus: & potus supra cibum est eis malus: quare oportet ut expectetur supra cibum diu, deinde bibat parum hora post horam. Vitent autem repletionem, & nauseam: imò si accidat, uomitu expellatur. Et ex bono regimine est ut eis semper absiduetur uentris lubricitas, cum eis quæ sunt sicut ius galli antiqui cum medulla carthami, & aqua uolubilis, & sicca, & proprie administrata ante alios cibos: & conferunt ad hoc carnes conditæ, & salitæ, & oua tarachi.

Si autem cum his natura non leniatur, administretur aqua hordei cocta cum modico euforbij parum post parum, est enim iuuamenti sublimis: aut aqua hordei cum puluere iridis, aut aqua decoctionis epithymi cum rob, aut melle, aut decoctio sicuum cum iride, aut cum hasee, aut calamintha: aut decoctio calaminthæ cum melle, aut hyssopi, cum rob: aut passularum

& fœnogræci cum melle origani persici. Decoctio cum  
 hordei est mirabilis, & proprie cum melle, & sine  
 praßij, & radicum rasani, & similium. Vident somnum  
 praecibum, & parcent somnum, & iaceant in domo laeta  
 & modus sit accubitus, ut uideantur potius sedere, quam  
 cere. Sedendo enim melius, quam iacendo respirant: lacu  
 autem difficulter. Exercitari autem oportet cum gradibus  
 ex tardo ad uelocem, ex paruo ad magnum: & qualiscumque  
 fuerit in ieiunio. Et exercitatio per loca decliua, & ar  
 sa confert & similiter currere per ea interdum iuuat, &  
 uehi per mare, & non multum, ne uirtus defatigetur. &  
 militer duci de loco ad locum lecto pensili. Exercitia autem  
 animi iucunda conferunt eis.

Secundam rem complent administrationes medicaminum  
 morbi materiam carminantium, & maturantium, & agri  
 gantium in se humectationem, & subtiliationem, & molli  
 nem, ut cadat maturatio in corpus materia integra.  
 Quare uitanda sunt subtiliantia, & incidentia pure, & pro  
 uocantia, ne excludatur, & separatur subtile a crasso,  
 & non amplius recipiat curam. Ex uere autem maturan  
 tibus est ius galli antiqui preparati secundum artem: &  
 oxymeli scilliticum cum aqua passularum: & etiam sym  
 pus de hyssopo, & decoctio de hyssopo, & Syrupus rati  
 piens passularum enucleatarum, & fœnogræci partes equi  
 les, quoniam est iuuatiuus ualde: & Syrupus de praßij  
 & alia quorum narrationem faciemus post. Et inunguntur  
 peñtora eorum confricando fricatione conuenienti, uel ba  
 hentium cum oleo de Kciri, & proprie citrina, & me  
 thibuo oleo, & chamemelino, aut laurino: tepidis, superpos  
 nendo eis lanas œsypi calidas. Et ex unctiombus magis ue  
 uolentis

uamenti est oleum de lilio, & oleum de iride: & eis fortius  
 est œsypi cerotum: & cerotum nostrum, cuius narrationem  
 faciemus post, si Deus uoluerit.

Tertiam rem complent administrationes euacuationum  
 ex fiebotomia, & solutione uentris cum medicina & ene  
 matibus solutiuis. & si quidem materia fuerit calida sanz  
 guinea, confert fiebotomia basilica & si contingat passio  
 propter retentionem hæmorrhoidum, aut menstruorum,  
 eorum prouocatio est iuuamenti decentis. Si abundat cum  
 sanguine cholera, soluatur natura cum trochiscis de uio  
 lis, quorum narrationem faciemus, & scribemus: & si  
 milibus.

Si uero contingat ab exuberantia flegmatis uiscosi, &  
 pinguis, & est id quod est secundum plurimum, euacuetur  
 cum coccijs, aut hiera, & pilulis de agarico, & pilulis  
 de colocynthide, quarum permissionem scribemus post, &  
 alijs & si non fuerit natura obediens, faciemus clyste  
 ria præcedere purgationem: & proprie si oportet acuta.  
 Et ex bono regimine est ut fiat euacuatio, & proprie  
 renouans numerum: & cadat inter purgationem & purga  
 tionem administratio uomitus post rasananum, & pisces salit  
 os, & almuri. Et sunt ex hominibus qui infigunt fustes  
 ellebori albi in rasano, & propinant rasananum post diem  
 & noctem extractio inde elleboro. Et sunt qui prouocant  
 uomitum cum sinapi, & sale, & almuri in aqua & mela  
 le, aut oxymelite, aut cum sinapi, & baurach, & oxy  
 melite, & caue ne cadat in uicissitudinem administrationum  
 frequentia, & debilitetur uirtus, sed sit interpollatio  
 competens.

Quartiam

Quartam rem complent fricationes factæ in extremitatibus: & uentofationes factæ in scapulis & cruribus: appositiones rubificantium: & cauterium in zuberibus similia.

Quintam rem complent administrationes medicamentorum anhelitum facilitantium, aut materias quæ sunt in pectore screeatum facile educentium, aut humiditates superfluas euecantium.

Medicinarum autem anhelitum facilitantium summa est: scilla asfata, & administrata cum melle, aut trochiscis ea cum rob, aut oxymeli ipsius, & acetum, & lochispiu gant anhelitus uis, & abstergunt. Et ex rebus masticibus ad hoc est pulmo uulpis ficcus: & proprie dractma cum eo quod conuenit ex potibus. Et ex eis est hyssopus, hysce, & calamintha, & origanum persicum, & cypripiper.

Galenus autem dicit quod decoctio passularum enucleatum, & fœnogræci, & rutæ cum modico castoreo, com dius frequenter data operatur.

Item dixit, quod gutta ammoniaci propinata cum opoponite potenter liberat. Et ex eis est decoctio hyssopi cum melle & ficbus. Et ex eis est crocus cum melle, elargat enim anhelitum: & similiter cuminum mistum cum aceto. Et ex expertis difficultati anhelitus est laurus, & grana eius oleum ipsius secundum omnem modum administrationum: siue bibita, siue loch ex eis, & siue unctiones. Et ex expertis est enula, & succus eius. Et ex unctionibus pertum est oleum laurinum: & oleum de spica: & oleum taceum: asypicerolum, & similia. Et ex eis quæ emplastrata sunt anellum, & chamamelum, & sampsuchus: quæ

coquantur, & euaporentur eis pectus, & partes uicinæ. Ex medicinis autem compositis, quæ conferunt stricturæ anhelitus, & difficultati eius, sunt mitridatum, & theriaca, & athanasia magna, & parua: & medicina de moscho dulcis, & amara, & diasulfur, & diamarre proprie, & sagzenea magna, & parua, & philonium: & proprie diatrion pipereon: & alia, quorum narrationes faciemus post.

Medicinarum uero pectus mundificantium, & pulmonem ab humore crasso, & putrido, & oppilatione, summa hæc est. Hyssopus proprie secundum omnem modum administrationis eius: & hysce, & origanum, & sagapenu, & proprie cum uino: & medicina de scilla. Vrticæ uero, & seminis eius iuuamentum est manifestum, educit enim humores crassos sepultos in pulmone, & pectore, & proprie sorbitiones decoctionis eius in aqua mellis & hordei, & ficbus siccis: & radix alfesaræ secundum omnem modum administrationis eius est mirabilis: & similiter tali eius, in primis cum eleuatur: & ex eis est nasturtium cum incisione & subtiliatione sua, & similiter capparis salita: & similiter porrum, & semen eius cum aqua hordei & melle: & decoctio uolubilis cum oxymelite est mundificantium bonum: & similiter sefelis cum melle: & similiter iris: expellit enim materias, & mundificat pectus efficaciter. Sagapenum autem cum aqua rutæ est mundificantibus pectus fortiter, extrahens ab eo humores crudos & proprie eius drachmæ unius tertiæ duæ. Mundificant etiam pectus omnes species granorum pini à sanie, & crassis humoribus, secundum omnem modum administrationis eorum. Iuuamentum decoctionis calaminthæ cum ficbus, aut passulis enucleatis, in extractione crasso rum humorum ex pectore, & pulmone, & dilatatione anhelitus

antheletus est sublime & similiter facit comestio ipsius amygdalis, & saccharo, aut melle, aut ficibus siccis, & etiam intentionis est albasce, & saror Arabicum, & lan & grana eius cum melle.

Medicinarum autem exiccantium superfluam humorem aggregatam in pectore & pulmone, quibus utendum est subsumgijis, & interdum potionibus, summa hæc est, nicum tritum, & distemperatum cum vitellis ouorum, inde accipe ferulam, & incide eam per frusta rotunda, & imbiantur prædicta medicamina, & dimitte exire. Et fiat suffumigatio cum eis, & recipiatur fumus in optraiectionum, & asiduetur per aliquot dies, omni die, quoniam sanat. Et si derelinquatur uehementia excitationis in pectore & pulmone, redeundum ad mollificationem proprie, sicut est syrupus de chesmes, & decoctum cum, & ius gallinæ, & ius attriplicum, & medietas decoctarum cum gallinis, & quæ hoc cursu procedunt, ad inunctiones pectoris. Deinde redeundum ad admittitiones medicaminum summe huius, & non negligatur optratio hæc, quoniam sanat. Huius etiam intentionis est suffur citrinum mistum cum arsenico, & proprie sunt partes æquales, & fac formas similes auellanis cum abrenum caprarum, aut uaccæ. Et utere sicut diximus pertraiectionum. Et ex eis est myrrha, costus, aristolochia & casia, & crocus, & arsenicum.

Fiant ex eis formæ cum adipe caprino. Et utere similiter arsenicū, & aristolochia similiter cum adipe caprarum. Ex eis autem huius intentionis quæ dantur per optrationem, cum ouis sorbilibus: aut sulfur, & arsenicum cum ouis, & cum melle. Aut arsenicum cum aqua melle

Aut pilulæ ex arsenico: & gummi pini. & nos plura intentionis huius scribimus postea, si Deus uoluerit.

Cura autem asthmatis facti à materia catarrhali est duæ res.

Prima est intentio, quam adhibere oportet in prohibitionem catarrhi: & hoc quidem dictum est in cura eius.

Secunda est intentio in maturatione & expulsionione eius quod aggregatum est in pectore & pulmone: & hoc dictum est in præsentis capitulo. Factum autem à complexionis malitia sine materia curatur cum eis quæ diximus: & si quidem fuerit à siccitate & corrugatione pulmonis ad seipsum, tunc potest contingere secundum duos modos. Aut enim est sine febre. Et cura eius est inunctio pectoris cum enemationibus, aut cum emplastrationibus, uel unktionibus mollibus, & frequentatio potus lactis, & proprie caprini, aut asinini, & comestio eius, & oportet ut sit pastus animalium ex rebus humidis, sicut proprie herba hordei, lactuca, & malua, & similia. Et frequentetur balneatio in tina cum frictione facta cum ouis, & mica panis infusa. Et sint cibi eorum iuscula ex attriplice, & malua, & portulaca, aut pululus, aut oua sorbilia & accipiant ex lohoc, & alijs medicinis curantibus siccitatem pectoris: de quibus loquimur post. Si autem fuerit cum febre, cura eius est potus aquæ hordei, & tulle subtilis, & aqua melonum indorum, aut cucurbitæ, aut aqua earum cum saccharo, aut per se: & sit cibus eorum proprie cucurbitæ, lactucæ, olera & herbe humide cum oleo amygdalarum dulcium: & detur in potu in matutinis: & in sero mucago psyllij in aqua citrulli, & cucurbitæ, & melonis Indi. Inungatur autem peclus eorum cum ceroto Galeni, aut cum cera, & oleo uiolato imbibitis in mucagine psyllij, aut in aqua portulacæ, aut lactucæ, & citrulli,

citrulli, & similia, & utantur lohoc, & syrups, & cinis conuenientibus, quæ dicuntur post. Cum autem declinauerit, intret tinam, & fricetur corpus sicut ianus mus. Factum autem à super calefactione pulmonis & ris, curatur sicut hic proximè diximus.

Galenus autem inquit: cum peruentum ad accessionem, tunc potius blandiendum, quam curandum. Peritur enim interdum ad præfocationem in exiccatione minimum, quare regimina distinguenda sunt.

Et primò in regulatione uitæ eorum, ut parientia & potibus cum gradatione, sicut natura exposulat: regulentur in alijs generibus rerum sicut scis.

Secundò peruenitur ad maturantia, & propriè mediæ abstersionis, aut debilis, ex his quæ scis: & gradatim alimenta & uaporationes ex his quæ scis.

Tertiò ad fricationes, & ligaturas in extremitatibus gradatione.

Quartò si signa plenitudinis sanguinis appareant, botomentur ex basilica. Si autem signa aliorum humorum appareant, differant à purgatione, & uomitu, & ebullitione, quousque iam uehementia paroxysmi cessauerit, maturatiuorum, & faciliū excreatum apparuerit, & anhelitus melioratio. tunc enim audendum est per his cum cautela.

Quintò si paroxysmus usque ad quadraginta dies declinauerit, tunc inter spatulas uentose tur cum scampatione, usque dum competens sanguinis euacuatio fiat. Deinde administrantur hiera, & euacuationes notæ: & ebullitio acuta cum gradatione, & uomica medicina, sicut in rene distinctum est.

Sextò si adhuc ulterius paroxysmus extendatur, sinapis in pectore, aut medicamen rubificatiuum apponetur. hac enim operatione, & ordine, tollitur agritudo, si Deus uouerit.

Democritus. Dandum in primis quæ aptant materiam, & digerunt, & ad terminum facilitatis, & maturationis adducunt: quælia sunt scenogracum, uuæ passæ, & ficus siccæ & pingues, dactyli pingues, & mel, & syrupus ex eis. Et ex eis sunt unctiones circa pectus, & propriè ex æsopi ceroto cum calida lana. Cum autem materia & sputamina digesta apparuerint, administranda deinceps & maturantia prædicta, & materiam digestam educentia, pectus quoque mundificantia, qualia sunt urtica senina cum hydromelite, & origanum: & hyssopus sicca, & calamintha, & iris, & pulegium. Hæc enim pectus mundificant. Et si materiei apparuerit exuberantia, uomitum prouocabis & cum iteratione: & propriè cum elleboro in radice rasari includo, & oxymelite. Et si adhuc opus maius, per uentrem materiam educes.

Ultimò autem cum res magis processerit, danda sunt quæ exiccant materiam, & pectus elargant: qualia sunt scilla in aceto cocta, punices, baurach, fæces uini combustæ, auripigmentum, sulfur: de singulis partes æquales. Fiat eorum contritio bona, & misce cum melle, & da mane quolibet cochlearium unum. Hoc namque medicamen asthma difficile, & tussim curat.

Filius Zachariæ Arasi. In primis utendum est rebus quæ materiã maturent in pectore: sicut est propriè decoctio hæc.

Recipe ficum siccarum drachm. decem, passularum enucleatarum drachm. decem, dactylorum pinguium drachmas

septem, seminis apij, foeniculi, capillorum ueneris, liq̄e-  
tia, hyssopi, prassij, foenograeci ana drachmas quinque. Co-  
quantur in aqua sufficienti, & da ex ea omni die circiter  
bram ꝑ. cum mellis uncia una. Et cum maturationis signa  
apparuerit, da ex decoctione praedicta cum drachmis  
bus confectionis huius. Cuius haec est permissio.

Recipe succi liquiritiae, & hyssopi, capillorum ueneris  
ana drach. decem, cordumeni, piperis, amygdalarum ana  
rum, aristolochiae rotunda, seminis urticae, iridis, ban-  
nasturtij, seminis rafani ana drachmas quinque, mellis  
spumati quantum sufficit. Est enim medicina benefici-  
expellendum superfluitates sepultas in pectore. Potest  
enim repellit eas. Cum autem hoc per octo dies, aut amplius  
feceris, prouocabis uomitum, & proprie post esum sinapis  
& mellis. Et postquam hoc feceris, uentrem solues cum pi-  
lulis, quarum descriptio haec est.

Recipe agarici drachmas quatuor, pulpae colocynthidis  
hyssopi drachmas duas, & ꝑ. succi liquiritiae drachm. tres  
prassij, iridis, seminis urticae, sinapis ana drachman. unam  
& ꝑ. turbit, hierae picrae ana drachm. quinque. Dosis  
est a drachmis duabus, usque ad quatuor. Dabis  
tem ter usque in hebdomadam, perfecte enim mundificat  
pectus: & si post haec tota non tollatur aegritudo, redi-  
administrationem omnium quae dicta sunt secundum scriptam  
ordinem. & hoc facias usque dum tollatur aegritudo, si Di-  
uoluerit.

Isaac Heben Amaran curauit quendam patientem diffi-  
cultatem anhelitus, & tussim difficilem, secundum hunc  
dum.

In primis dedit maturantia, & digerentia materiam.

Secundis

Secundo euacuauit cum his pilulis, quas nominauit coccias.

Recipe aloes rubi drachmas sex, agarici drachmas qua-  
tuor, mastichis, colocynthidos, sarcocollae ana drachmas  
duas, stachados, hasce, scammonij ana drachm. unam, & ꝑ.  
Fiant pilulae sicut cicer cum aqua foeniculi humidi. Dosis ea-  
rum est drachmarum duarum, & ꝑ. de quarto, in quartum  
diem in mane. Deinde habeat cibum pullos coctos cum mal-  
uis, aut attriplice.

Tertio dedit de electuario huiusmodi, quod confert tussi  
& constrictioni anhelitus.

Recipe seminum melonis, citrullorum mundatorum, al-  
cheremben, foeniculi, amfi, amygdalarum, pinearum mun-  
datorum, hyssopi, capillorum ueneris ana drachmas decem,  
croci aureos duos, castiae, tragacanthae, liquiritiae ana drach.  
duas, opij aureum unum. Tere, & confice cum libra una pe-  
nidiarum. Et dosis eius auri unius in mane cum decoctione  
hyssopi: & in sero ponat ex eo sub lingua circiter drachm.  
unam, & transglutat saliuam eius. & sumat omni mane u-  
sculum ex amylo, & surfure cum penidijs, & amygdalis,  
& seminibus foeniculi tritis, & in sero comedat maluas, uel  
attriplices, uel betas cum pullis, uel pullos cum saccharo,  
croco, & amygdalis, & passulis, & pauco aceto. Et erat  
ei de consuetudine, si corpus erat plenum abundans, post  
quartam purgationem, & si tempus ferebat siebotomare pa-  
tientem de basilica: & praecipiebat trahi de sanguine a dra-  
chmis quinquaginta usque ad drachmas octoginta. Et se-  
cundum hanc uiam curauit plurimos.

Isaac Heben Amaran fecit cuidam patienti asthma, & dif-  
ficultatem anhelitus, & tussim.

Recipe farinae cicerum, amygdalarum dulcium, seminis

melonis, tragacanthæ, thuris masculi, botron ana drachmas  
decem, praesij, capillorum ueneris, hyssopi, calamintæ,  
drachmas quatuor, hyoscyami albi, liquiritiæ, seminis papau-  
ueris albi ana drachmas decem. Tere, & confice cum  
duplo ponderis omnium, & reconde in uase uitreo. his  
eius est drachmarum duarum, teneat sub lingua, & in-  
glutiat saluam eius.

Zeid. Medicamen conferens tussi, & asthmatis, & sic-  
cæ anhelitus.

Recipe seminis melonis, citrulli, cucumeris, cucur-  
bitudatæ, seminis lactucæ, liquiritiæ, amygdalarum dulcis-  
anararum, granorum elmeluth magnorum ana drachmas  
decem, papaueris albi drachmas uiginti, styracis, granorum  
halep mundatorum, seminis maluæ ana drachmas quatuor,  
croci, opij ana drachm. duas, Confice cum melle & sac-  
cro. Et sit dosis eius sicut nux cum aqua tepida, & in-  
pectus cum aliquo eorum quæ conueniunt, & ieiunet circa  
super medicanine circiter horas septem.

Idem. Loch conferens asthmatis, & tussi sicca, siccæ  
cholera sicca, & facit tere, & confert apostemati pul-  
monis, & panniculi. Est expertum.

Recipe farina fabarum drachmas decem, amyli drach-  
quinque, seminis cucumeris, melonis ana drachmas septem,  
feminum citoniorum, maluæ, tragacanthæ, liquiritiæ,  
cheberon ana drachm. septem, papaueris albi drachmas  
uiginti. Tere, & confice cum rob drachmis centum, pe-  
dalarum drachm. quatuor, & fac firmas similes melle  
& teneat sub lingua, & transglutiat saluam eius. De-  
bet sorbitiones furfuris tenues cum pauco oleo amygdala-  
larum dulcium, & penidijs, & in sero comedat spinab-

aut attriplies, aut siclam cum oleo sesamino, aut amygdala-  
larum.

Hanech. Syrupus de praesio mirabilis, conferens cum  
auxilio Dei asthmatis, & difficultati anhelitus, & tussi,  
& flegmati aggregato in pectore senum. bonum, & ex-  
pertum.

Recipe passularum pinguium enucleatarum, iuiubarum  
pinguum sine osibus, & sebesten ana drachmas centum, fi-  
cus pingues triginta, capilli ueneris, hyssopi, calamintæ, li-  
quiritiæ ana drachmas uiginti, corticum radicum apij, foenicu-  
culi, anisi ana drachmas decem, praesij drachmas quinquaginta,  
aque pluuiialis libras quindecim. Bulliant usque ad li-  
bras quatuor, & pone super residuo aquæ libras sex, & bul-  
liant usque ad libras duas, deinde accipe utraq; aqua, & pone  
super eam mellis boni, & penidiarum, & meibubeg ana  
drachmas centum, & quinquaginta. Et sit dosis eius uiciariu-  
trium, cum aqua calida. Et sit cibus eorum sorbitiones factæ  
ex fursure, aut tritico cum melle, aut penidijs, & oleo any-  
gdalino, & carnes cum tritico, uel betis, cum speciebus hu-  
midis: sicut est proprie zinziber, anisum, arseni, & simi-  
lia.

Hanech. Syrupus alius de praesio mirabilis, conferens  
cum auxilio Dei tussi flegmaticæ, & asthmatis difficili, &  
aggregationibus flegmatis in pectore senum.

Recipe praesij drachmas uiginti, liquiritiæ, hyssopi, cala-  
minthæ, capilli ueneris ana drachmas decem, radicum apij,  
foeniculi, anisi ana drachm. quinque, amygdalarum, pinea-  
rum mundatarum, & scenograci ana drachmas duas, semis  
passularum enucleatarum drachmas centum, iuibæ & sebes-  
ten. ana drachm. quinquaginta, ficus siccas decem, mellis.



rob, penidiarum ana libras duas. Fiat sicut prius. *bon*  
 & expertum.

Hanech. Syrupus iuiubinus confert asthmati, & op-  
 tudinibus pectoris sanguineis, & cholericis, & asthma  
 & siccitati ipsius, & dolori.

Accipe pulpæ iuiubarum pinguium, & pulpæ sibi-  
 ana drachmas centum, liquiritiæ mundatæ, capillorum  
 ris ana drachmas triginta, seminis maluæ, tragacanthæ  
 drachmas uiginti, seminum melonis drachmas uiginti, &  
 pluuiialis calidæ libras quindecim. Dimitte die ac nocte  
 inde bulliant lento igne usque ad libras quinque, deinde  
 & pone super residuo iterum aquæ libras octo, & co-  
 rrsque ad libras tres. Deinde accipe utranque coctionem  
 pone medium pondus aquæ ex penidijs, & facciam  
 fiat syrupus. Et dosis eius sit uncia unius, cum aqua  
 da. Et si adsunt uigiliæ, adiunge seminum papaueris  
 corticum eius, & seminum lactucarum ana drachmas  
 uel exprime lac eorum, & misce cum syrupo, & da  
 num si Deus uoluerit.

Hanech. Si asthma sit ex crassis humoribus, deinde  
 rupus pectus & pulmonem à crassis humoribus mundat  
 & conferens anhelitui.

Recipe radicem apij, foeniculi, anisi ana aureos seu  
 dicum liquiritiæ aureos quatuor, amygdalarum dulcium  
 amararum ana drachmas quatuor, anisi, hyssopi, sicut  
 maluæ ana drachmas quinque, passularum emulcentem  
 carnum iuiubarum ana drachmas uiginti, ficus siccas sic-  
 Coque in libris septem aquæ usque ad tertiam partem.  
 da bibere cum melle, aut penidijs, & da usque ad bibere  
 madam unam. Deinde da cum eodem syrupo electarium ead-  
 re

recipit iridis, hyssopi, orobi, aristolochiæ rotundæ, cala-  
 mnthæ, hæscæ, castiæ ana drachmas duas, costi, spicæ ana  
 aureum s. prassij aureum unum, & s. ficuum siccarum pin-  
 guium, dactylorum pinguium ana quinque, passularum emul-  
 cleatarum, amygdalarum dulcium, & amararum, pinea-  
 rum mundatarum ana drachmas sex. Confice cum melle  
 colato quantum sufficit. Et sit dosis eius drachm. quatuor.

Hanech. Si asthma & tußis fuerint cum dominio sangui-  
 nis, aut cholerae, siebotometur basilica: deinde succus serio-  
 læ, aut solani, & foeniculi humidi coctus & depuratus detur  
 cum melle, uel saccharo uiolato, aut syrupus uiolatus cum  
 aqua cucurbitæ: & si indiget mundificatione, soluiatur cum  
 aqua fructuum, quæ est secundum hunc modum.

Recipe carnum iuiubarum drachm. uiginti, succi cucur-  
 bitæ decoctæ in pasta uncias quatuor, succi solani, & foeni-  
 culi humidi ana uncias tres, castiæ fistulæ, sacchari uiolati  
 tereniabin ana unciam unam, olei amygdalarum dulcium, &  
 recentium drachmas sex, lactis mulieris iuuenulæ drachmas  
 j. pectus autem inungatur cum ceroto secundum hunc modum.

Accipe olei uiolati uncias quatuor, ceræ albæ unc. unam,  
 conuassentur prius in aqua dulci per uices plures: deinde  
 conuassentur cum mucagine seminum citoniorum, & muc-  
 cagine psyllij, & mucagine tragacanthæ, & lacte mulie-  
 ris, conuassatione super conuassationem, usque dum im-  
 pinguetur.

Confectio Loch conueniens eis.

Recipe seminum melonis, & citrulli, & cucumeris, &  
 cucurbitæ ana drachm. unam, seminum lactucæ & portulacæ  
 ana aurcum unum, papaueris albi aureos duos. Terantur om-  
 nia contritione ultima, & inuolue ea cum oleo amygdala-

rum dulcium, & recenti. Deinde confice cum syrupo  
ius hic est modus.

Recipe aquæ cucurbitæ coctæ in pasta librâ unam, &  
projice super ipsam seminum citoniorum aureos duos,  
drachmas duas. Dimitte eas per horas duodecim, &  
conquassetur manibus & coletur: accipe mucaginis  
uncias sex, syrupi uiolati uncias octo, coquantur usque  
mediocrem habeat spissitudinem, & fiat loch cum alijs  
fit dosis eius drachm. trium, uel quatuor, cum lacte rosæ  
si non est febris: & si est febris, cum aqua hordei, aut cu-  
bitæ, aut citrullorum, aut seminum portulacæ. & con-  
etiam febribus exasperantibus, & siti uehementi con-  
frigidissima. Et si adsunt uigilæ: da cum lacte quod  
tur ex papauere albo, & aqua frigida.

Dioscorides dixit aquã decoctionis ficuum, hyssopi  
fœnogreci, esse mundificatiuum bonum pectoris & pul-  
monis: aut aquam decoctionis hyssopi, passularum, & pas-  
græci cum melle. Et dixit aquam decoctionis hordei  
urticis, similiter mundificare pulmonem, & pectus  
humoribus, aut semen urticæ cum aqua hordei & melle  
est fortius. Dixit iterum: porrorum elixaturam, aut pas-  
corum in aqua hordei cum melle ualere asthmatis, & ma-  
ficant pectus. Et si fiat uomitus cum ea, & baurach, &  
uamenti sublimis. Et dixit quod ius galli mulæ anti-  
tis, & proprie cum hyssopo, & hasce, & chartano, &  
asthma medicina mirabilis. Et decoctio quandoque gal-  
iridis confert similiter, abstergit enim & mundificat ab-  
sione, sine mundificatione forti. Et quandoque additur  
lypodium cum anetho. Dixit iterum. Grana lauri cum  
hyssopi, passulis, & melle, esse medicamen sublimè, aut

aqua calaminthæ, & hasce, & melle.

Hermes tradidit medicinas mirabiles ad asthma, & tuf-  
sim. & eius descriptio est.

Recipe sabinæ, foliorum siccorum tritorum sicut alcohol  
unciam unam, inuolue cum butyri uaccini pluries loti aureos  
quatuor. Confice cum melle colato, quantum sufficit. & post  
ipsum alij addiderunt liquiritiæ drachm. quinque, pinearum  
purgatarum, amygdalarum mundatarum. ana drachmas qua-  
tuor. Dosis eius est ab aureis duobus usque ad aureos tres.

Paulus. Medicamen ad idem.

Recipe sabinæ aureos duos, mellis, & butyri quantum  
sufficit ad aggregandum. Et fit dosis drachmarum trium  
cum decoctione passularum, & hyssopi.

Ruffius inquit. Trado medicamen expertum, & ex ma-  
ximè secretis. Et est, ut des pulmonis uulpis sicci drachm.  
duas, cum aqua mellis: sumat cum celeritate, & proprie fre-  
quens ipsius sit administratio.

Filius Zachariæ Arasi. Modus decoctionis hyssopi, &  
est decoctio minor conferens tussi, & asthmati à caliditate,  
& asperitati pectoris.

Recipe ficus siccas decem, & iuinbas triginta, sebesten  
totidem, passularum enucleatarum, liquiritiæ rasæ ana drach.  
decem, seminum albeæ, citoniorum, hyssopi, uiolearum sic-  
carum ana drachmas quinque. Decoquantur cum aquæ libr.  
tribus, usque ad libr. unam, & dosis eius omni die sit uncia-  
rum trium, cum myrobalanis, & uolis ab aureis quatuor, us-  
que ad unciam unam, & sumat post illud manè, & serò ex  
loch, quod recipit capillorum ueneris, seminum melonium,  
citrullorum ana drachmas quinque. Confice cum syrupo uio-  
lato. Et fit dosis eius drachmarum trium, & si sufficit,

bonum. Et si fuerit cum eo febris, detur ei in potu, cum iucubutum, muccago psyllij cum aqua citrulli, aut cucurbitae, aut cum aqua quae mulgetur ex semine portulacae: & tenet in ore suo formas similes lupinis, quarum haec est scriptio.

Recipe succi liquiritiae drachmas decem, seminum cucurbitae, citrulli, portulacae ana drachmas quinque. Confice muccagine psyllij, & albumine oui, & bibit cum aqua perstitionis iuleb.

Si autem non fuerit cum eo febris, detur lac recens potandum & comedendum cum pane, & sorbendum una hora post horam, ut frangatur sitis: & sit lac quod magis proprie ex capris, quarum pastus sit herba hordei, & lacticae, & similia. Et confert emplastrare pectus cum ceru oleo uiolato imbibitis in muccagine psyllij: aut aqua portulacae, aut lactucae: & similibus. Et sit cibus eorum, pedes, & capita haedorum: aut pulli cum cucurbitis: aut Kist cum oleo amygdalino: aut sorbitiones ex sauch hordei, aut tritici cum saccharo: & frangat aquam frigidam cum iuleb.

Si autem sit in pectore, aut pulmone materia calida, & quid crassitiei habens, administrantur trochisci cum decoctione hyssopi praedicta: quorum haec est descriptio.

Recipe succi liquiritiae, uiolarum siccarum ana drachmas decem, amygdalarum amararum, seminum althaeae, tragacanthae, seminum foeniculi ana drachm. tres. Confice cum mucagine psyllij, & seminis lini, & citoniorum: & da cum hyssopo uiolato. Pestinant enim maturationes, & faciunt speciem facilem.

Si autem mundificatione corporis indigeret, soluantur in tura de quarto in quartum diem cum hac infusione.

Recipe pulpae, castiae fistulae, myrobalanorum, uiolarum, siracostana unciam unam, trochisci de uiolis drachmas tres. Distemperentur cum decoctione hyssopi praedicta, & da in mane.

Confectio trochiscorum de uiolis est huiusmodi.

Recipe foliorum uiolarum mediocrium in exiccatione, & humectatione drachmas sex, turbiti boni arundinei drachmas quatuor, succi liquiritiae, tereniabini ana drachmas duas, scammonij drachmas duas. Fac trochiscos: ualent autem ad constrictionem anhelitus, & leniunt naturam, & mundificant pectus.

Filius Zachariae. Modus confectionis hyssopi, & est decoctio maior, conferens etiam tussi, & asthmae a materia crassa multae humiditatis: mundificat enim pectus, & pulmonem ab ea, & saue, si fuerit in ipsis.

Recipe ficuum siccarum albarum & pinguium decem, numero: & dactylorum pinguium tantundem, scenogracii, radicem apij, foeniculi, seminis utriusque: seminum urticae, anisi, hyssopi siccae, calaminthae, iridis, prassij ana drachmas quinque, liquiritiae mundae drachm. decem, capillorum ueneris drachmas septem. Decoquantur in libris quatuor aquae usque ad tertiam. Et sit dosis eius unciarum trium cum melle. Et datur conuenienter.

Medicamen de gentiana, quod maturat, & educit a pectore humorem crassum, aut sanctosum.

Recipe capillorum ueneris drachmas decem, amygdalarum amararum drach. v. iridis drach. tres, corticum radicem cappari, orobi, seminum apij, & foeniculi ana. 3. ij. gentianae, aristolociae rotundae ana. 3. v. confice cum melle aspsumato. Et sit dosis eius a drachmis duabus usque ad aureos duos.

Confectio

Confectio formarum similium lupinis, conferentibus  
spinoe, quae tenentur in ore, & conferunt uehementer.

Recipe succi liquiritiae, papaueris, sacchari ana per  
aequales. Fiant inde praedictae forma.

Confectio unguenti quod maturat, & lenit materias  
pectore. Accipe cerae citrinae unciam unam, olei de Keiri  
& proprie citrinae drachmas quatuor, adipis anatis,  
gallinae, & mucaginis scenograci, & seminis lini ana  
drachmas quinque, styracis drachmas sex. Fiat eorum aggre  
ssio bona, & ungetur pectus ex eis. Est enim expe  
ritum bonum.

Confectio pilularum de agarico ex nostra inuentio  
mundificans pectus, & pulmonem: & conferens quibus  
& tussi antiquae.

Recipe agarici drachmas sex, iridis, prassij ana drachmas  
duas, turbit drachmas octo, hierae picrae drachmas octo  
cynthidos, sarcocollae ana drachmas quatuor, myr  
rrhae drachmas duas. Conface cum rob. Et dosis earum sit drach  
marum duarum.

Ceratum ex inuentione nostra, leniens pectus, materias  
materias in pectore & pulmone.

Recipe aegypti drachm. duodecim, cerae citrinae drachmas  
quatuor, olei de Keiri citrinae drachmas quadraginta, per  
dulla cruris uituli, adipis anatis, & uituli, & gallinae  
drachmas octo, myrrhae, bdellij, mucaginis scenograci,  
seminis lini ana drachmas octo, figiae, terebinthinae ana drach  
mas sex, mucaginis albae drachmas tres. Conface sic. Myrrha  
& bdellium redigantur in subtilem puluerem, & miscerantur  
cum mucagimibus, usque dum dissoluantur in eis. Deinde  
ceteris fiat unguentum, & fiat unctio ex eo tepido.

Ioannes Serapionis. Loch ad asthma conferens, & con  
strictionem anhelitus, & subtiliat humores crassos.

Recipe scillae asae drachmas sex, radicum lilij caelestis  
drachm. quatuor, hyssopi, prassij ana drachmas duas, myr  
rrhae, croci ana drachmam unam. Tere & confice cum  
melle.

Loch aliud eiusdem bonum ad asthma, & constrictionem  
anhelitus.

Recipe sesami excorticati, nasturtij ana drachm. triginta,  
penidiarum drachmas uiginti, hyssopi drachmas septem.  
Conface cum penidijs, & sit dosis eius drachm. quinque, cum  
decoctione hyssopi.

Confectio uaporis exiccantis humiditatem in pectore, &  
confert asthma, & tussi humidae.

Recipe arsenicum, & tere contritione bona, & distem  
pera cum uitello oui, & accipe ferulam siccam, & diuide  
eam in rotundula multa, sicut est magnitudo nucis, deinde il  
linas eam cum medicamine, & dimitte siccare: & cum uti uo  
lueris, unge eam cum sepo renum caprarum, aut boum: &  
fiat suffumigium ex una post unam per hebdomadam: & re  
cipiat patiens uaporem ore aperto.

Aliud. Accipe arsenicum, & sulphur, & fac formas simi  
les auellanis cum sepo renum caprarum: & utere similiter.

Aliud conferens tussi, & asthma plurimae humiditatis.

Recipe aristolochiae rotundae, myrrhae, styracis, thuris  
ana drachmam unam, arsenici drachmas quinque. Tere &  
confice cum butyro uaccino, & fac formas similes auellanis:  
& suffumigetur una post unam. Ea autem quae bibuntur se  
cundum hanc intentionem, aut lambendo sumuntur, dicta sunt  
in canone.

## De tussi.



**T**USSIS quaedam est humida, quaedam secca, quaecunque earum fuerit, aut est causa in membris ipsius spiritus, aut ab alijs membris, sicut tussis cartarrhalis. Et tussis est quae fit cum immunitate aliorum membrorum, sicut stomachi, hepatis, splenis, aut corporis totius, sicut in febris.

Tussis quidem catarrhalis cura sunt duae res. Prima est sedatio fluxus catarrhi: & diximus curam eius. Secunda est secundum duos modos. Primus est maturatio eius, quod dixit. Secundus esteductio, & abstersio eius ex eis, quae dicemus iam.

Cura autem tussis quae fit à communitate est duae res.

Prima rectificatio illius membri.

Secunda est occurrere impressioni illatae in spiritalibus membris, ex his quae dicemus.

Tussis autem humida, cuius causa est in spiritalibus membris, est secundum unum duorum modorum: aut à malitia complexionis sine materia, & dicta est cura eius: aut cum materia calida, & frigida, crassa uel subtili, & dicta est cura eorum in capitulo de asthmae sufficienter.

Sicca autem tussis est secundum duos modos: aut cum febre: aut sine febre: & qualiscunque sit, dicta est cura eius in capitulo de asthmae à simili causa.

Mahomet Arafti. Tussis catarrhalis à catarrho calido & subtili secundum intentionem primam curatur cum rebus proprie incrassantibus, & coadunantibus ipsam, & tardantibus uelocitatem sui fluxus: sicut proprie syrupus papaueris, & fortius est eo iacur, & gargarizet ante

num aquam decoctionis balaustrorum, & rosarum siccarum: deinde ponat sub lingua sua ex his trochiscis.

Recipe anyli, tragacanthae, amygdalarum dulcium excorticatarum, farinae fabarum, seminis papaueris albi, & nigri, & corticum eius, gummi Arabici, & boli Armeni. Fac ex eis formas similes lupinis cum muccagine psyllij, & seminis citonij, & detur eunti dormitum: ex de iacur circiter unam drach. & est fortius eis. Et si significatur cum hoc plenitudinem esse in sanguine, sebotomamus cephalicam post sedationem acuitatis, & inflammationis superfluae. Et mane damus aquam hordei decoctionis iuiubarum, & sebesten, cum myrobalanis uolarum, & cum syrupo de papauere in sero. Et datus cibos, sorbitiones ex farina fabarum, & aqua hordei, cum eo quod mulgetur ex semine papaueris albi, aut ex semine, & cortice.

Si enim uigiliae adsunt, cum oleo amygdalino dulci, & penidij. Et datus etiam atriplicem, & maluas, & ex lactucis cum amygdalis, & sorbitiones ex tritico donec dissoluantur, aut ex sauch.

Si autem indigent uentris solutione, & tussis fuerit sicca, & asperitas in pectore, tunc accipe iuiubarum, & sebesten ana uiginti numero, pasularum enucleatarum drach. x. uolarum, liquiritiae ana drach. v. ficuum siccarum numero decem. Decoque in libris tribus aquae usque ad unam, & dissolue in ea sifia fistula, tereniabin ana. ʒ. j. Et si patiatur calorem, cum hoc da myrobalana de uolis, aut aqua hordei. Si autem iam se creare coeperit, occurrit nobis iam intentio secunda: & cum uolueris ut uentris solutione pectus mundificetur, dabimus tunc myrobalana uolarum cum decoctione hyssopi minore, quae diximus in cura asthmae calidi, & similia pectus mundificantia.

Si autem fuerit tussis à catarrho frigido, & crasso, præcipimus ut lambat omni sero ex myrrha circiter chmam unam, cum melle, & gargarizet ante somnum præprie myrrham, & crocum cum aqua mellis, aut rob, cum iacur, si necessitas expetit. Et si necessaria est uentris festio, fiat illud cum pilulis cocijs, aut cum hiera diacolor thidos, & si post illud fortiore indiget medicamine, his pilulis.

Recipe styracis liquidæ, myrrhæ, thuris masculis, croci, succi liquiritiæ ana. Fiant pilulæ sicut cicer. De à drachmis tribus, usque ad quatuor, & sumat ex eis in m. Cum autem quod aggregatum est in pectore iam matuerit, & expuitur, da decoctionem hyssopi maiorem, & aliam dicemus in tussi à materia crassa & humida.

Si autem catarrhus cum his non sistitur, & tussis profluit, oportet ut demus aliqua ex stupefacientibus, & tibi uehementian sedantibus, ex his quæ dicemus.

Si autem hæc non sufficiunt, tunc oportet ut radice put, & fricetur in loco rubendeg in balneo cum panacea ta asperitatis donec locus rubeat, & si non sufficit, in eodem loco cum emplastro ex sinapi contrito, & decoctione ficuum, & dimitatur donec uescietur locus. De aperiantur uesciæ, & non consolidentur tempore exitu.

Et si adhuc non contulerit, cauterizetur super rubendeg, & teneatur cauterium longo tempore apertum. Hæc autem tussis curanda est

exquisite cum multa sollicitudine.

Perducit enim

ad phthisim ple-

runque.

Medicinæ frigidæ ad tussim  
catarrhalem.



MAHOMET Arasi. Confectio syrups de papauere mirabilis ad tussim ex catarrho calido, & phthisim.

Recipe papaueris albi, & nigri, ana drach. centum, seminis lactuca drachmas ducentas, seminis hyoscyami albi drachmas triginta, coquantur in aquæ libris septem, usque ad libras duas. Deinde cola, & proijce super ipsum mucaginis psyllij libram β. rob libram unam, coquantur donec infussentur, & administrentur.

Idem. Confectio trochiscorum de papauere conferens ut supra.

Recipe papaueris albi drachmas triginta, seminis cucurbitæ, citrulli, hyoscyami albi ana drachm. uiginti, anyli, tragacanthæ, gummi Arabici ana drachmas quindecim. Confice cum mucagine psyllij. Dosis drachmarum trium, cum syrupo de papauere, aut cum aqua hordei: sunt enim boni ad tussim calidam catarrhalè, cum qua est stutum subtile citrinum. Bonum & expertum.

Idem. Confectio pilularum de papauere ad tussim siccam, quæ infestat in nocte, & ad catarrhum calidum.

Recipe opij, anyli, gummi Arabici, succi liquiritiæ ana partem unam, papaueris partes duas. Fiant pilulæ sicut cicer, & da ex eis drachmas tres, usque ad quatuor, in sero. Conueniunt etiam pueris qui uomunt, & non possunt dormire propter tussim. De iacur, & de diacodion, dictum est in grabadin nostro.

Diapapauer ex inuentione nostra, conferens cum auxilio

Dei, tuſſi catarrhali noui, & multi temporis, & multarum ægrotudines peſtoris. & eſt mirabilis.

Recipe papaueris drachmas triginta, liquiritiæ, tragacanthæ, penidiarum ana drachmas triginta, gummi Arabici, ſucci liquiritiæ, farine fabarum, ſceniculi, amiſi, ſeminis flucæ, amyli, ſeminis portulacæ, maluæ ana drachmas decem, ſeminum cucumeris, melonis, cucurbitæ ana drachmas quinque. Conſice cum melle colato, aut cum penidijs, melle ana quantum ſufficit. Doſis eſt aureorum duorum.

Syrupus de papauere ex inuentione noſtra conſertur catarrho, & tuſſi ab eo: & proprie cum caliditate, & aſperitate. Experium.

Recipe papaueris albi drachmas triginta, papaueris nigri drachmas decem, ſeminum maluæ, gummi Arabici, tragacanthæ, ſeminum citrulli, & citoniorum ana drachmas quinque, liquiritiæ drachmas quindecim, pſyllij drachmas ſex, cœci præter pſyllium contunde, & pone ſuper ea aquæ libræ ſex, & dimitte die ac nocte, & fac bullire uſque dum redeat allibus tres. Deinde cola, & pone in eo hueg libræ unam, penidiarum libræ ſ. Coque lento igne uſque ad mellis ſiſtitudinem, da. Bonum ſi Deus uoluerit.

Hamech filius Zachariæ. Syrupus ex papauere conſertur tuſſi, & catarrho.

Recipe papaueris albi cum corticibus ſuis drachmas triginta, papaueris nigri, tragacanthæ, gummi Arabici ana drachmas decem, liquiritiæ, ſeminis maluæ ana drachmas quindecim, ſebeſten triginta. Contunde omnia, & fac coque cum aquæ libræ quinque, uſque ad libræ duas, deinde ca meibutheg, & ſacchari ana uncijs octo. Fiat ſyrupus. Deum ſi Deus uoluerit.

Idem. Diapapauer cuius iuuamentum eſt ſublime ad tuſſim catarrhalem cum caliditate, & aſperitate, & ſiti: & ad raucedinem uocis, & ad pleuritidem.

Recipe papaueris albi, penidiarum ana drachmas triginta quinque, ſucci liquiritiæ, gummi Arabici, tragacanthæ, ana drachmas decem, amygdalarum dulcium drachmas octo, amyli, ſeminis citoniorum, ſeminis portulacæ, ana drachmas quinque, ſeminis cucumeris, citrulli, melonis, & cucurbitæ, lactucæ, & maluæ ana drachmas quatuor. Tempera cum ſyrupo niolato. Doſis eius ab aureis tribus uſque ad unciam ſ. cum aqua herdei decoctionis iniubarum, & ſebeſten. Et ſi habet uigilias, cum eo quod mulgetur ex papaueris ſemine cum cortice ſuo.

### Medicinæ ad tuſſim catarrhalem frigidam.



HAMECH Araſi. Conſectio pilularum de ſtyrace ad tuſſim catarrhalem abſque caliditate, quæ inquietat in nocte, & inducit uigilias.

Recipe ſtyracis liquidæ albæ, libani, myrrhæ, ſucci liquiritiæ, opij, ana partes æquales. Fiant pilulæ ſicut cicer. Doſis earum eſt duarum, aut trium.

Sabor Girges. Conſectio pilularum, quarum iuuamentum eſt ultimum ad tuſſim catarrhalem, & phthiſim.

Recipe ſtyracis, myrrhæ, croci, opij, libani, caſtorei, iridis, pinearum purgatarum ana. Conſice cum galbano, & ſtyrace diſſolutis cum pauco melle. da bis, uel ter in hebdomada. da duas, uel quatuor.

Galenus. Conſectio trochiſcorum ad tuſſim catarrhalem, qui tenentur ſub lingua, & ſiſtunt catarrhum, & ſedant tuſſim, & conſerunt phthiſi.

Recipe medicaminis trochiscati quod habuimus ab  
dromacho, pinearum purgatarum ana aureos quinq̄,  
li, gummi Arabici, tragacanthæ, papaueris albi, ana aureos  
duos. Fac formas similes lupinis: & da in sero tenendis  
lingua.

Alexander dixit canonem quem præterire non  
Etenim ante curabis catarrhum, quam ægritudines catarr  
les, nisi in duobus casibus, scilicet cum timueris ne præse  
tur: & succurres tunc cum uomitu. Et cum timueris ab  
tum apostematis in parte nobili, præuenies cum flebotom  
Et dico quod narcotica postquam ex catarrho in pectore, c  
pulmone plenitudo acciderit, dare suspectum est. Dabis  
tur ante plenitudinem. Post uero plenitudinem euacua  
prius. Deinde securius dabis, si ista dari oportet.

Alexander. Confectio pilularum ad tussim catarrhale,  
est ex medicinis benedictis, & est ex secretis, & con  
omnes ægritudines catarrhales. & uocatur pilula dicitur  
& dictæ sunt in capitulo de catarrho.

Idem. Confectio alia pilularum experta ad tussim, &  
alias ægritudines catarrhales.

Recipe styracis, myrrhæ, opij, ana. Fac pilulas cum me  
le despumato. Aliæ secundum eundem modum, myrrhæ, opi  
galbani, ana. Fac ut prius.

Isaac Heben Amaran. Pilulæ sedantes tussim antiquam  
& nouam.

Recipe styracis, castorei, opij, granorum pini, ana. par  
tem unam, croci partis unius tertiam. Conface cum rob.

Ioânes filius Serapionis. Cum tussis sicca, & aspera de  
caliditate fuerit, & rubore, & apparuerit sanguinis plenu  
tudo, sicut diximus in asthma de simili causa facta, facies sic

licet ut flebotomes ministrando deinceps aquam hordei cum  
sebesten, cum syrupo uiolato: aut myrobalanis de uiolis: &  
inungimus pectus cum cerato Galeni imbibito in mucagine  
psyllij, aut ex cera, aut oleo uiolato similiter imbibitis. Et si  
est necesse materiam sepultam in pectore educere, dabis my  
robalanum prædictum cum decoctione hyssopi frigida, &  
dabis species loch ex mucagine psyllij, & citoniorum cum  
gummi, & granis, & medullis ex his quæ dicemus. Cibabis  
autem eos sorbitionibus, & proprie cum farina fabarum, &  
penidijs, & oleo amygdalino dulci, aut oleo constracto. Et  
quandoq; miscemus, propter uigilias illud quod mulgetur à  
semine papaueris albi, & aqua hordei: damus etiam sorbitio  
nes & ex tritico constracto cum saccharo, necnon & iuscula  
ex attriplice, & maluis, & quandoque miscemus pullos, &  
pedes hœdorum, & capita, & aues minutas teneras cum eis:  
aut uitellos ouorum diei sui. Et cucurbita est bonus cibus eis:  
& medullæ frigidæ sicut citrullus & cucumer. Et similiter  
beta, & portulaca cum amygdalis. Bibant autem aquam hor  
dei, aut aquam frigidã & iuleb. Cum maturationis signa ap  
paruerint, & sputum iam incipit impinguari, danda ea quæ  
facilitant ipsum ad excreandum, sicut decoctio hyssopi frigida  
proprie: & electaria quæ lambuntur, & similia.

Confectio Loch quæ sumitur in hora hac.

Recipe passularum enucleatarum, pinearum, pistaceorũ,  
amygdalarum dulcium, seminum citrulli, melonis, & cucur  
bitæ, tragacantha, gummi Arabici, papaueris albi, succi liqui  
ritiæ, portulacæ, sacchari tabarzet, & penidiarum, ana. Fac  
formas similes lupinis, & teneat sub lingua unam ex eis. Pe  
ctus autem ex maturatius inungatur. Si autem corpus mun  
dificatione indiget, fiat istud cum trochiscorum de uiolis dra



chmis tribus, pulpæ cassiæ fistulæ uncia una, sacchari ma-  
ti, & tereniabin ana aureis quinque, dissolutis cum decoctio-  
ne hyssopi frigida.

Ioannes Serapionis. Loch conferens tussi factæ ex ce-  
ditate, & siccitate, & asperitate multa: & est medicame-  
ntum bonum.

Recipe amygdalarum dulcium excorticatarum drach-  
duodecim, seminum maluæ, altheæ ana drachmas decem, se-  
minum citrullorum mundatorum drachm. ss decem, gummi Ara-  
bici, tragacanthæ, anyli, granorum citoniorum excortica-  
rum, succi liquiritiæ, granorum dulcium pini ana drach. octo.  
penidiarum sabari unciam unam. Terantur omnia contriti-  
vona, & misceantur cum syrupo, cuius hæc est permixtio.

Accipe passularum dulcium, radicem liquiritiæ, sebesten-  
iuiubarum ana partes æquales. Decoque in aqua donec re-  
spissentur, deinde cola, & projice in eam rob quantum suffi-  
ciet, deinde coagulentur cum ea medicina: & da cum in-  
hibitionibus & aqua fur furis & hordei, cum farina fabarum  
cum penidijs, & oleo amygdalino dulci: & bibat super ipsam  
aquam hordei.

Idem. Aliud ualens similiter.

Recipe psyllij, granorum citoniorum ana drach. quinque,  
seminis papaueris albi drach. decem, sebesten quinque,  
iuiubarum triginta, radicis liquiritiæ drachmas septem, Kof-  
drach. quindecim, cassiæ fistulæ mundatæ unc. j. Decoque  
aque libris octo, donec impinguetur. Deinde cola, & proijce  
super ea rob libris duas, sacchari saliemeni, syrupo uiolato,  
penidiarum ana uncias sex, farina fabarum drachm. tres, tra-  
gacanthæ, gummi Arabici ana aureos quatuor, coquantur  
dum transcant in essentiam mellis. Deinde recipe seminum ce-  
curbitæ

curbitæ, melonis, cucumeris, citrulli ana aureos duos, papau-  
eris albi aureos tres, anisi, fœniculi ana aureos duos. Con-  
fice & conferua in uase uitreo. Dosis eius est ab aureis duo-  
bus, usque ad tres, teneat parū sub lingua, deinde bibat aquam  
hordei, est enim medicamen benedictum.

Confectio formarum simularum lupinis conferentium tussi  
& asperitati: & est ex inuentione nostra.

Recipe tragacanthæ, gummi Arabici, seminis maluæ, se-  
minum cucumeris, & citrullorum, amygdalarū dulcium, fari-  
næ fabarum ana drachm. ss tres, seminis portulacæ, anyli ana  
drach. ij. fac formas cum mucagine psyllij. Et si uigilis pa-  
titur, adde seminum lactucæ, papaueris ana drach. ij.

Filius Zachariæ Arafti. Confectio pilularum conferen-  
tium tussi calidæ, & siccitati, & auferunt eam.

Recipe succi liquiritiæ, anyli, tragacanthæ, gummi Ara-  
bici, amygdalarum excorticatarum ana drach. j. sacchari ta-  
barzet drach. ij. Confice cum mucagine seminum citoniorum:  
& fiant inde prædictæ formæ, & teneat in ore die ac nocte.

Idem. Pilulæ bichie quæ conferunt similiter.

Recipe succi liquiritiæ, sacchari tabarzet ana aureos sex,  
anyli, tragacanthæ, amygdalarum dulcium ana drachm. iij.  
Confice cum mucagine psyllij, uel citoniorum.

Idem. Confectio trochiscorum festinantium murationem  
in tussi calida, & pleuritide facilitantium sunt.

Recipe succi liquiritiæ, uolarū ana drach. quinque, amy-  
li, tragacanthæ, seminum altheæ, fœniculi ana drachm. unam,  
& β. confice cum mucagine psyllij, & semine lini, & se-  
mine citoniorum. Da cum aqua hordei, & syrupo uiolato.

Idem. Confectio alia trochiscorum ad tussim siccam cali-  
ditate uehementi & siti.

Recipe succi liquiritiæ, uolarum ana aureos tres, fici-  
nis citrullorum, cucurbitæ, tereniabin, ana aureum unum,  
& β. Fac trochiscos cum muccagine psyllij, & seminibus  
toniorum. Dosis aureorum duorum cum aqua hordei, & sy-  
rupo uiolato.

Filius Zachariæ. Loch conferens tussi calide, & ma-  
rans eam, & facilitans in ea sputum.

Recipe iuibas uiginti, sebesten quadraginta, ficus sex-  
quiritiæ mundæ, passularum enucleatarum ana drachmas sex-  
cem, capillorum ueneris drach. quinque, aquæ libras quinque  
bulliant usque ad libram unam. Deinde recipe penidiaria  
& rob ana drachm. quinque, coquantur cum facilitate, usque  
dum sint sicut mel currens. Deinde accipe seminis lactuce  
cucumeris, cucurbitæ, portulacæ, fabarum excorticatarum  
ana drachmas tres, gummi Arabici, tragacanthæ, amyli, pe-  
paueris albi, amygdalarum dulcium ana aureum unum. Con-  
fice cum prædictis. Dosis drachmarum quinque.

Idem. Confectio similis lupinis conferens tussi calide, &  
abscessioni uocis, & sedat sitim.

Recipe seminis cucumeris mundati drachmas sex, succi  
quiritiæ drachmas sex, seminis portulacæ aureum unum.  
Aggrega ea post bonam contriturationem cum albumine ovi.  
Fiant inde prædictæ formæ: & teneat quotidie sub lingua.

Sabor. Confectio pilularum conferentium tussi.

Recipe tragacanthæ, gummi Arabici, seminum cucum-  
ris, papaueris albi, portulacæ, amyli, croci, sacchari, si-  
pendij ana. Confice cum rob: & teneatur quotidie sub lin-  
gua. Est enim expertum, si Deus uoluerit.

Sabor Rex. Medicamen mirabile conferens tussi calide  
antiquæ, & ægritudinibus pectoris à caliditate, & siccitate

te, expertum.

Recipe muccaginis psyllij extractæ secundum scientiam  
libras tres, rob, penidiarium, sacchari saliemeni ana libram  
unam, & β. coque lento igne, usque ad mellis spissitudinem,  
auferendo continue spumam eius. Deinde recipe seminum cu-  
cumerum, melonum, citrullorum, cucurbitarum mundatarum  
ana aureos decem, amyli, amygdalarum dulcium, granorum  
pineæ maioris ana drachmas quindecim, gummi Arabici, tra-  
gacanthæ albæ, seminis lini asii ana drachmas octo, seminum  
citoriorum mundatorum drachmas tres, croci drach. unam,  
anisi drachmas septem, opij aureum unum, seminis lactuce  
drachmas decem. Tere, & pulueriza, & pone super medi-  
camine. Et si non potest dormire, adde cum prædictis semi-  
nis papaueris drachmas uiginti, hyoscyami drachmas quin-  
decim, reconde in uase uitreo. Dosis eius est drachmarum  
trium, uel quatuor, teneat sub lingua, & glutiat saliuam eius:  
est enim medicamen benedictum.

Syrupus de hyssopo ex inuentione nostra, conferens cum  
auxilio Dei tussi calide difficili: & confert phthisi, & dolo-  
ri laterum.

Recipe liquiritiæ, radicum foeniculi, uel seminum eius ana  
drachmas decem, hyssopi, capillorum ueneris ana drachmas  
quinque, ficus pingues septem, pruna decem, iuibas uiginti,  
passularum enucleatarum drachm. triginta, sebesten centum.  
Decoque cum aquæ libris quinque, usque ad libras duas. Da  
tepidè unciam unam, cum drachmis sex, sacchari rosati, uel  
uiolati. Et si uis accipe huius aquæ libras duas, & pone su-  
per eam penidiarium sabari, sacchari, meibuthæg, syrui ui-  
olati ana libram β. tragacanthæ unciæ quatuor, & est nalde  
bonum tussi siccæ, uel phthisi, & siccitati pectoris, & asperi-

tati. Da cum aqua cucurbitæ affæ uel citrulli.

Aliud ualens similiter. Accipe prædictæ decoctionis bras duas, & pone super ea penidiarum libram unam, de amygdalarum dulcium uncias tres, granorum alben excorticorum libram β. fac decoqui, & accipe uolarum siccatritarium, & cribellatarum, tragacanthæ ana unciam unam gummi Arabici unciam β. Pone in uase uitreo. Dosis eius sicut galla. Bonum & expertum.

Syrupus alius de hyssopo ad tuſſim, & aſthma, ex affertate peſſoris.

Recipe hyſſopi, capilli ueneris ana drachmas ſedecim, larum, papaueris albi, hordei mundi, ſeminis maluæ ana drachmas decem, ſeminum citoniorum, lactucariū, cucumeris ana drachmas quinque, paſſularum enucleatarū drachmas decem, ficus decem, iuiubas, ſebesten ana quadraginta, cum ſaccharo libris duabus. Fiat ſyrupus.

Syrupus alius de hyſſopo ad tuſſim, & aſthma, ex affertate cum caliditate. Recipe liquiritiæ drachmas uiginti, ſeminis maluæ, cucumeris, hordei mundi, tragacanthæ, ſeminis citrulorum ana drachmas tres, maratri, apij, capillorum ueneris, hyſſopi ana drachmas decem, ſeminis citoniorum, maluæ anifi ana drachmas quinque, iuiubas, ſebesten ana quadraginta, ficus pingues albæ decem, paſſularum enucleatarum drachmas decem, ſacchari libras duas. Fiat ſyrupus.

Dioſcorides dixit, quòd fructus algi pur antiquus affert igni, deinde cœmeſtus in ſero cum melle, confert tuſſi diſſipata & laborioſa. Et dixerunt quidam ex poſterioribus, quòd inſigantur in eo tria grana thuris, ita quòd ſepeliantur in ipſo, & deinde aſſetur, & comedatur in ſero cū melle, coſtat mirabiliter. Seruetur tamē illo ſero ſine cœna, et eſt ex portu.

## De tuſſi humida.



LIA autem tuſſis humida ponitur complexio= nalis, alia materialis. Materialis quidem eſt ſecundum alterum duorum modorum, aut cum caliditate, aut cum frigidityte. Et huic quidē cum caliditate cura eſt tres res.

Prima eſt adequatio cauſæ eius.

Secunda eſt ſubtractio ipſius cum ſubtractione comuni.

Tertia eſt eductio ipſius eductione propria.

Primum igitur rem complent commēſurare regimini eius ſex res, quemadmodum in capitulo de aſthmate dictum eſt, & poſt illud adminiſtrare ex medicaminibus quæ ipſius materiam digerunt, ſicut eſt decoctio capillorum ueneris proprie, & ſyrupus ex eis, ſyrupus ex iuiubis, & decoctio ſebesten in aqua hordei, & decoctio hyſſopi facta de papauere albo, & fabis excorticatis, & hordeo cum ſaccharo roſato, aut uiolato, & ſimilia.

Secundam uerò rem complent euacuationes factæ cum iteratione, & factæ de quarto in quartum diem ex caſſia fiſtula, & teremabin, & myrobalanis de uiolis, cum decoctione hyſſopi facta. Et quandoq; addimus ei quòd eſt ſicut trochiſci de uiolis, & ſimilia. Et damus in uer ſolutiuū & ſolutiuū ex moderatè uomere faciētibus, ſicut eſt raſanus aſſus cū oxymelite, aut ſyrupo acetoso de radicibus: aut radices aſſas, & oxymeli, & ſimilia. Et ſi corpus eſt plenum, & facies pulchra cum abundantia ſanguinis, ſiebotomanus ex baſilica. Et quandoq; cum ſiebotomia remouente materiam.

Tertiam rem cōplent administrationes medicaminum  
nitidinem pectoris & pulmonis per screatum educentium  
cut loch de pino, & propriē loch de fabis, & loch de hys-  
po, & syrupus de hysso, & confectio de orobo, & pa-  
lia.

Humidæ uerò & frigidæ tussis cura est quinque res.

Et prima quidem est digestio, & maturatio causæ eius.

Secunda est subtractio eius subtractione communi.

Tertia est educio eius educatione propria.

Quarta exiccatio residui superflui humidæ eius.

Quinta corrigit accidentia.

Prima quidem res perficitur cum administratione me-  
dicaminum sicut in capitulo de asthma diximus.

Secundam rem complent euacuationes factæ cum eo que  
est sicut pilulæ coccix, & hiera diacolocynthidos, & pilulæ  
de agarico, quas diximus in capitulo de asthma, & proprie  
cum iteratione, & iteratione: & cum interpollatione ad  
strationis rei uomicæ. Et si oportet ut deueniatur ad ad  
strationem solutiuiorum: etiam sicut in capitulo de asthma  
ximus.

Tertiam rem complent administrationes medicina-  
materiam educentium à pectore, quas in capitulo de asthma  
diximus: & deinceps ostendemus.

Quartam rem complent administrationes medicamina  
materiam dissoluentium, & resoluentium, & consumentium  
& huiusmodi quidem medicamina consueuerunt medici ero-  
catiua uocare, administranda sunt postquam administratio  
mundificantium communium, & priorum cum iteratio-  
bus præcesserunt conuenientibus, ut exiccetur residuum re-  
Administrare autem ea in principio, est præfocare, & præ-  
re agr

re ægrum ad mortem. Administratio autem huiusmodi est se-  
cundum duos modos, scilicet, aut lambendo, seu bibendo, aut  
uaporando: & nos plenam faciemus narrationem ex his. Et  
huius quidem summæ est lambere ex myrrha dracham unam  
cum melle, faciliat enim anhelitum, & cōsumit humiditatem.  
Huius etiam intentionis est styrax, & opoponax, & propriē  
cum ouis, aut melle, aut sagapeno, factis ex eis pilulis cū aqua  
rutæ, aut gluten albotim cum melle: aut alchitran cum mel-  
le, aut sulphur cum ouis forbilibus: aut arsenicum similiter  
cum ouis, aut cum grano pini, & similia.

Ex euaporationibus autē ad tussim antiquā est arsenicum,  
& citrinum, cum aristolochiæ rotundæ partibus æqualibus.  
Confice cum butyro uaccino, & fac formas similes auellanis:  
& fiat suffumigium per embolū in ieiunio, dicitur enim quod  
statim liberat.

Vapor alius. Recipe arsenici citrini, stercoris leporis,  
& farine hordei, corticum pistacei ana. fac formas cum uitel-  
lo oui, & suffumigetur cum eis tribus uicibus.

Alius. Recipe aristolochiæ rotundæ, styracis, galbani ana,  
arsenici ad pondus omnium, aggrega cum butyro uaccino, &  
utere.

Alius. Recipe styracis, myrrhæ, thuris, aristolochiæ ana,  
arsenici pondus omnium, aggrega cum butyro uaccino. Fiat  
suffumigatio omni die bis uel ter: & bibat super ipsum aquā  
cum butyro ouino.

Plura huius intentionis scripta sunt in capitulo de asthma  
te, canone ultimo.

Quintam rem complent administrationes medicaminum  
confortantium pectus & pulmonem, aut elargantium: & si  
uigiliæ adsint cum sedatione tussis somnum inducentium.

Summa autem sedantium tussim cum confortatione pectoris, & pulmonis est hæc. Rob aut syrupus factus ex granorum myrti completorum est ad illud mirabilis, & in tussi calida. Sed in frigida quidem cum myrrha, & modico, pulmonis autem uulpis sicci iuuamen est sublimè calida & frigida. In calida quidem aureum unum ex cocto syrupo myrtilino. In frigida uerò cum melle & aqua calida. Huius autem intentionis est crocus cum syrupo myrtilino, cum syrupo de hyssopo: & similiter sandaracha cum melle & nux cypresicum uino & melle: & grana pini sunt rebus magnis in hac parte. Ex medicinis magnis autem sedant tussim, & pectus confortant, sunt theriaca, & tridatū, & dianoschus dulcis, & amarus, & athanasiana, & parua, & diamarthe est confectio mirabilis Robitigis, quam scribemus, & similia.

Summa autem medicinarum pectus elargantium scripta est in capitulo de asthma.

Summa autem medicinarum tussim sedantium, & congestium superfluitates uigiliarum, dicitur quando de medicinis stupefacientibus sermonem faciemus, si Deus uoluerit. Afferantur ad hunc locum plura que scripta sunt in capitulo de asthma humido, siue calido, siue frigido, & propriè medicina quam scripsit filius Zachariae.

Filius Humain. Modus decoctionis de capillis ueneris conferens tussi humidæ cum calore.

Recipe capillorum ueneris non ultimè recentium unciam unam, hyssopi sicci, fabarum excorticatarum, feniculi, anisi, seminum lactucarum, portulacæ, papaueris albi, amygdalarum dulcium, & amararum, herdei excorticali ana drachmas quinque, seminis melonis, & curbitæ,

curbitæ, granorum myrti ana drachmas tres, gummi Arabici asii drachmas duas, passularum nuculeatarum drachmas quindecim, dactylos pingues quinque, ficus siccas quinque, iuiubas triginta, decoquantur in aquæ libris quatuor usque ad libram unam, & semis, & da omni mane uncias tres cum saccharo rosato aut uiolato. Et si uolueris accipe ex hac decoctione libras duas, & cum meibueg, & sacchari uncias decem fiat syrupus. Dosis eius est uncia unius.

Filius Amaran. Syrupus de hyssopo conferens tussi humidæ cum frigiditate.

Recipe hyssopi sicci drachmas quinque, capillorum ueneris, liquiritiæ ana drachmas sex, corticum radicum apij, feniculi, & seminis anisi ana drachmas quinque, foliorum prassij drachmas tres, passularū nuculeatarū unciam unā, iuiubas uiginti, iridis, fœnogræci ana drachmas duas, & semis, seminis maluæ, & bismaluæ ana drach. duas, ficus pingues sex numero, dactylos quinque, foliorum calaminthæ aureum unū. decoquantur in aquæ libris quinque usque ad libram unam & β. cum melle & meibueg. ana. libra. β. Fiat syrupus. Dosis uncia unius.

Idem. Loch conferens tussi, & ægritudinibus pectoris, & pulmonis, & est expertum.

Recipe farinæ fabarum, liquiritiæ mundatæ, thuris masculi, gummi albotim, amygdalarum dulcium & amararum ana drachmas decem, seminis feniculi, anisi, croci, succi liquiritiæ, tragacanthæ albæ, seminis citiorum mundatorum, papaueris albi ana drachmas septem, calaminthæ, prassij ana drachmas decem, opij drach. tres. Tere & cerne, et adde eis penidiarū drachmas triginta.

Deinde

Déinde confice cum mellis colati drachmis centum quinquaginta, & contunde in mortario, & fit dosis drachm. duarum in mane cum decoctione hyssopi: & in sero teneat ex utraque lingua.

Democritus. Modus confectionis ad tussim humidam frigiditate.

Accipe calaminthæ fluuiialis drachmas quinque, granorum pini drachmas sex, seminis urticæ, iridis ana auream & piperis nigri, seminis lini ana aureos duos. Confice melle & Kefmes. Et fit dosis ab aureo uno, usque ad alium cum decoctione hyssopi.

Idem. Loch bonum & expertum conferens ad idem.

Recipe mellis boni uncias quatuor, uitellorum ouorum centium, & butyri ana drachmas tres. Mel & butyrum coquantur usque dum habeant modicum spissitudinis, & dimittantur modicum infrigidari: & misce cum eis uiciorum commistione bona. Déinde misce piperis nigri uerisati drachmas duodecim, & sumatur ex eo lambentibus, & sero. Est enim expertum.

Paulus. Pilulæ quæ tenentur in ore conferunt ad hanc frigidam & siccam, & sunt expertæ.

Recipe myrrhæ, croci, granorum pini, granorum excorticatorum, fœniculi, anisi, amygdalarum dulcium, amararum, papaueris albi, succi liquiritiæ ana. Confice penidiarum partibus tribus, & succo fœniculi humidissimi.

Hamech Filius Zachariæ. Confectio conferens tussim quæ & frigide, & uentose.

Recipe penidiarum drachmas uiginti, prassij, capilli ueneris, opij, fœniculi, anisi ana aureos quatuor, croci, calaminthæ, sacchari ana aureos duos, succi liquiritiæ, pincarum

purgatarum, & amygdalarum dulcium ana unciam unam. Confice cum melle despumato quantum sufficit. Da drach. iij.

Hamech Arafti. Syrupus de prassio confert tussi de stegmate crasso, & uentositate.

Recipe prassij drachmas quadraginta, liquiritiæ, hyssopi, calaminthæ, capilli ueneris, ana drachmas uiginti, radicium fœniculi, apij ana drachm. decem, amygdalarum mundatarum, pincarum purgatarum, scenogræci, seminis fœniculi ana drachmas quinque, mastich. darseni, zinziberis ana drachmas duas, passularum enucleatarum drachmas centum, uuibas, sebesten ana centum, aquæ calidæ libras uiginti tres. Dimitte die ac nocte, déinde coque usque dum redeat ad libras decem. Déinde adde mellis, & rob. & penidiarum ana libras duas. Déinde suspende in medicaminis croci drachma una. Dosis earum ab uncia una usque ad duas.

Idem. Loch conferens ut ipsum.

Accipe liquiritiæ, amygdalarum dulcium, & amararum, seminis lini asii ana drachmas quatuor, seminis fœniculi, farinæ fabarum, & pincarum mundatarum ana drachmas tres, myrrhæ, croci, libani, darseni ana drachman unam, & β. penidiarum uncias duas. Confice cum rob. Et fiant formæ similes lupinis, & teneat sub lingua.

Sabor. Confectio Loch de alijs quæ confert tussi stegmaticæ, & maturat materiam eius, bonum, & expertum.

Accipe alliorum mundatorum libram β. & elixa ea in aqua decoctionis cicerum, & hyssopi sicci usque dum sint bene decocta. Déinde colentur, & terantur allia sicut medulla, & projice super ea mellis, & butyri ana uncias sex, & decoquantur lento igne usque ad terminum loch, & utere. bonum est.

Idem. Recipe succi caulium libras quinque, lento igne que auferendo spumam eius usque dum redeat ad libram. Deinde coquatur cum rob, & mellis libra una, usque in crassentur, & bonum est.

Idem. Loch de squilla expertum & efficax in tuſſibus: educit enim ex pectore materiam eius.

Recipe succi squillæ, & mellis ana coquantur usque in crassentur.

Idem. Confectio medicaminis ad tuſſim humidam condigitate.

Recipe spicæ, croci ana drach. j. hyssopi sicci, praesij drach. iij. myrrhæ, iridis drach. ij. farine orobi, & fabe ana drach. septem, piperis drach. j. & β. Kesmes, & cinnum dactylorum, ficuum pinguium, & pinearum mundarum ana 3. vj. Conſice cum loch de caulibus. Verum & expertum

Confectio medicaminis ex inuentione nostra. Siquis ualens asthma, & tuſſi: & maturat eas: & conferunturibus renum & uesticæ. & est medicamen bonum.

Accipe ficus albas & pingues quinquaginta numeribus centum. Decoque in aqua libr. v. usque ad tres, & rob libris β. sacchari libra una. Fiat syrupus.

Syrupus alius. Recipe ficuum siccarum pinguium tres, hyssopi sicci, capillorum ueneris ana unciam unam, rutæ, praesij, liquiritiæ ana drachmas quatuor, radicem ratri, apij ana drachmas quinque, anisi, seminis maluarum drachmas duas, carniū iuiubarum uncias duas. Fiat Syrupus cum mellis & rob libra una.

Alexander. Eleſtarium mundificans pectus & pulmonem, & conferens tuſſi.

Accipe granorum pinearum, amygdalarum dulcium

drach. decem, dactylorum pinguium drachm. quindecim, pinguedinis ficuum, & Kesmes ana unc. j. tragacanthæ albæ, seminis feniculi ana 3. sex, iridis drachm. quindecim. Conſice cum melle crudo. Dosis à drach. duabus, usque ad aureū unum.

Alexander. Ad tuſſim que inquietat in nocte, & non sinit dormire: & ad tuſſim catarrhalem, fiant pilule ex styrace, myrrhæ, & opio ana croci partis unius quarta. Conſice cum melle aut rob in forma cicerum, & da in sero duas, uel tres. Aut ex myrrhæ, opio, & galbano, & parco croco. Aut ex styrace unciam unam, galbani, sulphuris unij, opij, piperis, terebinthina ana unciam unam. Aut styracis, zinziberis, opij, croci, galbani, granorum pini ana partibus æqualibus. Conſice, & utere. Ista enim sedant tuſſim antiquam & nociuam.

Galenus. Medicamen quod ponit Rabis Rex, dicitur quod est tantæ uirtutis, quod nullum aliud ei æquiparetur ad sedationem tuſſis. Est enim mirabile.

Recipe radicem panacis unciam unam, & β. & loco radicis cum panacis ponantur opoponacis aurei quinque, castorei, seminis lini asij ana aureos quatuor, seminis lactucæ aureos quinque, foliorum rutæ siccorum, myrrhæ ana aureos tres, & β. opij, croci ana aureos duos, & β. conſice cum melle colato. Et da in sero febricitantibus cum aqua calida, & non febricitantibus cum uino. Et fit dosis eius sicut magnitudo fabæ. Est enim expertum & bonum.

Galenus ex libro decem tractatum.

Confectio pilularum, quarum inuamentum est ultimum ad tuſſim antiquam humidam aut catarrhalem. Accipe castorei, myrrhæ, mastich. liquiritiæ, opij, galbani, anisi, feniculi, emulæ: & in alio rasen: gentianæ, hyssopi sicci;

iridis, tragacanthæ, gummi Arabici ana croci paris vi  
tertiam. Confice cum rob. Da post menses tres.

Galenus ex eodem libro. Confectio Lohoc, quod ex  
tus sum ad tuſſim, & ad aſthma ex materia crassa diffi-  
eradicacionis.

Recipe liquiritiæ, iridis, ſtyracis liquide, piſtacea  
mundatorum, amygdalarum dulcium, & amararum, gra-  
rum pini ana aureos tres, libani, glutini albotin, gummi,  
gacanthæ, agarici, cinnamomi, ſeminis ſcemicli ana  
cbmas duas, & β. aloes, myrrhæ, ana aureos duos. Kefi  
unciam unam. Tere, & ſicca, & pulueriſa. Medullas  
contere contritione ultima: aloen uerò & myrrham inſer-  
in rob. circiter uncias duas, & aureos tres, mellis colatic  
ceræ quantum ſufficit. Deinde diſſolue in eo ſtyracem. Con-  
ce contundendo in mortario cum cæteris. Et ſit doſis  
drachma una uſque ad aureum unum.

Inquit Galenus. Faciebam hanc medicinam præceden-  
rupum alchefmes, & hyſſopi, & decoctionem eorum, &  
ex maturantibus: quorum forma eſt apud te: & hoc temp-  
conuenienti, ut digeratur & maturetur materia.

Galenus. Trochiſci cognominati Aſſenus: & ſunt  
chiſci ſtellæ, conferunt huic tuſſi iuuamentum ſublime, & p-  
prie dati cum rob. Et ſit doſis à tertia drachmæ unius, uſque  
ad drachmam β. Et ſunt ex hominibus qui dant cum  
hordei.

Humain. Confectio alba cui eſt iuuamentum, & oppo-  
nemens ad tuſſim difficilem, & antiquam ex materia  
& uiſcoſa, & aperit oppillationes peſtoris & pulmoni-  
mundificat ea, & clarificat uocem, & educit ſaniem, & u-  
terias corruptas ex peſtore, & confert phthiſi.

Recipe ſeminis lini aſſi, paſſularum enucleatarum ana un-  
cias quatuor, amygdalarum dulcium, & amararum, grano-  
rum pini ana uncias duas, auellanarum aſſarum, iridis, glutini  
albotin ana aureos duos, thiuris maſculi, croci, myrrhæ ana  
aureum unum. Fac ex eis trochiſcos cum lacte aſinæ, & dimit-  
te ſiccari. Deinde tere, & confice cum melle, & eſt doſis eius  
drach. unius mane, & ſerò teriat ſub lingua.

Archigenes. Confectio quæ cognoscitur mirabilis, confe-  
rens cum uirtute Dei ad ſputum ſanguinis, & ad tuſſim chro-  
nicam & antiquam ex materia crassa & putrida ſanioſa ex  
hulcere & phthiſi. Mundificat enim & abſtergit cum uirtu-  
te Dei à materia crassa & putrida: & ſunt uſi hæc medicina  
prudentes. Et cum ſit ex fortibus, non ambigitur ſuper ea: &  
confert præſocationi matricis, & paralyſi, & ueſicæ, &  
confert fluxui uentris, & periodis februm, & reſiſtit uene-  
nis: cuius permittio hæc eſt.

Recipe caſtorei, piperis longi, & nigri, ſtyracis, ſpicæ,  
coſi, galbani, opij ana drachmas quatuor, croci drachmas  
duas. Confice cum melle deſpumato quantum ſufficit. Doſis  
eius eſt ſicut ſaba cum aqua mellis.

### De fluxu ſanguinis ab ore.



ANGVINIS exitus ab ore eſt ſecundum  
unum quatuor modorum, aut enim expuitur tan-  
tion, & eſt ex parte oris: aut egreditur cum ra-  
ſcattone, & eſt aut à colatorio: aut ab unula,  
aut à palato & partibus eorum. Et quandoq; egreditur cum  
uomitu, & eſt aut à meri, aut à ſtomacho, aut ab hepate, aut  
à finibus eorum. Et quandoq; cum tuſſi, & eſt aut ex peſtore,  
aut à pulmone, aut à canna, aut lacerto uocali, aut epiglotide.



Et quidem qualiscunque horū fuerit, est secundum unum ex  
tuor modorum. Aut enim est secundum semitam redumda-  
nis ex aliquo, sicut a uenis, aut arterijs: & proprie quæ  
accidit ebullitio in sanguine, aut agitatio in apate sanguine  
cuius materia est facilis resolutionis.

Secundus est secundum semitam redumditionis, sicut e-  
dit pluribus retentione menstruorum, & constrictione  
morrhoidum non secundum sapientiam: & sicut accidit plu-  
ribus propter exuberantiam sanguinis in toto.

Tertius uerò ex ruptura uenæ, & apertione eius ex  
uulnere, aut sine uulnere.

Quartus ex hulcere, & corrosione super uenam. Sangu-  
nis autem qui expuitur, dicta cura est in capitulo de uulne-  
ribus, & hulceribus oris, & partium eius. Cum uerò egre-  
tur cum rascatione, cura dicta est in capitulo de fluxu sangui-  
nis narium, & in capitulo de hulceribus unguis, & palis, &  
in capitulo de alcola. Et conferunt eis gargarizationes  
bus stipticis, & si non tollitur flebotomeur ex cephalice  
botomia subtili uice post uicem. Et fiant alia quæ sunt ibi.  
Egreffionis autem sanguinis cum uomitu cura est ista.

Prima est rectificatio membri, à quo est passio.

Secunda est ut fiat diuersio, & hoc fit cum subtrahere  
sanguinis ex uena seruiente illi membro, & cum applica-  
ne uentosarum super ipso, & similibus. Et si est à compo-  
re toto propter exuberantiā sanguinis in ipso, fiant flebo-  
mia cum iteratione ex basilica, nūc dextra, nunc sinistra:  
quandoq; ex saphenis, & hoc quidem differēter. Nam si fit  
in quātā: a: exuberat, flebotomia larga necessaria est, uel ex  
diocris largitatis. Si autē acuitas, & inflāmatio sit in large-  
ne, cū subtilitate, & ebullitione subtili flebotomia uentis fit.

Tertia est administratio rerum conglutinantium & con-  
solidantium sicut cōpetit, ex his quæ dicemus. Nunc uerò eo-  
rum quæ compingunt, & incrassant sanguinem; ex his quæ  
dicemus. Sanguinis autem egressio cum tuſſi, est ex pectore aut  
pulmone, & eius cura est praua. Dixit enim Hippocrates.  
Screatum sanguinis ex pectore aut pulmone, si concomitatur  
sputum putredinis, & post illud phthisis, & post illam de-  
ſperatio & mors. Verum quod est in pectore est minus suspe-  
ctum eo, quod est ex pulmone. Rarò quidem solutio continui-  
tatis in pulmone sanatur: & illud est propter quinque res.

Et prima quidem res est quando motio resistit consolida-  
tioni, imò addit ad ipsam, & dilatat eam. Et nosti quòd pul-  
mo in similitudinem follium fornacis dilatatur, & constrin-  
gitur continuè, ob causam uitæ.

Secunda uerò est, quia sanies in spongioso membro, diu  
retinetur, & diu retenta magis acuitur, & magis acutè pro-  
fundat hulcera.

Tertia est, quādo solutio cōtinuitatis caeës in pulmone di-  
latat ipsum, & retardat officiū eius, quod diximus, quare su-  
mi calidi difficulter egrediuntur, imò cumulantur in solutionis  
loco, & inflāmantur, & addunt ad solutionē, & dispersi per  
corpus sunt causa desiccationis membrorū, & febris hecticæ.

Quarta est, quoniā pulmonis caro multæ passibilitatis est,  
& teneritatis, citò subiecta putrefactioni, et illud idē, quoniā  
nutrimētum eius est ex sanguine subtili, & acuto, & est ipsum  
receptaculū flegmatis: quare citò fit in eo repugnatio cōtrarie-  
tatis in alterū, & ex hoc citò accidit putrefactio, & corruptio.

Quinta est subsistētia eius, catarrhis paulatim uulnerati-  
bus, & hulceratibus. Ex his autē patet, quòd ex pulmone san-  
guinis excreatio, aut in eo cōtinuitatis solutio suspectior est.

Et quidem Hippocrates dixit, sanguinis creatus ex prope-  
do qualiscumq; ascendens suspectus est: à superioribus con-  
fluens non est suspectus.

Egressionis autem sanguinis ex pectore aut pulmone  
ra est secundum duas intentiones, uniuersalem, scilicet,  
particularem. Vniuersalis autem intentio est quatuor re-

Prima est sanguinis adaequatio.

Secunda est diuersio.

Tertia est mundificatio.

Quarta est accidentium correctio.

Primum igitur rem complent correctiones calentes:  
exuberantia, in qualitate, & quantitate sanguinis, aut in in-  
que. Et quantitate quidem cum diminutione cibi, & potus  
dimissione uni. Et si excusari non potest, sit multa pro-  
fisionis cum aqua, & sit uinum stipticum. Et dimittat doli-  
& puimenta ex lacte, & frumento & tritico: & uinea  
generaliter, quae dilatant, & multiplicant sanguinem, ut  
quae conceduntur & bibuntur. Et abhorreat quietis super-  
fuitatem multiplicantem materiam somni, & proprie sibi  
dijs solis & lunae: & abhorreat laborem in horis uentis  
tis caloris, & laborem agitatiuum, & clambrem, & ira-  
& portationes poncerum, & coitus superfuitatem, & pro-  
quentationes balnei dulcis, & similia. Et sit contentus  
bitionibus factis ex saue hordei, & oriza, & milio: & ce-  
ceditur caseus recens, & lac ex quo extractum sit butyro  
& fructus stiptici. Et ex oleribus portulaca, & lactuca,  
endiuia, & atriplices, & cucurbita, & atrullis, & ex o-  
bus perdicum, iurdorum, & minutarum auium minus  
guum, leporis, & similia, decoctae cum fructibus stipticis  
& succis eorum. Et ex granis comedant lenes excoctas

& mes, & saue hordei, & orizae, & milium, & gegneres,  
& farinam fabarum. Ex piscibus pisces degentes in locis pe-  
trofis, & caneros aquarum dulcium coctos in lacte sine buty-  
tyro, & aqua hordei: & quae hoc cursu procedunt. Bibant  
autem aquam rosatam, aut decoctionis rosarum, & aquam  
de minera ferri, aut aquam in qua extinguitur ferrum cum  
rob myrtino, aut aquam hordei decoctionis canerorum aquae  
dulcis, & similia. Si autem peccatum sit ex parte acuitatis  
sanguinis, & ebullitionis, sedamus id cum rebus extinguen-  
tibus inflammationem & incrassantibus sanguinem. Sicut sunt  
proprie cibi & potus frigidi, & proprie stiptici, & extin-  
cti inflammationum, sicut cibi congelati ex lentibus cum  
succis aliquibus stipticis, aut ex cucurbita, aut atrullis: &  
portulaca est ex rebus mirabilibus ad illud. Sedat enim in-  
flammationem, & stringit sanguinem: & conceduntur eis cie-  
bi paucae acetositas, sicut zerosehie, & humachie, & cu-  
cubita cum granis acerbis, & dulcibus, aut mizis tritis  
cum granis suis: & carnes pulcorum, & paruarum auium cum  
succis stipticis, & congelantur ex eis. Et confert eis iuamen-  
tum magnum administratio psyllij assi conuassati in aqua ro-  
sata cum coriandro asso: similiter autem semen portulacae cum  
aqua rosarum: & hoc in matutinis. Haec enim incrassant, &  
impingunt sanguinem. Huius etiam intentionis est lac aceto-  
sum extracto butyro ex eo: & si extinguatur in eo ferrum  
magnificatur eius operatio: & caseus recens est bonus eis: &  
laudantur eis iuibae, & aqua decoctionis earum: & fructus  
stiptici, & succi eorum: & similia. Et ex rebus etiam sangui-  
nis inflammationem, & acuitatem sedantibus sunt emplastrata-  
tiones, & epithemata circa hepar & cor ex rebus & succis  
frigidis, & stipticis: & appositiones aquae ueri frigoris

cum aliquibus eorum circa ipsa: & sedere in aqua frigida  
similia, quæ diximus in capitulo de fluxu sanguinis ex  
bus.

Si autem peccatum in quantitate sanguinis simul & ex  
tate fuerit, nunc nostra occupatio erit circa utrumque.

Secundam rem complent administrationes sēbotomæ  
cum iterationibus, si oportet, ex uena basilica, nunc de  
nunc similes brachij, mediocris apertionis, si sola  
quantitate sanguinis exuberat, aut subtilis apertionis  
subtilitas & acuitas dominantur in sanguine. Et quæ  
conuertimus sanguinem ad larginquam diuersitatem, si  
ad partes inferiores, & hoc cum sēbotomia sophæ,  
uentosatione crurum, & scarificatione in ipsis. Et quæ  
exigit dispositio hæmorrhoidum, aut menstruorum pro  
tionem, & facimus id. Et conferunt uentosationes in hys  
drijs sine scarificatione.

Et dixit Ruffus: Quandoque accidit mulieri, ut  
sanguinem, postquam lac deliuit in mammillis eius, &  
strictus est provocato lacte, & accidit ei illud tertio  
rata est post exuberantiam lactis.

Tertiam autem rem complent administrationes me  
minum sanguinem mundificantium, & si quidem fuerit  
tas, & inflammatio, & ebullitio in eo propter perma  
nem cholera acutæ in ipso, oportet quod euacuetur  
lera prius, deinde sēbotometur. Hoc enim est sē  
canonem artis, demum sequatur infrigidatio, & si quæ  
tet, ultima infrigidatione.

Cholera autem euacuabitur cum aqua fructuum  
sta ex eo quod mulgetur ex semibus portulacæ

asis. Et in rhabarbaro est uirtus mirabilis in hac parte.  
Euacuat enim choleram, & stringit de proprietate sangui  
nem, & proprie cum succo linguæ arietis, aut cum aqua quæ  
mulgetur ex semibus portulacæ.

Si autem slegma abundat cum sanguine faciens exuberare  
ipsum, euacuetur slegma cum eis quæ scis. Deinde sēbotoma.  
Et ex eis etiam quæ mundificant sanguinem simul, & diuer  
tunt motum eius, & inclinant inferius, sunt administra  
tiones clysteriorum debiliu, & si oportet, habentium  
acuitatem ex his, quæ scis, nisi timueris aguationes fieri in  
ipso, & proprie apud ebullitionem eius. Tunc autem oportet  
blandiri cum clysteribus debilibus. Hæc est enim operatio se  
cundum sapientiam.

Quartam rem complent nunc abstinentia & cessatio à  
rebus mouentibus & agitantibus sanguinem. Nunc autem  
præuentio, & præseruatio à fluxu eius: & proprie in ex  
posito ad aliud. Nunc uerò remotio nocimenti facientis  
cadere in illud. Res autem mouentes, & agitantes sangui  
nem sunt cibi acuti, & medicinæ acutæ, & labor uehe  
mens, & ebrietas multa, & rixæ, & uociferationes, &  
casus, & percussio, & his similia. Expositi autem ad  
spatum sanguinis sunt habentes pectus strictum, & nu  
dum, & humeros sicut curuaturæ alarum, & collum  
subtile, & longum, & depressum inter alas, & hume  
ros: & frequentat eis tuscicula cum punctura interdum,  
nunc apud dextram, nunc apud sinistram spatulam,  
nunc apud aliquam mammillarum. Hos autem præue  
niemus ne cadant in illud cum sēbotomia ex basilica, &  
inclinatione sanguinis ad inferiora cum sēbotomia sophæ  
ne,

na, & positione uentosarum, & prouocatione hemor-  
 dum, aut menstruorum, & fricatione facta in extremitatibus  
 & correctione in sex generibus rerum sicut scis, & he-  
 mnia maxime obseruanda sunt proprie in principio  
 & in toto uere. Et est enim tempus exuberare facientium

Nocumēta autem facientia cadere in sputū sanguinis  
 sicut catarrhus acutus, tussis uehemens, apostema plura  
 aut peripneumoniam, aut hepaticam: & ex his est tussis  
 menstruorum, & constrictio hemorrhoidum compo-  
 suere. Et quidem iam catarrhi curā scripsimus, & de  
 in pleuritiae siquidem, & peripneumonia sanguinis appo-  
 sputum, est signum laudabile: resudat enim ex apostema  
 quid post aliquid, ex eo, quod materia eius est resolubile:  
 prohibita propter adhaerentiam, aut compactionem. In  
 stemate autem hepatico est eius apparitio aliquando  
 malum, & proprie cum apostema est magnum exuberans  
 quandoq; est signum boni, & proprie apud resolu-  
 ptus. Haemorrhoidum autem, aut menstruorum compo-  
 non secundum sapientiam, si faciat cadere in illud: &  
 suspensio de illo, tunc eorum prouocatio excusat a suspen-  
 sione, uel suspitione, sicut Galenus super uerbis Hippocratis  
 xit. Inquit enim, Chronicus haemorrhoidum fluxus tunc  
 constrictus, aut subito cadere facit in hydropisim, aut  
 aut sanguinis screatum, & phthisim.

Particularis autem intentio habet quatuor modos  
 mus cogit uertere intentionem nostram ad curationem  
 tus sanguinis, qui contingit propter resudationem ip-  
 siquidem fuerit ab apostemate sanguineo, cuius materia  
 nitur in resolutione alicuius caūs, post aliquid, cum

diget: est enim significatio salutis.

Si autem fuerit secundum semitam resudationis ex uenis  
 pulmonis aut arterijs, uel etiam pectoris, propter agitationē,  
 & ebullitionem cadentem in sanguine, dabimus medicamina  
 sanguinis feruorem reprimentia, & ipsum compingentia. Et  
 huius operationem facientium summa haec est, portulaca pro-  
 prie commasticata frequenter, & parum post parum degluti-  
 tus eius succus, potenter stringit sanguinem, & sedat ebulli-  
 tionem eius, & compingit ipsum. Et similiter semen eius assum,  
 & tota planta ipsius, etiam omnem modum administrationis  
 eius. Et similiter album papauer assum. Inuibae autem sunt hu-  
 ius intentionis, secundum omnem modum administrationis ea-  
 rum. In mucagine autem psyllij cum lapide haematite diligen-  
 ter loto & contrito cōtritione ultima, inest uirtus mirabilis:  
 & similiter in coriandro. Et similiter in lapide haematite cū  
 succo arnoglosi. Psyllium autem assum & conquassatum cū  
 aqua expressionum portulacae, aut seminis eius usque dum fiat  
 mucaginosum, est ad id mirabile. Et similiter semen hyoscy-  
 ami cum succo arnoglosi, huius etiam est intentionis lac co-  
 ctum cū lapidibus fluuialibus, aut cum ferro ignito, prius ex-  
 tracto butyro ex eo. Et similiter acetosum, extracto ex eo bu-  
 tyro: & caseus recens similiter. Lutum autem affemen, &  
 lutum Armenum, & sigillatum sunt ex medicinis ueris ad  
 illud: & proprie cum succo plantaginis. Ista enim cum uirtute  
 in frigidationis, & conglutinationis, & ex eis composita sunt  
 ultima ad id: & quaecunque sunt huius intentionis. Et laudatur  
 eis aqua ferri, & aqua fluuialis cum gummi Arabico asso, aut  
 tragacantha. Et laudatur eis etiam aqua hordei, & proprie  
 asī cum cancris fluuialibus, aut spodio, & similibus. Et quan-  
 doq; exigit necessitas apud uehementem agitationem, & uigi-

lias, ut cum eis aliqua ex narcoticis tribuamus, & tunc  
mus id cum cautela.

Secundus modus docet uertere intentionem nostram  
curationem eius sciretatis sanguinis, qui fit secundum  
redundationis, & huius curam iam diximus, quando  
diuertendi fluxum sanguinis docuimus.

Tertius modus qui est ad curandum apertionem  
pturauenæ cum uulnere aut sine uulnere, indiget ad-  
stratione medicaminum stipticorum, & consolidatorum.  
Et hoc quidem facientium summa hæc est, sanguis drac-  
nis propriæ, & carabe, & bolus, & lutum sigillæ  
& balostia, & rosæ, & cornu ceruinum adustum, &  
rallia adusta, & Kachie, & hypocistis, & cortices  
flores granatorum, & hæmatites, & gummi assis-  
munia, & rhabarbarum propriæ assum, & cortices  
& cortices mastichis, & coagulum leporis, & coriandri  
& semen lingue arietis, & capita, & uirgulta rosarum  
fructus & folia myrti, & spodium, & cortices canerri  
& similia. Fundamentum autem & medicina cum qua  
hæc miscenda, & propinanda sunt, uel aliqua eorum, hæc  
sunt, succus propriæ plätaginis, & succus albus sandalis,  
succus portulacæ, & succus albedarogi, & aqua alle-  
& aqua pluuiialis infusionis gummi assi, & aqua rosarum,  
succus citoniorum, & miua, & succus granorū myrti, &  
syrupus ex eis, & mucago psyllij, & semen citoniorum  
& aqua sumac: & similia. Medicinas autem compo-  
scribemus post, si Deus uoluerit, de quarum summa  
saccharum rosatum propriæ: est enim medicamen eis bene-  
cium: & miua, & syrupus de rosis siccis, & syrupus  
iuiubis, & syrupus myrtilinus, & syrupus de pomis sigillæ

& trochisci de charabe, & trochisci de terra sigillata, quo-  
rum memoriam fecimus in antidotario.

Medicamina autem quæ administrantur emplastrando,  
aut linendo extrâ, summa hæc est. Oleum rosatum cum mas-  
tiche, aut oleum myrtilinum: & ex eis est oleum de citonijs,  
& oleum nardinum, & succus coriandri humidi cum sa-  
nich, aut farina hordei, aut cum santalis, aut spodio, &  
rosis, cum modico caphuræ. Hæc enim emplastra confe-  
runt. Vel accipe acatiæ, hypocistidos, farine sanich,  
& farine orobi ana. Conface cum albumine oui, & su-  
perpone. Vel accipe puluerem thuris subtilissimum, &  
administra cum albumine oui. Et quidem de rebus meliori-  
bus in hac parte est subtiliter inquirere ad inuestigandum  
locum uehementiæ doloris. Illic enim emplastrationes, & li-  
nimenta utilissima ponentur.

Quartus autem modus docet abscindere causas hulcera-  
tionum, & corrosionum cadentium in partes pectoris, &  
pulmonis, & propriæ pulmonis secundum plurimum, hoc  
enim est id quod est suspectum, & timorosum maxime, &  
huius quidem curationem scribemus in capitulo de phthisi, si  
Deus uoluerit, & permiserit curari huiusmodi.

Galenus. Si accidit sputum sanguinis à catarrho, tunc  
erit consideratio nostra utrum sit acutus, aut non acutus.  
Et si fuerit quidem acutus, & cholericus, aut salsuginosus,  
sedabimus impetum acuitatis eius prius cum regimi-  
ne bono distincto in capite de catarrho. Postquam autem  
uehementia acuitatis sedata fuerit, soluatur natura cum eo  
quod est sicut infusio myrobalarum: & similia. Et si fuerit  
salsuginosus, cum eo quod est sicut pilulæ cocciæ. Deinde præ-  
cipimus cum flebotomiari de uena cephalica, flebotomia  
subtili,

subtili, & si oportet cum iuratione, & fricamus extrinsecus  
 tates eius vice postuicem, & trahimus materiam eius ad  
 cum clysteribus acutis, & si oportet fortis acuitatis, & in  
 positione nentofarum in cruribus, & super hemorrhoidibus  
 post apertionem earum cum scibotomo. Et confertur  
 illud administratio aque hordei cum cancris fluuiialibus.  
 Syrupus de papauere. Et si indiget medicamine forti  
 dentur trochisci ascendene, quorum rememorabimur  
 Et fortius est ex eis trochisci de carabe, & proprie can-  
 rupo de papauere, aut syrupo myrtilino: aut rob. cum  
 si res fuerit prauior, non est excusatio administrationis  
 dicinarum fortium: sicut theriacae proprie, & mitridatis  
 athanasiae, & trochisci stellae: & similia. Et iam quae  
 mulieri cuidam, & pluribus post illam, cui acciderat haemorrhoea  
 sanguinis ex catarrho commensurauimus regimina, quae  
 diximus, & instituumus post illa, ut poneremus super  
 eius, & proprie in parte zuendeg, medicamen ex parte  
 lumbino postquam egressa est balneum, & aduicimus  
 dedimus sibi theriacam recentem anni sui, ut faceret com-  
 mire, & in crastinum iniunximus fricari extrema ipsius  
 constringi institis, & administrari ex theriaca recentis  
 titatem minorem, & minuius quotidie quantitatem eius  
 nec deuenimus ad administrationem solius mellis, & man-  
 ficetur pulmo sufficienter, & non recessimus ab admini-  
 stratione alicuius ex rubificantibus super partem, quae  
 zuendeg, & ab assiduitate fricationis extremitatum, ut  
 diuerteretur catarrhus, & remansit nobis post haec solu-  
 necessitas, scilicet, ut deinde consolidaretur uulnus, & do-  
 nus ei philonium Persicum, & interdum trochiscos de  
 sigillato, cum saccharo rosato, & quandoque saccharo

fatum solum in quantitate multa, & fecimus interpollationes  
 in administratione ipsorum, & uicisitudines. & quando ex-  
 eorum usu stringebatur anhelitus, conuertebamus studium no-  
 strum ad administrandum res quae dilatant ipsum, & educunt  
 saniem, sicut proprie decoctiones hyssopi, & similia. Et cum  
 elargabatur anhelitus, tunc reuertebatur ad philonium, &  
 trochiscum, & saccharum rosatum cum hac uicisitudine. &  
 sanata est. Et non est modo comprehensibilis numerus eo-  
 rum qui sanati sunt secundum doctrinam hanc.

Filius Zexar. Confectio trochiscorum conferentium tussi,  
 & sputo sanguinis.

Recipe gummi Arabici, boli Armeni ana drachm. decem,  
 seminis portulacae drachm. nonem, spodij foliorum rosarum,  
 & seminis earum, ana drachmas duas, tragacanthae, amyli  
 ana drach. quinque. Fac trochiscos cum succo linguae arietis,  
 & da cum eodem succo.

Idem. Confectio trochiscorum de papauere conferentium  
 sreatui sanguinis, & tussi cum febre, & dolori pectoris, si  
 Deus uoluerit.

Accipe rosarum, gummi Arabici ana drachmas quatuor,  
 amyli, papaueris, tragacanthae, succi liquiritiae ana drachmas  
 duas, spodij, croci, ana drachman. β. Confee cum triplicato  
 melle, aut rob, & da cum tereniabin, & aqua.

Idem. Confectio trochiscorum haematiticorum experto-  
 rum, & inuamentorum ad sreatum, & sputum sanguinis,  
 & manationem eius undecunque.

Recipe corticum cancorum fluuiialium assorum drachm.  
 sedecim, coriandri assi drachmas septem, seminis papaueris  
 drachmas quindecim, boli Armeni, & terrae sigillatae ana  
 drachmas sex, seminis portulacae, foliorum rosarum cum

capitibus suis, gummi Arabici, tragacanthæ ana drachmas quinque, lapidis hæmatitis loti drachmas quatuor, & stidos, acatiæ, cornu cerui adusti, Karabe, balauſtium feminis myrti ana drachmas quatuor, conchularum recensarum drachmas duas, margaritarum non perforatarum drachmam unam. Fac trochiscos cum succo linguae aræ & rebus mirabilis iuuamenti sunt trochisci de terra sista, & trochisci de charabe dicti in antidotario.

Dioscorides. Portulaca sanguinis sputum sedat & pectus, & proprie masticata, & frequens succi ipsius deglutitur & similiter semen eius.

Sedenegi autem est ad illud mirabilis, & proprie administratus cum succo portulacæ, aut arnoglossi. Et similiter coagulum leporis cum eisdem succis huiusmodi. Et iam expertum est, quod feminum arnoglossi, generum myrti, & capitum rosarum cum folijs suis ana drachmas una, & β. administrata cum succo arnoglossi sunt ad illud medicamen ultimum. Et in semine hyoscyami ratio bona, & hoc quando ægritudo est praua, & proprie cum aqua mellis: & in numia similiter est operata: & proprie in sputo sanguinis ex percussione aut casu: & sit potio eius Kirat unum, & proprie in uino stiptico.

Andromachus. Confectio trochiscorum ad sputum sanguinis, & screatum eius.

Recipe acatiæ drachmas quatuor, rosarum, balauſtium ana drachmas sex, gummi Arabici drachmas tres, tragacanthæ drachmam unam. Conſice cum aqua pluuiali. Dosis drachmæ unius, cum aqua frigida: & expertum.

Paulus. Confectio trochiscorum restringentium screatum sanguinis, etiam si sit antiquus, & sedantium agitationes, & inducentium somnum.

Recipe acatiæ, scendenæ lotæ, hypoquistidos, balauſtiorum, florum mali granati ana drachmas quinque, galularum drachmam unam, & β. opij, croci, ana drachmas tres. Fac trochiscos cum aqua pluuiali: dosis aurei β. cum aqua frigida.

Filius Zachariæ Arafti. Confectio trochiscorum scendenæ conferentium sputo sanguinis, & eius manationi undecunque, & sunt experti.

Recipe thuris, sanguinis draconis, balauſtiorum ana drachmas tres, & tertiam alterius charabe drachmas quinque, scendenæ, terræ sigillatæ ana drachmas quatuor, aluminis drachmas duas, & β. opij, cinnamoni ana drachmas duas, hyoscyami drachmam unam, & β. Fiant ex eis trochisci quatuor. Et sit dosis unus cum albedarogi, aut aqua portulacæ: aut linguae arietis.

Idem. Confectio epithematis quo linitur pectus, & sedat dolorem, & restringit sanguinem, & consolidat, & linitur super stomachum apud uomitum sanguinis, & resticam, & super renes apud micluram sanguinis, & pessariatur in matrice apud superfluitatem menstruorum, & stringit fluxum hemorrhoidum.

Recipe succi euſtidos, acatiæ, sanguinis draconis, gallæ, balauſtia, croci, gummi Arabici, myrrhæ, boli Armeni, opij, ana fiant trochisci: & line ex eis ubi oportet.

Sabor. Confectio papaueris conferentis cum auxilio Dei ei qui sputum sanguinem propter acuitatem, & inflammacionem, & dolorem pectoris, & pleuritidem.

Recipe rosarum, gummi Arabici ana drachmas duas, amyli, tragacanthæ, papaueris ana drachmas duas, croci, ana drachmam β. succi liquorici drachmas duas. Confice cum syrupo de papauere: da cum aqua pluuiali, & pomyrino, aut rob eius: aut syrupo de papauere.

Idem. Confectio trochiscorum conferentium spatio sanguinis, & emanationi eius undecunq̄ue.

Recipe luti sigillati drachmas tres, boli Armeni, rosarum ana drachmas quatuor, charabe, granorum myrti drach. sex, cancerorum ustorum, seminis portulacæ ana drachmas decem, coralliorum, tragacanthæ, spodij ana drachmas quinque, gummi Arabici, scendenæ, succi liquorici drachm. quatuor. Confice cum succo portulacæ, & aqua rosarum. da cum aqua pluuiali.

Isaac Israëlita. Confectio medicaminis conferens san- guinis à pectore. & pulmone, & emanationi eius, & muiui. & hoc medicamen non permittit cadere in phthi-

Accipe psyllij assti drachmas quindecim, granorum portulacæ assorum, gummi Arabici assti, boli Armeni ana drachmas quinque, papaueris albi, l. Fluca ana drachmas duas, charabe assa, rosarum cum pedibus suis ana drachmas tres, corallij assti drachmas tres. Tere omnia sicut alcohol. Dosis eius est drachmarum trium, cum aqua frigida mane, & sero, & sit cibus eorum uitelli ouorum, & pedes arctici & hocedorum.

Idem. Confectio Loch quæ administratur ad manentem sanguinis ex pectore, & pulmone, bona.

Recte tragacanthæ, gummi Arabici, sanguinis draconis, boli Armeni, rosarum, amyli, spodij ana drach. quatuor, sedenegi, seminis arnoglossi, papaueris albi, mumiæ

tiæ, succi eufistidos ana drachmas duas, penid arum satari drachmas tres. Confice cum syrupo facto ex rosis siccis quæ- tum sufficit, aut cum syrupo myrino, & administretur.

Filimon. Confectio philonij Persici uehementis uirtutis ad manationem sanguinis undecunq̄ue, & screatum eius cum tussi, & sine tussi, & superfluitatem menstruorum doloro- sam, & hæmorrhoidum, & egestionem sanguineam, & ad mulieres prægnantes, quibus erumpuntur menstrua, & conseruatur foetus in matricibus earum. Cuius hæc est permissio.

Accipe papaueris albi, hyoscyami ana drachmas uiginti, opij, terræ sigillatæ ana drachmas decem, sedenegi, croci ana drachmas quinque, castorei, spicæ, euforbij, pyrethri, margaritarum non perforatarum, Karabe zedoariæ, doronigi, ramic, ana drachmam unam, capluræ drachmæ unius tertiæ. confice cum melle rosato celato quantum sufficit. Dosis à drachma β. usque ad drachmam unam cum succo arnoglossi, aut cum aqua rosata, & modico uini puri.

### De pleuritide.



PLEURITIS autem quædam uera, quædam non uera. Et uera quidem est apostematio ca- dens in panniculis & lacertis distinguentibus inter uelamen d. singuens magnam, & costas: & proprie secus extremitates costarum terminatarum in pe- ctore, aut sub eo, aut accidens in panniculo distinguete, & est diaphragma, & eius materia est sanguis, aut sanguis chole- ricus, aut cholera pura. Et non uera quidem pleuritis est quæ sit in uelamine & lacerto extrinsecis cooperientibus pectus.



Et distinguuntur inter costas, & commissuras earum, communicantibus cum cute, & eius materia, aut est spongiosum, & inflammatum, & hoc est rarus: aut est melancholia, & haec est rarius. Et illa quidem quae fit in uelamine distinguente costas, cum communitate tenuius suspecta est. Quae uero in uelamine quod est costas, magis. Quae autem in uelamine distinguente praeva. Fit enim cum permixtione intellectus circa augmentum & statum eius, & illud ideo, quoniam commune cum cerebro mediante nervo magno quodam, qui dirigitur & dilatatur in substantiam panniculorum. Et quidem commune est intrinsecis, & extrinsecis panniculis ab omnibus materia apostemari posse, uerum à sanguine & cholera frequentius, à flegmate, & melancholia rarius: & illud, quoniam ad membrum panniculare, & densum, rariorem, aut uiscosum penetrant.

Pleuritis autem qualiscumque fuerit, aut resoluatur, aut suppuratur aut permutatur.

Ars autem & ingeniatio ad resolutionem ipsius est sex, dum septem res.

Et prima quidem est repercussio materiei.

Secunda est regimen ingeniatiuum, quo requiritur scietia, utrum sit à plenitudine humoralis, aut uentosali.

Tertia est diuersio materiei.

Quarta est subtractio eius subtractione communi digestionem ipsius.

Quinta est educio ipsius educatione proprie post preparationem.

Sexta est correctio accidentium.

Septima est regimen uitae eius, quod in tota pro-

tionem curae extendendum est.

Et primam quidem rem complent administrationes medicaminum membrum confortantium, ipsiusque uirtutem coadunantium, ut non recipiat nec ipsum uincat, quae ad ipsum fluit materia. Et ex hoc quidem facientibus est emplastratio facta ex lentibus excorticatis costis cum aceto, aut ex farina fabarum cocta cum aceto, aut sauium cum aceto. Et fortius eis est emplastratio ex lentibus non excorticatis lotis in aqua calida, deinde coctis cum aceto. Huius etiam intentionis est euaporatio facta cum spongia infusa in aceto decoctionis rosarum, aut balustiorum: aut similibus. Verum hoc est suspectum, nisi cum materia pauca fuerit, aut in principio principiante, cum nondum materia repleat in locum. Et haec quidem cautela est ut administretur regimen diuersiuum in eodem: tunc enim haec cura est secundum sapientiam.

Secundam rem complent administrationes euaporatorum nunc humidorum, nunc siccorum sicut dispositio materiei exigit. Et praecipimus spongiam marinam aqua calida infusam & expressam alia euaporatoria praecedere, prius tamen loco palmae manus leniter fricato. & oportet ut sit spongia lata & ampla, ex omni parte circumdans: & oportet inter carnem, & spongiam, pannum antiquum subtilem, & siccum interponi, & supra siccum alium permutari singulis iterationibus atque iterationibus administrationis spongiae. & oportet esse aquam dulcem ac lenem, & quandoque decoctionis chamemeli, aut anethi, aut similibus. Et aqua salza est fortior aqua dulci, & hoc quando oportet. & quando facimus illud cum uestica, aqua calida, semiplena. Ex bonis euaporatorijs est aqua decoctionis surfuris, & chamemeli,

aut anethi, aut herbae uitri. & adhuc facellationes ex herba uitri & furfuris, postquam calefactum fuerit in laterculo, super quem rotatum prius fuerit acetum permixtum, aut cum aqua solani, aut aqua salsa, secundum quod est dispositio materiae, & quandoque madefiunt in aliquo res prius, deinde calefiunt, & supponuntur. Et fortius habet euaporatorium factum ex orobo, & seminibus, aut fructibus caulium & aceto positis super lanam imbibitā oleo, aut anethino. Ex siccis autem euaporatorijs est facellatio cum fursure, & sale, calefactis, aut milio, & sale, calefactis, aut panico, & sale. Ex medijs inter humidum & siccum uas aeneum, aut terreum aqua calida plenum: & oportet sit uas amplum conuexum, ut ex omni parte circumdat. Et quidem super omnibus his canon quem semper obseruabimus, quoniam circa citō, & tardē resolubile, interius aut remissē calidum: & circa in superficie, aut in profundo positum, euaporatorium administrationis oportet commensurare, sic enim traditur scientia secundum sapientiam. Et adhuc quidem canon est debere ab humidis & debilitatis incipere. Et quanto compactior & siccior fuerit materia, tanto tardius ad fortiora prorumpere, ne resoluatur materia, quod subtile est, & cadat dein durities in residuo. Nonnanque cauendum est. Cauendum etiam ne uapor ex euaporatorijs ad aegri nares ascendat. Dissolutionem enim & tristitiam, & anhelitus constrictionem generat: cum autem ex serie operationis huius peruenerit ad hoc, ut dolor & punctura qualiscunque fuerit resoluantur, aut secundum aliquid, aut integrē, subest excusatio transeundi ad aliud. Uerō multiplicatur usque adeo, ut dilateur, & ascendat dolor usque ad furculas, aut usque ad hypochondria exten-

tur, tunc certum est, quod resolutionem repletio agitativa prohibet, imō adhuc euaporatio dilatat agitatam, & multiplicat, & hoc maxime cum repletio fuerit in toto: tunc ad aliud genus curae procedendum est, quemadmodum dicemus iam. Tertiam igitur rem complent administrationes medicaminum secundum exigentiam unius duarum occupationum. Et prima quidem est, quod si materia fuerit dilatata ascendens usque ad furculam, & nondum ex toto resperit, sed adhuc est ut repat, flebotometur basilica, latere opposito, & extrahatur de sanguine, usque dum alteretur color eius iuxta uirtutis, & aetatis exigentiam. Et quandoque apud pluralitatem repletionis iubemus flebotomari ex septena partis opposita, est enim eius iuuamentum sublime, festinum: & propriae apud ascensum materiae ad caput. Huius etiam intentionis sunt uentofationes in cruribus, & fricationes in extremitatibus, & clysteria lenia, & quae hoc cursu procedunt. Secunda uero est, quod si materia fuerit declinior ad hypochondria, praeposenda est clysterizatio. Deinde si necessitas expeit, flebotometur basilica similiter partis opposita: & non excludatur, si uirtus permiserit, flebotomia sopheae. Et uiriliter quidem extractio fecis, & alleuiatio partium uentris à fece, & uentofitate, & excusatio ab additione nocuentorum in hac aegritudine. Administrentur igitur clysteria lenia facta ex eo quod est sicut aqua hordei cum radice maluarum, & aqua siccae pauca: & similibus. Et ne excedas in usum eorum, nisi usque ad illud quod significabitur tibi ex dispositione, quoniam consuevit aegritudinē hanc fluxus sanguinis sequi immoderantia. Et si quidem infuerit cum eis accessus incolumitatis ad anhelitum, & lentescentiam febrium, tunc est huius apparitio,

significatio laudabilis. Si uero non, contraria. Ex reuer-  
tem maximi iuuamenti, ad diuertendum morbi materiam,  
positio uentosarum super locum doloris: nunc cum inchoat  
nunc sine ea, sicut exigit necessitas: sedatur enim ex hoc loco  
interdum, & interdum materia ad partes cutis trahitur. U-  
rum oportet operationem hanc, quod praecedat corporis  
mundificatio cum flebotomia, & solutione uentris, et  
quae dicemus. Verum hoc a septimo usque ad decimum  
diem: & hoc proprie cum intellexerimus materiam  
morbi posse reuocari ad cutem. Huius etiam intentionis  
emplastratio ex sinapi: & similibus.

Quartam rem complent flebotomia, & corporis munda-  
ficatio, cum medicinis solutiuis secundum necessitatis exigi-  
tiam. Et hoc quod nunc discutimus, dirigit intentionem  
stram ad aegritudinem iam factam, in qua reperit secundum  
talitatem ipsius materiae. Necessaria est ergo flebotomia  
si ex sanguinis abundantia fuerit, ex basilica partis quae  
quitur dolorem, facta usque ad coloris sanguinis permanen-  
tiam cum conditionibus uirtutis & aetatis. Excusat enim  
alij hanc flebotomia, nisi fuerit constipatio naturae, in  
enim lenienda est natura cum his quae sunt sicut strac-  
uuum, manna, & muroba de uiolis, & decoctio uiu-  
rum cum iuibis in aqua hordei, & quae hoc cursu pro-  
dunt: aut cum enemate leui. Si autem materia cholericum  
rit, tunc flebotomia & uentris solutio necessaria est. Si  
similiter si flegmatica, aut melancholica fuerit. Verum opor-  
tet flebotomiam praeponi farmaciae nisi uentris fuerit  
stipatio, tunc enim praecipimus lenire prius naturam. Munda-  
ficationem autem corporis cum medicina solutiuam oportet  
quod praecedant praeparatiua ad materiei digestionem

cessaria, & siquidem materia cholericum fuerit, requi-  
rit inflammatio eius infrigidationem maiorem, & hume-  
clationem, tamen non expolianda a uirtute abstersionis,  
& de hoc quidem genere sunt aqua citrulli, & melonis  
indi, & cucurbitae, & similia: & proprie cum eo quod est  
sicut secianiabin: quod scripsit Galenus, cuius haec est per-  
missio.

Recipe mellis partem unam, sacchari salicemini partes  
duas, acetii & aqua dulcis ana partem unam. Inest  
autem huic secianiabin uirtus extinclionis, & sedationis  
sitis, & abstersionis, & si duplicatur in eo mel, pro-  
ueniet ex eo abstersio maior: & si additur ei, ad acetos-  
sitate est obuatiuum cholerae, & multiplicationi sitis:  
& sit dosis eius ab uncijis duabus usque ad tres cum ali-  
quo ex praedictis succis, aut cum aqua habente tempe-  
riam inter calidum, & frigidum si aestas fuerit, & si  
fuerit hyems, detur cum aqua calida: ita tamen quod in ma-  
tutinis praecedat haustum eius potus mucaginis psyllij  
ex aqua sola, aut ex aqua granatorum dulcium, & aqua  
dulci cum iuleb: & subsequatur ipsum circiter per duas horas  
potus aquae hordei.

Si autem rem pluris humeclationis & minoris abster-  
sionis dispositio exigit, syrupus uiolatus cum aqua iuiuba-  
rum dandus est, aut aqua hordei cum uiolis conditis. Rescin-  
dantur autem omnia quae infrigidant, & compingunt, sicut  
portulaca, papauer, & similia, nisi aliqua necessitas exi-  
gat, sicut dicemus.

Si autem febris, & aestuatio, anhelitusque frequentia, & si-  
tis inualuerit, succurrendum tunc cum eo in quo est humeclatio  
sola, sicut est mucago psyllij proprie, & iuleb subtile,  
for

sorbendo ex eo semper aliquid post aliquid. & si fuerit hoc constrictio naturæ, dandus est Syrupus de primis a mucagine psyllij & similia.

Si autem materia sanguinea fuerit, requiritur uirtus refrigerationis minor, & abstersionis maior: & proprie quod est sicut secaniabin, in quo duplicatur mel, cuius sum præcedat sicut in matutinis hydromeli, & iuleb, sicut subtile utrunque: & subsequatur aqua hordei decoctionis pillorum ueneris: & similia.

Si autem materia fuerit sanguis phlegmaticus, requiritur minor infrigidatio, & maior abstersio cum eo quod est sicut secaniabin proprie, & decoctio hyssopi, & radix lilij, & ius autem intentionis hydromeli, & similia.

Si uero fuerit materia sanguis melancholicus, datur Syrupus mellinus, & hydromeli cum decoctione amethi, uel lapini, uel buglossi, & ireos, & similia. Et super haec est, ut res lenientes, & remouentes asperitatem præcedat res quæ abstergunt, imò non expolientur ab eis, sic enim licitatur operatio.

Cum autem administrationem medicinæ solutionis ueris necessariam esse, in re est ut consideres. Nam si sit uehementia inualuerit cum aestuatione, tunc timendum est solutium, & excusat ab ipso sola flebotomia, in qua non timor, nisi forsan apud naturæ constipationem, & interea eam leniri cum aqua hordei, & uiolis conditis, & pulpa fistulæ, & manna, & similibus, aut cum aqua primorum, & quæ hoc cursu procedunt: aut cum clysteri lenitimo exis que scis.

Materia uero euacuanda qualiscunque fuerit, oportet euacuetur cum eis cum quibus cum solutione est lenificatio, de qua

de quorum summa sunt uiolæ proprie humide, & sicca, & condita, & Syrupus ex eis, & siracost, & tereniabin, & saccharum albosor, & cassia fistula, & similia, & proprie si materia fuerit cholericæ, & quandoq; miscetur cum eis sicut sunt trochisci de uiolis, habentes aliquid scammonij: & nos scripsimus permissionem eorum in capitulo de asthma.

Et si fuerit phlegmatica materia, euacuanda est cum eo quod est sicut puluis ireos, aut agaricus, aut hyssopus, aut alba hæce cum myrobalanis de uiolis mellitis, & tereniabin, & aqua hordei.

Si uero fuerit melancholica cum eo quod est sicut elleborus niger cum aqua hordei: & iam quidem Galenus præcepit aquam hordei post solutium propinari debere, aut aquam mellis, ut lenificet, & abstergat uirtutem solutiu: & si dispositio aliqua est, quæ erigat, necessarium est ut clysteribus lenibus medijs, & acutis, secundum necessitatis exigentiam, & proprie cum dolor procliuor ad hypochondria fuerit.

Quintam rem complent administrationes medicinarum spirituum facilitantium, ipsarumq; uelocitantium.

Et hoc quidem perficitur cum inchoatione ab humectantibus, & lenificantibus procedendo ad res temperatæ abstersionis.

Et siquidem uehemens inflammatio fuerit, cum eo quod est sicut aqua melonis indi, aut aqua citruli, aut cucurbitæ cum aqua sacchari, aut aqua hordei excorticati decocti in aqua pluuiali decoctione uehementi cum iuleb.

Et siquidem non adeo fuerit uehemens, sufficit aqua iubarum & sebesten cum uiolis, & seminibus citoniorum, & oleo amygdalarum dulcium cum iuleb, & aqua mellis, aut aqua

aqua sacchari.

Et non permittatur post illam aqua hordei, sicut post  
ram, & in processu rei procedendum usque ad id quod  
cut decoctio radicum lilij, & capillorum ueneris in  
hordei cum hydromelite.

Verum aqua mellis est ultimior ad humectandum, ut  
aqua hordei, & aqua ficuum & passularum est huius generis  
post ista, & proprie cum myrobalanis de uiolis, & ceris  
mellis, & oleo de amygdalis dulcibus, & similiter aqua  
quiritiæ cum eis, aut sine eis, & facimus sequi post  
aquam hordei, & est uia rector: & quandoque peruenit  
ad gradum eorum quæ sunt decoctio hyssopi, & similis  
ex rebus sputum facilitantibus ex sorbitione facta est  
ad caliditatem decliui, hora post horam: & ex eis est  
ca facta super locum doloris cum aqua calida, mirum est  
lorem, & sputum accelerat, & si sit decoctionis in  
aut scenogreci, & similia, magnificatur operatio  
ferunt ei cerota & emplastra: & ex eis quidem sunt  
ra in quibus est lenificatio cum resolutione non eleuatur,  
quasi in gradu primo. Deinde procedendum paulatim  
quæ amplius eleuantur & ex rebus utilibus non eleuan-  
cerotum ex oleo uiolato, & cera: aut ex oleo amygdalis  
cera, & eleuantur super ista quæcunque sunt ex mucosita-  
bus, aut adipibus alijs, & adhuc ex æsypo, & ex melle  
tius ex radice lilij, aut scenogreci, & semine lini, & alijs  
thio, coctis cum succo herbæ uitri, & oleo de cinamomo  
pauco melle, & adhuc est fortius his ex caulibus thio  
cum butyro, aut ex cinere radicum caulium cum adipibus  
quidem plures his scribemus post, si Deus uoluerit.

Et ex his quæ ualde sputum facilitat, est ut dormiamus

mus super latus dolorosum, & sorbeat hora post horam pau-  
latim ex aqua calida, & aqua sacchari, aut aqua mellis calida  
& similibus.

Sextam rem complent administrationes medicaminum se-  
dantium accidentia superuenientia huic ægritudine quæ ulti-  
mantur. accidit ex eis timor, & desperatio: & sunt proprie  
permistio intellectus, alienatio, uigilia, sitis uehemens, fluxus  
uentris, & sanguis ex naribus, intellectus autem permistio et  
alienatio quandoque accidit apud permutationem pleuritidis: &  
nos loquimur de ea, & quandoque accidit ex proprietate cu-  
iusdam speciei pleuritidis: sicut proprie quæ fit in uelamine  
distinguenta magno, & est diaphragma, & comunicat cum cere-  
bro mediante neruo quodam magno, qui dilatatur, & conte-  
xitur in substantiam pannicularem, & oportet in hac parte  
geminare curam similis pleuritidis, sicut scribemus nunc, &  
frenitidis sicut in proprio loco scripsimus: & hic erit modus  
curationis, si Deus hanc ægritudinem curari permiserit.

Vigiliae autem si accident inter dum accessum ad permistio-  
nem intellectus significant, & proprie dum multiplicantur:  
& tunc necessaria est administratio specierum de iacur, & sy-  
rupi de papauere, & decoctionis eius: & hoc cum cautela,  
ne sputum compingant & prohibeant, quod est res deterior  
eis, & medicina ex semine papaueris meliores sunt eis, quam  
ex cortice: cautela societatis aufert hoc nocumentum, & pro-  
prie si associetur eis quod est sicut decoctio passularum, aut  
aqua mellis, aut rob: & quod est eis simile.

Sitis autem accidens eis, sedanda est cum humectantibus,  
& uehementiam inflammationum extinguentibus, sicut cum  
aqua citrulli proprie, & melonis indi, & mucagine psyl-  
lij, & similibus, de quibus loquimur in proprio capitulo.

Verum non oportet esse frigida actiu, & oportet ad  
 aliqua eis ex abstergentibus subtiliter, ut lenificetur  
 & si fuerit sitis à caumate spiritualium, administratur  
 tas aeris temperati decliuis ad humiditatem, & unguentum  
 eius etiam cerato de oleo uiolato, & cera, & similibus.  
 autem fuerit ab ebullitione cholerae rubrae conferet scru-  
 bin subtiliter, quod scripsit Galenus, cum aqua pluuiali, h-  
 pus uiolarum cum aqua plurima sedat hanc sitim, & aqua  
 dei habens bonitates suas ex materia permissionis sue  
 fert, sicut Hippocrates dixit.

Fluxum autem sanguinis à naribus contingentem eis  
 erisim, sistere non debemus, nisi superfluat: & si fuerit  
 creticus, sed propter exuberantiam sanguinis, confertur  
 flebotomia, & alia quae diximus in capitulo proprio. Fe-  
 xus uentris accidens eis in morbi principio est secundum  
 duorum modorum. aut enim propter multitudinem mater-  
 cū praesentia regulationis naturae, & sequitur exte-  
 litus facilitas, & lentescencia febris: & est significatio  
 na. aut est propter exuberantiam materiae praeterquam  
 letur à natura, imò est sicut egurgitans: & est significatio  
 mala, & proprie cum non sistitur per ipsum difficultas ac-  
 litus, tristitia, & febris inflammatio, tunc enim fortassis  
 perueniet mors in quarto, uel ante. Si autem accidat  
 uentris in fine morbi: est similiter secundum alios duos  
 modorum. aut enim expellitur materia ad hepar & est  
 & sequitur ipsum incolumitas: aut accidit à debilitate he-  
 tis, & prostratione digestivae uirtutis, & contenta  
 ipso, & sequitur post ipsum perniciositas.

Septiman rem complent administrationes regulatio-  
 circa regimen aegri in generibus sex rerum: & postea

ut dirigatur eis temperies in aere quae sit utriusque ad calidi-  
 tatem decliuis, & timeatur obtusio & acuitas in ipso ex mul-  
 tiplicatione Boreae, & Austri in quantum possibile fuerit.  
 & fiat elongatio à fumis & uaporibus, & uentorum flatu:  
 & ab aere agitationis aquarum, & ab aestuoso & sicco.

Nutriens autem oportet commensurari eis secundum con-  
 siderationem nostram quam dirigimus, aut ad morbum, aut  
 ad patientem: & ad morbum quidem aut secundum quantita-  
 tem acuitatis, aut secundum horam accessus, & recessus eius.  
 & multitudo quidem acuitatis facit necessariam subtractio-  
 nem nutriens sicut paruitas multiplicationem ipsius.

Et Hippocrates quidem dixit, apud uehementiam doloris,  
 & acuitatis si cibus detur, est ponere agrum ad desperatio-  
 nem, & mortem. & illud ideo, quoniam natura debilis, ad al-  
 teram duarum occupationum, aut deficiet, aut ad utranque.  
 & certum est furiam ex resistentibus naturae, & suppedita-  
 tione multiplicari: quare tunc nutriens omnino prohibendum  
 est. & adhuc nutrire circa acuitatis & doloris aduentum, seu  
 augmentum, horrendum magis est, quam circa ipsius ultimi-  
 tatem. Apud uero acuitatis & uehementiae doloris declina-  
 tionem non suspectum est, & minus apud lentescenciam. Ul-  
 terius autem nutriendum quando iam accidentia quiescit, &  
 lenia, & facilia fuerint: & adhuc ulterius, quando iam ex  
 toto remissa sunt.

Nutriens igitur, cum nondum in toto dolor lenior fuerit,  
 cum eo quod est sicut aqua hordei, & aqua sacchari, aut aqua  
 mellis, utriusque factis subtilibus. Et cum iam à dolore aliena-  
 tum agrum inueneris, sed non integrè, sis contentus aqua sac-  
 chari, & aqua hordei decocti in aqua plurima decoctione ue-  
 hementi: aut aqua altera in abin cum aqua hordei, decoctis uehe-

menter. facilitant enim sputū. & si ulterius sollicitare ueris, ex amygdalis, iusculum decoctionis earum admisceris dabis cum melle modico, aut saccharo. & ex eis est aqua chanderes, & aqua tritici, & proprie cum amplius ex alleuiat inueneris. similiter iusculum ex maluis, & solocanna, & bletis, & sicla, & cucurbita, & sorbitionum earum ex fabarum farina. & concedimus in fine febriū menta ex butyro. Et post febrem iuscula ex herbis carnibus teneris: aut uitellis ouorum. Et quidam ex antiquis dabant panem cum aqua sacchari, & iuleb. Galenus tētem praecepit quod & nunc comprehendit uniuersitas, sementum non dari: facit enim apertionem apostematis digestionem. Et azimum non dari. sputum enim inuiscat.

Cum autem rupturam apostematis querimus, & dea fermentatū, rupturam enim apostematis facilitat, & raris saliter quidem conceduntur eis cannamelle, & graecibilia, & poma dulcia elixata, aut assata, & passule similibus, & chesmes, & iuiuba completa, & amygdala. quandoque extendimus usque ad pisces degentes in scopulis, & proprie habentes squammas. & haec proprie tribuuntur sicut exigit dispositio. Et in pleuritide quidem siue danda est aqua cicerum cum melle, & aqua caulium cum amygdalino, aut lacte amygdalarum, & cibentur sicla, oleo amygdalino, aut lacte earum, & melle. & detur alteraniabin cum hyssopo & melle, aut pulegio. est enim bonus. Et dico quod tempus, etas, regio, & consuetudo in administratione quantitatis nutrientium, & numerus partium, uel multum, semel, aut amplius dari debeat, res lat: quare distinguendum est in illis sicut scis. Potus uero eis bonus est aqua sacchari, & aqua mellis, & iuleb.

tile, & aqua hordei subtilis, & quae hoc cursu procedunt. Aquam autem in hyeme calidam bibant: in aestate uero temperatam. Verum abhorreant aquam frigidam, nisi in duobus casibus, & hoc quidem in tussi sicca, & aspera, & in siti ex caliditate uehementi: tunc quoque concedimus ipsam, frangentes frigiditatem eius cum secaniabin, & iuleb, acquirantes ei ex uirtute incisionis alsicaniabin uirtutem penetrationis, ut penetret, & discurrat in uenas, & sigilletur. Deinde ex frigiditate, & humiditate uirtutis aquae extingvens inflammationem, & sedans asperitatem, & sitim. Hoc est enim quod non omnes comprehendunt. In morbi autem declinatione detur eis uinum album dulce, & subtile: & rob cum aqua pluuiali: & aqua mellis: & conceditur uinum aquosum eis lene, & uinum chesmes, & aqua decoctionis alchemes, & aqua passularum, & iuleb: & quae hoc cursu procedunt. In flegmatica uero sorbeant aquam mellis, & quandoque decoctionis hyssopi: & quae hoc cursu procedunt. In melancholica uero cibentur sorbitionibus factis ex sanic triticeo, & melle, & alteraniabin, & oleo amygdalarum: & ex sorbitionibus factis ex farina fabarum in iusculis ex lingua bouis domestica, & syluestri. Potent aquam mellis cum aqua lupulli, anethi, & similium. Et quidem iam dictum est in hac aegritudine uentrem fluxibilem cum moderantia fieri. Etenim eius strictura uel largitas plurima non est bona. In lubricitate igitur uentris prohibenda sunt iuscula ex herbis. Danda uero sunt apud uentris stricturam, & cum sitis aspera fuerit, & prohibenda sunt granata, & poma cum uentris constipatio fuerit. Danda uero sunt apud lubricitatem ipsius: & sic intelligendum est de ceteris. Cibare autem, aut potum

dare, non nisi à fece purgatis uisceribus, uel saltem me-  
 digestionis primæ. Hippocrates iussit, neque accedente die-  
 re, neque presente eo, neque in hora deteriore horum.  
 Similiter autem nec apperias uenas fece dissipatis uis-  
 ceribus, aut lubricitate dominante eis, & proprie uehemen-  
 te neque in die eum natura obsistit morbo: sed in diem inori-  
 tationem, si possibile fuerit. Soluere uero apud uentris co-  
 pationem: & apud materiei declinationem ad hypochondria  
 cum enematibus magis esse conueniens Galenus iussit. In-  
 cuando uero membra nutritiua & spiritalia obsident, si-  
 macia opus esse precepit: & enemata utilia esse non negat  
 & proprie sicut dispositio exigit. Adhuc aut opus farinæ  
 abscindendum est apud febris, & accidentis uehementiam.  
 curat enim tunc ab ea sola flebotomiæ administratio: in  
 tē lenire siccitatem uiscerum oporteat: & hoc magis cum  
 steribus facias.

### Sermo in aqua hordei.



ONSUEVERUNT antiqui uocare aquam  
 hordei ptissanam: & consueuerunt uocare  
 sanum, & chylum liquores resultantis co-  
 catione alicuius rei in aquoso, ex actione co-  
 ris operantis in illa. Verum chylus habet artificem calorem  
 animæ, & proprie, in uase proprio. Ptissana autem habet  
 artificem calorem ignis in uase communi, sicut est elixationem  
 nium, & frumenti, & hordei, & aliarum rerum in uase  
 tium. Elixationem autem rerum medicinalium consueuerunt  
 uocare apothemata: & inueniuntur aquæ hordei duplex esse  
 scilicet, lenitionis cum absterfione, aut sine absterfione.

quidem est cum absterfione, potum medicinale uocauerunt.  
 Eam uero quæ sine absterfione est, quandoque uocauerunt po-  
 tum tantum, & quandoque potum & cibum. Et in his distingui-  
 tur modus operationis secundum artem, & scientiam, quare  
 duplicem in eius operatione inueniunt artem, unam, scilicet,  
 facientem eam potum medicinale: aliam facientem potum  
 tantum, aut potum & cibum. Ars uero prima modificat sic.  
 Accipe hordei excorticati & fricati cum panno aspero frica-  
 tione uehementi usque ad excussionem tenuium corticum cir-  
 citer libram unam, & sit hordeum subtile, medium: inter an-  
 tiquum & nouum, super quod non cecidit de odore corruptio-  
 nis aliquid, nec de contagione fumi, aut pulueris, & conser-  
 uatum fuerit in loco aeris liberi, & iam habuerit perfectio-  
 nem in maturitate sua: & pone illud electum in olla noua,  
 mundata, lota & absterfa nimis, ut non remanserit in illa de  
 odore quicquam omnino, & proijce super ipsum aquæ circiter  
 libras uiginti, & sit aqua fontium dulcis, lenis, & subtilis, &  
 exerce coctionem ipsius cum omni facilitate in quantum pos-  
 sibile fuerit, & hoc sine fumo, auferendo à principio spumam  
 eius, & decoquatur usque ad consumptionem medietatis aquæ,  
 aut duarum partium eius: deinde coletur, & conseruetur in  
 uase uitreo, habet enim hæc aqua uirtutem lenitiuam resultan-  
 tem in ea ab aqua, & medulla hordei, absterfiam, & laua-  
 tiuam à nitrositate quadam expansa in cortice hordei interio-  
 ri regente medullam eius. Est igitur facilis, lauatiua, & sputi  
 facilitatiua. Ventrem lubricat, oppilationes aperit, & uri-  
 nam prouocat. Ars uero secunda modificat secundum hunc  
 modum.

Recipe hordei excorticati circiter libram unam, & frica  
 ea illud cum panno aspero fricatione uehementi, usque ad



excursionem, & ad separationem intrinsecorum cum omnino, & lava illud lauationibus pluribus cum calida, deinde pone in olla, & funde super ipsum aquam ter libras octo. Deinde bulliant cum facilitate ebullitionis & proiciatur ab eo illa aqua: deinde pone super ipsum calidam circiter libras viginti, & decoque cum facilitate ad libras decem, uel usque ad libras septem, deinde colatam reconde in uase uitreo. Hec autem aqua sitim & appetentiam sedat, & inflammationem extinguit, pectus, & pituitum, & guttur lenit, sitim extinguit, uentrem lubricat, praecordia humectat, & spiritum faciliat. Haec aqua ulteriorem recipiens coctionem, infundendo admodum parum post parum circiter libras decem, aquae calidae: fiat cibus & potus: quem quibusdam colatum, quibusdam colatum secundum necessitatis indigentiam Hippocrates praecipit. Et quandoque adhuc ulteriorem recipit coctionem, usque adeo donec habeat mediocritatem inter tantum liquidum: & est cibus laudabilis, habens bonitates salutaris.

### Sermo in aqua cicerum.



**D**IXERVNT antiqui duplicem proprietatem esse. Et ex eis una est, quae est expansiva: perficit corticum cicerum, humiditas haec cum caliditate subtili, quae tollitur solutione. Et est alia proprietas, quae sedet in toto corpore: & est humiditas dulcis, subtilis, nutritibilis, tam uisiva. Si uero coxeris libram unam, cicerum conseruatum: huc nitrositatem suam cum libris viginti, aquae, solutione, usque dum redeant ad libras decem, tunc cicerum potus medicinalis, & proprie lauatium, & est

siuus, & aperitiuus oppilationum, tam praecordiorum quam nutritiuorum, & uiarum urinae, frangitiuus lapidum in eis, & mundificat uiscera, sium tamen non tollit. Et si ulteriorem excipiat coctionem, & cum plurima aqua usque dum acquirat mediocritatem inter tenue & iunctum, est cibus bonus aegritudinibus slegmaticis. Verum oportet ut detur colatus. Ex ciceribus autem à quibus iam expoliata fuerit nitrositas, sunt iuscula incitantia uentrem, & impinguantia. Sermonem in aqua mellis iam scripsimus in antidotario nostro, quare non est hic necesse repetere.

Haboali. Iuleb alcheshmes conferens cum auxilio Dei pleuritidi, & doloribus pectoris.

Recipe alcheshmes, & passulas, & decoquantur in aqua decoctione sufficiente, & accipe huius aquae partem unam, penidiarum partem β. decoquatur usque dum sufficit, secundum eundem modum, fiat iuleb.

Idem. Syrupus conferens tussi, & pleuritidi.

Recipe succi granatorum dulcium libras duas, succi canarum mellis libram unam, penidiarum tantundem. Fiat ex eis syrupus bonus, si Deus uoluerit.

Ioannitius. Iuleb subtile conferens pleuritidi cum inflammatione & siti.

Accipe succi melonis indi, aut succi cucurbitae assae libras quatuor, sacchari libras tres, fiat ex eis syrupus, & detur cum aqua hordei.

Idem. Syrupus uiolaceus conferens febribus, & pleuritidi, & tussi siccae.

Recipe uiolarum recentium, seminum citoniorum, & citrulli ana drachmas decem, seminis maluae drachmas duodecim, gummi Arabici drach. octo, tragacanthae drach. tres.

Funde super ea calide libras septem, & dimitte die & nocte, deinde bulliat ad consumptionem medietatis. Deinde cum penidiarum libris duabus, & β. fiat Syrupus. da cum aqua hordei, & mucagine psyllij mane, & sero.

Israeilita. Syrupus conferens pleuritidi, & catarrhi pectoris, & tussi calidæ cum asperitate, & situ uehementi, & causa siccitatis temporis.

Recipe iuiubarum pinguium, sebesten ana centum, maluarum, siracost ana drachmas decem, liquiritiæ, florum lily bouis domesticæ ana drachmas duodecim, seminis maluarum ana drachmas quinque, super ea projice aqua calidæ libras septem, & dimitte die ac nocte. Deinde coque usque ad consumptionem medietatis, & cum sacchari libris duabus, & succi malorum granatorum dulcium libra una, fiat Syrupus. da cum aqua hordei & mucagine psyllij.

Idem. Syrupus conferens pleuritidi cum inflammatione, & acuitate uehementi, & tussi difficili.

Recipe aquæ cucurbitæ libras tres, siracost, uiolæ ana drachmas uiginti, pulpæ, cassiæ fistulæ drachmas decem, infundantur omnia per diem ac noctem in succo prædicto. Deinde lido, deinde frica manibus, & cola, & cum succi granatorum libra una, & sacchari libris duabus, fiat Syrupus. da cum aqua ximus.

Hæmec. Syrupus de uiolis conferens pleuritidi, & tussi calidæ.

Recipe uiolearum uncias duas, seminum citoniorum, maluarum ana unciam unam, iuiubarum, sebesten ana unciam unam, decoque in libris septem aquæ cucurbitæ ad tertiam partem consumptionem. Et cum sacchari libris duabus, fiat Syrupus.

Filius Zachariæ. Confectio trochiscorum festinantium maturacionem in pleuritide, & facilitantium sputum.

Recipe uiolearum, succi liquiritiæ ana drachmas decem, tragacanthæ, anyli, seminis althææ, seminis fœniculi ana drachmas tres, confice cum mucagine lini. Et sit dosis drachmæ unius, cum syrupo uiolato.

Idem. Confectio unguenti lenientis pectus, & facilitantis sputum.

Recipe olei uiolearum drachmas quatuor, mucaginis seminis lini, & seminis citoniorum, & mucaginis seminis althææ ana drachmas quatuor, mucaginis hordei mundi cocti ad perfectionem usque dum rubescat, unc. unam, & β. succi radicum lilij unciam unam, ceræ puræ unciam unam, aggregentur omnia bona aggregatione, & unigatur cum eo pectus: bonum si Deus uoluerit.

Sabor Rex Medorum. Descriptio unguenti sedantis dolorum & lenientis sputum.

Recipe olei uiolati unc. ij. ceræ drach. β. adipis anatis & gallinæ drachmas quinque, œsypi drach. octo, butyri ouium loti sepe in aqua hordei drachmas quatuor, mucaginis seminis lini, & althææ ana drachm. decem. Et fiat ex eis unguentum. bonum, & expertum. Et si materia compactior fuerit, pone pro oleo uiolato, oleum de lilio.

Idem. Confectio emplastri mirabilis ad ea quæ diximus.

Recipe soltorum uiolearum drachm. quinque, radicum lilij drachmas decem, farinæ hordei & fabarum ana drachm. sex, & β. mucaginis maluauisci, & seminis citoniorum, & seminis lini ana drachmas duodecim, florum chamæmeli, tragacanthæ, ana drachmas septem, ceræ uncias duas, olei uiolati uncias octo, rob quantum sufficit. aggregentur omnia,

decoquantur, & superpone. Si autem materia coe-  
 fuerit, & indiget resolutione, addatur in eo farinae  
 lini drachma una, & pro oleo uiolato, ponatur oleum  
 tito. Et si caliditas intentior fuerit adde eis succi foliorum  
 curbitae, nenufaris ana drachmas duodecim, & subtrahe  
 semen lini.

Idem. Aliud sedans dolorem, & maturans.

Accipe farinae hordei, meliloti, ana partem unam  
 rinae foenograci, seminis lini ana partem  $\beta$ . seminis  
 paueris albi partis unius tertias duas aut corticis  
 paueris partem  $\beta$ . vitellum oui unum, rob quantum  
 ad aggregandum ea.

Filius Amaran. Emplastrum conferens pleuritidi.

Accipe uiolarum siccarum, furfuris farinae albae, se-  
 hordei, & fabarum, maluae, chamemeli, meliloti partem  
 les. Confice cum cera & oleo uiolato quantum sufficit  
 utere. Et si necessitas expetit, ad maiorem resolutionem  
 de ficis ablas, farinam seminis lini & foenograci.

Si autem resolutio quam querimus non fuerit possi-  
 imò tedit ad hoc ut suppuretur, & hoc significatur ex  
 non mundificatur in decimoquarto die, imò multiplicatur  
 lor cum febre, & difficultas & constrictio anhelitus, &  
 sis, & alia. Et tunc diuertemus nostram considerationem  
 inuestigandum qualitatem accidentium significantium  
 alterum duorum ex his quae comprehendit ratio de effe-  
 tuis. Nam si dolor cum praedictis accidentibus non  
 fuerit, neque propter plebotomiam, neque propter ablu-  
 tur, & uirtus non fuerit, expecta casum eius, &  
 tem.

Et dixit Hippocrates quod quando pleuritis non

uitur, neque mundificatur usque ad diem decimumquartum,  
 tunc permutatur ad collectionem. Et tunc oportet ut ars per-  
 ducendi collectionem ad suppurationem, & ex suppuratio-  
 ne ad statum incolumitatis dirigat intentionem nostram ad  
 sex res.

Prima quidem est maturatio apostematis.

Secunda est ingeniatio ad rupturam eius.

Tertia est absterfio & mundificatio materierum.

Quarta est mundificatio, & consolidatio.

Quinta est correctio accidentium.

Sexta est rerum sex regulatio.

Prima igitur rem complent administrationes medicami-  
 num aggregantium in se uirtutem lenificationis, uel si-  
 mul & resolutionis, ut cadat maturatio equaliter in mate-  
 riam iam collectam, & illam quidem oportet ut latitudinem  
 cum gradatione administrationis medicaminum habeat, inci-  
 piendo ab eis quae sunt in gradu temperatae complexionis, ex-  
 tendendo ad ea quae sunt maioris eleuationis, donec peruenia-  
 tur ad gradum fortium. Et scias quoniam principum opera-  
 tionis medicaminis fortis inaequalem facit murationem, aut  
 ante murationem apostema aperit.

Maturatiuorum autem quaedam operantur administrata  
 interius per os, & quaedam exterius: & ex interius operan-  
 tibus, & temperatis, est aqua decoctionis ficuum siccarum, &  
 dactylorum, & fortius eis est decoctio utrorumque: & ex eis  
 est decoctio foenograci, & ficuum siccarum cum rob, aut sine  
 eos, aut passularum & foenograci, aut aqua hordei decoctio-  
 nis ficuum siccarum, uel radicum lilij cum melle. Et ex eis  
 est fortius decoctio ficuum passularum nuculearum,  
 dactylorum, foenograci, & seminis maluae cum meibuteg.

Et si fuerit in eo caliditas uehemens, tunc conueniat aqua hordei cum iuleb subtili, aut cum aqua mellis, aut aqua decoctionis maluarum, aut seminum earum, aut alba aut radicis lilij, aut ficuum siccarum & passularum: aut culi, aut seminum citoniorum, & similia.

Confessio trochiscorum facientium maturationem, & proprie cum non est caliditas uehemens.

Recipe seminum maluæ, altheæ, farine fenogreci, seminis lini aspi, farine cicerum, succi tiquiritinæ terentibus fac trochiscos cum mucagine seminis lini. Da cum eo quod conuenit ex portibus.

Confessio alia trochiscorum conferens ei cum quo est caliditas, & febris uehemens.

Recipe uolarum siccarum, tragacanthæ, anisi, succi citoniorum, seminum citoniorum, seminum citrulli, & melonis, cucurbitæ, seminum maluæ, altheæ, florū meliloti ana. Item trochiscos cum mucagine seminum citoniorum, aut seminum citoniorum. Da cum eo quod conuenit ex portibus.

Extrinsæcæ autem operantium quedam sunt enterocines, & proprie ex aquis decoctionis maluæ, aut altheæ, & fenogreci, aut seminis lini, aut citoniorum, & similia, & ministrare cum spongijis. Et quandoq; additur eis quod est sicut melilotum, & anethum, & herba. Et quandoq; opor quod sint litiones, & proprie quæ sunt sicut cera, & oleum umbibita in mucagine psyllij, & seminum maluæ: aut in mucagine fenogreci, & seminis lini, & altheæ, & similia. Et eis est adeps gallinæ & anatis, & similia. Et fortius eis diachylon dissolutum in oleo de lilio. Et adhuc fortius quod ex mucagine radicum maluæ, altheæ, farine hordei, fenogreci, seminis lini, & seminis citoniorum, & melle aggrega-

tis cum butyro loto & cerato facto ex oleo & cera.

Et quæcunque sunt emplastrationes, & proprie cum eis quæ sunt sicut ex farina hordei, & mucagine ficuum cum melle simul coctis, aut ex farina hordei & mucagine cum melle & oleo ueteri, aut ex dactylis & farina frumeti & rob: & ex ualde bonis est quod fit ex oleo, & folijs caulium, & farina fenogreci cum butyro simul coctis: & similiter ex radice lilij cocta cum rob, & butyro. Et fortius eis est quod fit ex farina hordei, & semine lini, & fenogreci, & semine maluæ coctis cum mucagine ficuum, & altheæ cum melle, & butyro, & rob & adipe antiquo. Et adhuc fortius si addatur eis galbanum dissolutum in rob, aut uino dulci. Et adhuc fortius si addatur ex fimo columbino: & fortius adhuc si addatur urung. Hoc autem medicamen interdum collectio nem usque ad partes cutis adducit. Et si addatur in medicamine herbe albedestur aliquid, operabitur id uehementius. Et confert in hac hora administratio quietis, & proprie in aere quieto & temperato ad caliditatem & humiditatem declinū.

Cibos autem manducent, maluas, betas, attriplicem, cum oleo amygdalino. Et ex summa oleorum melius est leureug: est enim ei cibus & medicina citam & facilem faciens apostematis maturationem. Et laudatur eis aliquid terentabin, & ius cicerum dalcium cum meliloto, & sorbitiones frumentales: & ius caulium, & similia. Et concedantur eis in secunda mensa ficus sicca elixæ, & dactyli humidi, & chesmes, & poma dulcia elixa, & cannam mellis, & similia.

Secundam rem complement administraciones medicaminum aggregantium in se uirtutem lenitionis, & apertionis cum in generationibus ex modis operationum. Et ad hoc quidem genus medicaminis perueniendum est, cum iam factum est delati.

belati, & hoc quidem significatur ex remissione delorū  
febris à multiplicatione grauedinis in loco collectionis.

Medicamina autem quibus inest poprietas hoc facit  
ex eis quæ sumuntur per os, sunt sicut Syrupus de hyssop  
& de præsio. Et ex eis efficacior Syrupus de succo herbe  
bedustur & melle, aut apozema decoctionis eius cum melle  
fermenti simul distemperatis & coctis. Et fortius est si  
ipsum cum fermento & melle. Et adhuc fortius, si addatur  
baurach modicum, & est forte, & confert in hac hora,  
proprie cum natura est fortis, & febris non est, admissio  
tio theriacæ, & mitridati.

Festinant enim & faciunt apertionem. Et similiter  
pis cum aqua mellis, aut assa fetida cum lacte.

Et his autem quibus limitur extrahi, est emplastrum factum  
ex herba albedustur & butyro, aut adipe antiquo & melle  
fortius eis est, si addatur ex fimo columbino & fermento  
adhuc fortius si addatur baurach.

Modi autem operationum quibus ingeniamur ad apertio-  
nem apostematis sunt prouocatio iusticula hora post horam  
ram, & fortius eo est prouocatio uomitus, & confertio  
te horam eruptionis ut dormiat super latus infirmum, &  
inde reuoluitur subito & impetuosè ad latus sanum: &  
sunt ex ingenuilibus qui mouent & agitant eos lecto post  
aut in cunis, & sunt qui agitant sedem in qua sedent, gubernando  
eos ne cadant.

Et sint cibi eorum in hac hora sorbitiones fermentati  
farina cum melle, aut tritico, aut ex farina hordei, aut melle  
ci, aut cicerum. Et panis fermentatus infusus aqua mellis, &  
rob, & conceduntur eis oua sorbilia cum pane, & lacte  
dum sicut mulgetur cum pane, & passule, & ficus sicca

pane. Et comedantur in secunda mensa grana pinearum cum  
ficibus siccis, & amygdalis dulcibus, & amaris, & similia.

Verum si cum hac arte apostema non rumpitur tunc est  
timorosum: quare oportet ut aperiat collectio cum fle-  
botonio, aut cauterio, ut sanies egrediat, & non subito,  
ne superueniat ei quod est sicut debilitatio, & synopsis, &  
mors. Quare oportet ut paulatim omni die extrahatur, &  
cum cautela.

Cum autem sanies quæ expuitur post apostema iam factum,  
aut egreditur post apertionem iam factam fuerit alba, &  
iuncta & equalis non habens de odore corruptionis aliquid om-  
nino, febris continuatur remissio paulatim, tunc est aliquid  
de quo est spes ad incolumitatem, & proprie quando conti-  
nuantur ei quinque alie significationes laudabiles, quæ sunt  
proprie lenitas, quies, iucunditas, & desiderium cibi, & boni-  
tas aliarum operationum uidelicet naturalium, & spiritualium,  
quare in hac oportet hora, ut conserues uirtutem cum carni-  
bus & cibus temperatis, neq; terrendum de febricula, quoniã  
eradicabitur paulatim, exeunte sanie.

Cum autem accidentia in contrarium eorum quæ diximus  
apparuerint, tunc est illud de quo desperabitur.

Inquit Hippocrates, Terminus rupturæ huius apostema-  
tis quandoq; præscribitur in uiginti diebus, quandoq; qua-  
draginta, & quandoq; sexaginta, & illud ideo, quia quanto  
accidentia collectionis fuerint uehementiora, tanto status ui-  
cinius, & eruptio uelocior, & quanto accidentia leniora, &  
pigriora fuerint, tanto status & eruptio remotior.

Accidentia autem super hæc significantia, sunt febris &  
dolor. Hæc enim uehementia, aut remissa, citam aut tardam  
eruptionem declarant.

Tertiam rem complent administrationes medicorum à sanie mundificantium post collectionis eruptionem. Eadem hoc secundum exigentiam declinationis saniei. In ista enim transitum habens per pulmonem excreta tusti. In quibusdam uero recipitur in uacuitate corporis subintrans concauam uenam transit ad hepar: & si post autem in partem concauam eius, declinabit ad intestina sicut ad propinquiores ductus, aut ad partem gibbosam, & declinavit ad uias urinæ, & in quibusdam fit postquam, ad nullam partium saniei declinatio, quare concluditur ibidem, & est materia morborum difficilium, & phthisis quandoque præfocat multitudine sua. Quibus committitur succurrimus ut mundificetur à principio uulnus. Nisi sicut Hippocrates dixit, usque ad quadraginta dies uulnuscatum fuerit, faciet cadere in phthisim.

Cum autem natura expulsionem saniei per os iam absterfua, mundificatiua, lauatiua medicamina esse oportet: & in genere eorum est aqua mellis laudabilior aqua sacchari, & iuleb, & similiter aqua hordei, & cicierum, & fortius eis est secaniabin Galeni, quod fortius est in capitulo quod est ante illud. Et adhuc eis fortius est decoctio hyssopi, & syrupus ipsius, & decoctio radicum cælestis, & syrupus eius mellinus.

Huius etiam intentionis est lohoc de caulibus, & lohoc squilla, & electarium de orobo, & lohoc de allis, & lohoc mentis uirtutis in hac parte: & alia assa cum melle, & lohoc ro. Et nos hæc scripsimus in capitulo de asthma, & de pluribus præterea & diuersa ex eis que pectus & pulmones à putredinibus mundificant scripsimus ibidem, que requirantur.

Confert etiam uomitus prouocatio cum interpollatione, cum aqua mellis, & sale, aut cum aqua mellis, & baurach, aut sinapi.

Conferunt etiam super locum embrocationes, & linimenta, & emplastrationes, & proprie ex rebus quæ adiuuant ad mundificationem. Et ex summa eorum est decoctio alhasce, aut hyssopi, aut ireos, aut simlium, administrata cum spongijs. Et quandoque miscetur cum eis quod est sicut spica, & lignum balsami, & grana eius, & hueg, & aristolochia rotunda. Et ex eis quæ liniuntur super locum, est oleum de spica, & oleum de alcanna, & oleum de lilio, & oleum chamæmelinum, & anethinum, & fortius est eis oleum de iride, & adhuc fortius est oleum balsami.

Emplastrationes autem oportet ut fiant ex eis quæ sunt sicut chamæmelum, melilotum, spica, & farina hordei, foenograci, & seminis lini, & seminis maluæ congregatis cum cerato quod fit ex œsypo, & oleo de lilio, & oleo nardino, & oleo de iride, & cera, & fortius eis est, & proprie quando queritur ex unctione, & proprie factum ex alumine, sulphure, & asphalto aggregatis cum oxymelite. Et quidem super his canon est, medicinalia huius non esse euacuanda ab aliqua trium proprietatum.

Et prima quidem est, ut sit absterfua & mundificatiua.

Secunda ut sit membri per quod est saniei transitus, conuertatiua.

Tertia ut sint expulsiones factæ per illud membrum facilitate.

Et primum quidem perficitur cum eis quæ sunt sicut aqua mellis, & aqua sacchari, & syrupus mellinus, & alia quorum præcesit rememoratio.

Secundum uerò cum eo quod est sicut hyssopus, Kesmes, & similia in expulsione facta per pulmones, cut spica, & cordumeni, & amygdala amara, & in expulsione facta per hepar ad uias urinae, & sicut sci diarrhodon, & mastix, & such, & similia facta in sione per hepar ad intestina.

Tertium uerò perficitur cum eo quod est sicut ius, men alcurat, & cartamus, & similia, quando sanies re gatur sputo. Et sicut decoctio foeniculi, & apij, & apurum, & similia, quado expurgatur per urinae, & sicut baurach, & cartamus, quando fit expurgatio per intes

Et sunt ex medicinis quae aggregant in se omnes uenes, sicut ius galli antiqui, & mel, & liquiritia, & ueneris, & hyssopus, & cassia fistula, & manna, & similia. Haec enim adiuuant expulsiones omnes quas dicuntur sunt ex medicinis magnis, quae etiã aggregant omnes uentiones: sed non sunt administrandae nisi cum morbo proprie chronicatur. & sunt theriaca proprie, & mirra, & athanasia. mundificant enim haec sufficenter. & ex eis decoctio mirabilis relata ad Archigenem, quam scripsimus in capitulo de tussi: & similiter medicamen de piperebus. Verum super his cautela adhibenda est. oportet enim febre cessare dari, & natura non debili existente, & cum melle plumae aqua mellis, ut exiccetur sanies, & mundificetur locus. & potio eorum circiter auellanam unam, uel duas, secundum quantitatem rei, cum eo quod conuenit ex potibus, & pro cum aqua mellis. In crastinum autem sit quantitas eorum sic semper diminuendo, donec perueniatur ad mellis solam.

Et si non plenè cum eis mundificetur, iterum reat illa: & iterum si oportet procedatur eadem doctrina

ad id quod exiccetur in totum. Et si cum hoc regimine adhuc non mundificabitur plenè, accelerabimus cum sapientia, & administrabimus medicinam ex arsenico, & sulphure, secundum scientiam traditam à nobis in capitulo de asthma te, & tussi. Haec enim exiccant cum fortitudine. Et si cum his constringitur anhelitus, redeundum est ad ea, quae dilatant ipsum, & educunt saniem, sicut aqua mellis cum medicamine hyssopi.

Et si supercalefiunt ex eorum administratione, redeundum est ad aquam hordei cum aqua mellis, & iuleb, & similia. Cum autem haec accidentia cessauerint, scilicet constrictio anhelitus, & supercalefactio, & exiccatio iterentur praedicta cum uicissitudine secundum exigentiam necessitatis.

Cibi autem eorum sint sicut aqua ciccerum, hordei, & fabarum, cum oleo amygdalino, & melle, & saccharo, & ius caulium cum oleo amygdalino, & quandoque cum gallinis, nisi febris uehementia prohibeat, & ius gallinarum antiquarum, & ius galli antiqui, & carnes pullinae, & haedinae, & addatur eis in cibis aut iuribus eorum, dum res exposita lat, ex pipere aliquid: adiuuat enim ad mundificandum, & exiccandum. Et praecipit Galenus dari cepas, & allium in ieiunio, ut uulnus non claudatur, donec mundificetur. Et praecipit dum sanies ad intestina declinat, dari cibaria quae uentrem moueant, sicut proprie malua, beta, attriplices, & leureng. & si per uias renum educere uolueris, dari quae sunt sicut asparagi, aut baucia, & similia.

In secunda uerò mensa comedat grana pini, amygdalas cum melle, & semina foeniculi, & dactylos humidos. Et cõcedatur etiã post cibos poma dulcia, & citronia, & pyra: & proprie

ſceburne: & ſimilia. Potum autem damus eis uinum dulcē,  
uinum albefines, & uinum de paſſulis, & aquam mellis.  
aquam ſacchari. Si autem collectio componitur, & ſi  
ditur ſanies in loco collectionis ad nullam partem  
nans, tunc oportet cauteria ſuper eodem loco tri-  
quinque, uel plura ſi neceſſitas expetit imprimi cum ca-  
rio p̄uncti, & perforetur pectus uſque ad locum ſanie.  
hoc ſi fuerit in pectore.

Si autē fuerit in latere aperiatum cum ſagittella uſque  
perueniatur ad ſaniem, ut extrahatur & exiccetur ex-  
ſiccationibus remouentibus materiam, donec ſanies paulatim  
iccetur in totum, mundificationibus & abſterſionibus  
die factis cum aqua mellis, aut cum uino mellito, & ſimilia.

Quartam rem complent adminiſtrationes medicarum  
aggregantium nunc uirtutem abſterſionis, & mundifica-  
nis, nunc uerò incarnationis, & conſolidationis: & ſimilia  
medicamina huius inuicem ſibi ſuccedant, uſque dum p̄  
pareat ſanitas. Et dictum eſt aquam mellis abſterſio-  
num eſſe. Et dictum eſt de alijs quæ nõ oportet nunc  
Et iam quidem cõpertum eſt in lacte caprino, aut aſinum  
gregari intentiones duas, ſcilicet abſterſionis, ex parte ca-  
tatis eius, & conſolidationis, ex parte caſeatis eius.  
oportet ut ſit lac calidum ſtatim cum mulgetur, & ſi po-  
timum paſtum, & propriè deſiccatum. Verum aſinum  
ſubtilius eſt quam caprinum, caprinum uerò tenacius  
eo: & aqua decoctionis hordei, & cancrorum ſimilia  
gregat ſimiliter intentiones duas prædictas, & ſimilia  
coctum cum oleis. Medicinarum autem incarnationum &  
ſolidantium uulnera pulmonis & pectoris ſumma dicta  
capitulo de ſputo ſanguinis, quare oportet ut pars illa

tur ad locum hunc. Et loquemur adhuc de eis in capitulo de  
phthiſi, ſi Deus uoluerit.

Cibi autem eorum ſint carnes paruularum auium, & extre-  
mitates hoedorum, & porcorum inueni, & arietum caſtra-  
torum, & riſum cum gallinis, & tritico, & ſorbitiones tene-  
ræ ex frumento cum carnibus. Et ex ualde iuuantibus ſunt  
ſorbitiones ex farina orobi: aut ex farina riſi cum lacte. Et  
lac coctum cum eis eſt cibus delectabilis, & propriè cum la-  
pidibus fluuiatilibus, aut chalybe, & ſimiliter caſeus recens, et  
ſimiliter ſorbitiones, & pulmenta ex lacte cum farina cice-  
rum, aut fabarum, aut anyli. Cauetur autem indigeſtio eius:  
contingens enim ex lacte moleſta eſt, & inimica, & propriè  
quantum eius nutrimentum eſt amicum.

Potus eorum ſit uinum mediocriter ſtipiticum: & uinum  
album antiquum: & uinum antiquum dulce eſt bonum eis: &  
aqua in qua extinguitur ferrum, aut aqua de minera ferri: &  
aqua roſata, aqua pluuialis in fuſionis gummi aſi, & ſimilia:  
& laudatur eis rob myrtinum: & ſyrupus eius: & mīa  
cum aqua maſtich. Et non negligantur excellentiæ ſacchari  
roſati, & adminiſtrationes eius omni hora. Fortaſſe  
enim ipſum ſolum medicina curans eos: & nos diximus  
in capitulo de ſputo ſanguinis ſecundum ſermonem Ga-  
leni: & dicemus hoc latius in capitulo de phthiſi, ſi Deus  
uoluerit.

Medicinarum autem ſumma quæ adminiſtratur emplaſtrā-  
do, dicta eſt in capitulo de ſputo ſanguinis.

Quintam rem complent adminiſtrationes medicinarum  
ſedantium accidentia in tota curæ latitudine ſuperuenientia:  
& ſunt uehementia doloris, & febris, & prauitas an-  
guſtiæ, & ſitis: & tuſſis uehementia, & ſtrictio anhelitus.



Et uigilia, et fastidium cibi, quæ tempore collectionis  
maturationis timorosa sunt, maturata autem ea suspecta  
magis: post eruptionem autem ipsius remanentia, et  
sunt. Verum ex his quædam remanentia sunt secundum  
gis et minus suspecta, et quædam corrigi possunt,  
dam autem minime.

Inquit enim Hippocrates, dolor et febris circa as-  
nerationem uehementiora sunt, generata autem eorum  
ra, et amplius remissiora post eruptionem ipsius, et  
amplius mundificata, et exiccata ea. Si autem in cor-  
rium hoc acciderit, tunc nihil aliud nisi pessimam ar-  
funda corruptio ex prauitate uenositatis significat.  
hæc quidem uere mortalis: et testatur hoc uirus esse  
sicut amurca, et foetidum. Et hoc quidem incorrigibile  
sperandum omnino.

Et hoc idem de prauitate angustie dicimus, et  
de tussi et constrictione anhelus. Vigilia autem  
et appetitus defectio aliam atque aliam possunt habere  
sam, propter quod non iudicanda mala simpliciter. Ve-  
tionem autem efficit mala cerebri complexio, sicut  
et bauracitas ex mala humiditate occultata in ipso.  
quando autem efficit frequens agitatio super aliqua  
iam quidem diximus curam eius in capite de sacra.  
etiam causam potest habere extraneam, sicut est proprie-  
fuginositas ex mala qualitate existente in stomacho: aut  
ditas, aut siccitas in orificio ipsius, et alia sicut dicitur  
capitulo suo: et curatur sicut dicemus ibi. Et similis  
fectio appetitus potest habere causas quas etiam dicitur  
proprijs capitulis.

Sextam rem complent administrationes regimini

neribus rerum sex, secundum exigentiam quinque canonum  
supra scriptorum. Et hoc quidem dictum est.

Filius Zachariæ. Confectio trochiscorum qui admini-  
strantur cum aqua hordei cum qua cocti sunt cancri fluui-  
les, et syrupus de papauere, aut rob myrti. Et conferunt  
ad consolidationem et mundificationem uulneris pectoris aut  
pulmonis: quorum permistio.

Recipe papaueris albi, seminis cucurbitæ, et citrul-  
lorum excorticorum ana drachmas decem, amyli, tra-  
gacanthæ, gummi Arabici; succi liquiritiæ ana drachmas  
quinque, thuris masculi, sedenegi loti, boli Armeni, san-  
guinis draconis, charabe ana drachmas duas, myrrhæ, cin-  
nanomi, opij, ana drachmam unam. Et fiant trochisci, et  
administrentur.

Idem. Confectio emplastri festinantis maturacione pleu-  
ritidis, et sedantis dolorem eius.

Recipe anethi, chamæmeli, uiolarum siccarum, surfuris,  
altheæ, farinae seminis lini, scenogræci, hordei ana. Deco-  
quantur in aqua donec sint percocta. Deinde conterantur,  
et misce cum oleo antiquo, et superponatur tepidum. Et  
quandoque adduntur in eo cinis caulium, et adeps anatis.

Galenus. Confectio loboc mundificantis et abstergentis  
saniam a pectore, et pulmone.

Accipe amygdalarum dulcium, et anararum, gra-  
norum pini, seminis urticæ, farinae lupinorum ana par-  
tes æquales. Confice cum melle: et da cum eo quod  
conuenit.

Plures præterea ex medicinis mundificantibus pectus et  
pulmonem a sanie, et uru dictæ sunt in capitulo de asthma-  
te, et tussi, quæ requirantur ibi. Et ex medicinis sanantibus

vulnera pectoris & pulmonis, plures dictæ sunt in casu de sputo sanguinis.

Aboali. Confectio trochiscorum ad hucera que sunt in pectore & pulmone consolidantium ea.

Recipe rosarum, balaustrorum ana drachmas duas, guinis draconis, amyli, libani ana drachmas duas, tragacanthæ, mastich. ana drachmam unam, & β. acacie, ana drachm. unius tertiam. Karabe, & myrrhæ ana drachmas quinque. Confice cum rob citoniorum myrtillorum, & cum eisdem.

Confectio medicaminis ex inuentione nostra, que medicamen forte & expertum ad hucera pulmonis & pectoris, & mundificat ea à sanie, & materia viscosa facta in eis, & faciliat expulsionem earum. Cuius hæc est mistio.

Recipe libani, myrrhæ, cinnamomi, amoni, granati, pini, radicium ireos, gummi albotin, croci, talch, ana drachmas quatuor, spicæ, castiæ fistule, carniuum dactylorum ana drachmas tres, costi drachmas duas, galbani drachma unius tertiam, mellis quantum sufficit ad aggregandum ea. Dequantior mel & albotin in vase duplici usque dum habebit similitudinem, deinde permisce cum eis galbanum, & fac hanc denuò, deinde projice super ipsum puluerem aliarum medicamentorum & da cum eo quod conuenit.

Permutationum autem pleuritidis ad alias agnitas quedam sunt ad bonum: quedam ad malum. Permutationem in peripneumoniam, & ad phthisim sunt, & aliam & permutatio eius ad peripneumoniam est secundum eorum duorum modorum. Quandoque enim fit ex conversione materiei pleuritidis ad pulmonem, quandoque ex conversione

sione uiri ad ipsum, cum non mundificatur usque ad quadraginta dies à ruptura collectionis. Et permutatio eius ad phthisim similiter fit secundum alterum duorum modorum, aut mediante peripneumonia, aut sine mediatione eius. Et proprie cum sanies acuta & mordacitiua resoluta ab eruptione apostematis transiens per pulmonem, hulcerat substantiam eius.

Et dixit Hippocrates quòd quando pleuritis non resoluitur, neque mundificatur in quatuordecim diebus in empyema transit, & si empyema non mundificatur in quadraginta diebus à die rupture, permutatur in phthisim.

Et dixit Galenus quòd materia pleuritidis quandoque rapitur fluxu uentris, quandoque natura uincit super ipsam, & expellit eam ad partem aurium, & facit collectiones, & est significatio incolumitatis. Et quandoque apparet uictoria morbi supra naturam, & significatur ex permissione intellectus, & uigilijs, & fit permutatio in phrenitidem. Et quandoque ultimatur materia morbi supra naturam, & declinat materia ad cerebrum, & interficit usque ad diem tertium: & quandoque declinat ad neruos, & facit spasnum.

Et dixit iterum Galenus, quòd quando rapitur ad partes cordis, multiplicatur tremor eius, & syncopsis, & interficit in principio, & quandoque subito.

Et dixit Hippocrates, quòd aliquando accidit ex prauitate, & uenositate materiei, ut uincat supra posse naturæ omnino, & conuertat partes loci, ut appareat dorsum patientis, quasi dorsum uerberati, & uiret latus eius, & nigret, ita quòd consuevit de eis dicere uulgus, esse percussos à demone.

Iterum Galenus dixit, quòd natura multoties uincit supra

morbum, & expellit materiam eius ad loca uacua colli  
& inguinum, & partium crurum, & aurium, & p[er]ia  
conuertit apostemata bene nata ad pleuritidem, s[er]uans  
enim salutem: & quandoq[ue] conuertit materiam, & t[er]m[in]at  
usque ad cutem, & ducitur ad incoluitatem cum app[er]t  
sub cute.

### De peripneumonia.

**P**ERIPNEUMONIA est apostema  
in membri denominatione nomen accipitur  
apostema pulmonis. Et dixit Galenus  
morbis difficilius curae, quam pleuritis  
magis promptior ad in:erficiendū: & illud propter  
Et quidem prima est, quoniam in pulmone, sicut in  
tio continuitatis raro est susceptibilis cura propter  
capitulo de sp[irit]u sanguinis assignata.

Secunda est, quia uirtus cordis non patitur, imo de  
inflammatione eius, creauit enim ipsum sapientia, in cor  
cor. Est autem peripneumonia morbus per se, aut mentis  
altero morbo creatus. Et si quidem quae causatur ab  
est aptum natum esse nutrimentum pulmonis, aut a sp[irit]u  
tate nutrimenti ipsius, est morbus per se. Deriuatur aut  
terio morbo, sicut ea quae fit post catarrhum, & post ple  
tidem. Fit autem peripneumonia ex omni materia sicut  
tis. Et ex ea est quaedam uera: quaedam non uera. Et dicit  
lenus quod uera peripneumonia est quae fit a flegmate  
datur quod dicenti, quod uera peripneumonia est quae  
cholerae, fit magis credendum. Etenim pulmo est  
cholericum: & eius nutrimentum est sanguis cholerae  
iam quidem canon est, quod morbus, cuius complexio

cedit a complexione membri, nisi sicut naturale, & innatu  
rale, est morbus proprie uerus. Recedens autem ab eius com  
plexione in contrarium ipsius, est morbus zebdeg, id est, mor  
bus nothus. Et fortassis ratio pro Galeno est, quoniam mor  
bus proprie uerus minus molestus est quam zebdeg. Et pe  
ripneumonia flegmatica non est in uehementia prauitatis sicut  
cholericam. Interficit enim cito cholericam acuitate sua, cum sit  
uicina cordi: & oppositio cum infrigidantibus non peruenit  
ad locum, nec perducitur, nisi post eius alterationem pluri  
mam, eo quod propter uiarum distantiam calefat. Hoc autem  
secus est in flegmatica: quoniam oportet medicamina esse ma  
turatiua, & resolutiua, quae facile sunt peruenientia ad locum  
necessitatis sine diminutione uirtutis eorum.

Præterea morbus proprius alius est qui fit de materia  
quae deputatur ad nutrimentum alicuius membri, quae dum  
corrumpitur facit morbum: aut fit de materia quae est super  
fluitas nutrimenti illius membri. Et iam quidem Aristoteles  
dixit quod superfluitas est contraria illi rei cuius est super  
fluitas, sicut funus & chylus: & sicut urina & massa sangui  
nea, & sicut sudor & humores in uenis, & sicut medulla &  
nutrimentum ossium, & sicut adeps & caro, & similia, nisi  
fit superfluitas delatua potentialitatis eius a qua deciditur,  
sicut sperma.

Et sciendum quod pulmo sicut cetera membra partem  
sibi propriam de humoribus recipit: sed quod est sicut san  
guis cholericus de ipsis deputatur ad nutrimentum ipsius.  
Et superfluitas sui detrimenti, quod est flegma, mittitur in ua  
cuitates eius, propter causas utilitatum quas scis, propter quod  
quidam crediderunt Galeno dicenti, quod uera peripneumonia fit  
ex flegmate, sicut ex superfluo nutrimento: & crediderunt alij  
dicentibus

dicentibus quòd fit ex cholerae nutrimento, cui iam acciderit ruptio. Et hoc secundum intentiones proprias. Terminatio autem hæc passio secundum unum trium modorum sicut pleuritis: aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut permutatur: cura eius est similis curæ pleuritidis.

### De empyemate.

**E**MPYEMA quandoque fit ex pleuritide, diximus curam eius. Et quandoque fit à peripneumonia, sicut dictum est. Et quandoque ex sereno sputo. Verum causa eorum quandoque fit in pulmone, quandoque à pectore & partibus eius. Et iam eadem Galenus dixit factam ex causis in pulmone multam rem esse ea, quæ est ex causis in pectore, propter causas dictas in capitulo quod est ante illud. Et similiter curam difficiliorem esse, propter causas dictas in capitulo de peripneumonia. Cura autem omnis speciei huius similis est curæ empyematis factæ à pleuritide, quam diximus.

### De phthisi.

**R**HTHISIS est nutrimentum desiccationis, consumptionis cadens in corpus ex calore spirituum habitualium minorum ex humerificatione pulmonis. Et ulceratio quidem huiusmodi aut causam habet aut ex præcedenti catarrho accitio huiusmodi instillante & imprimente in pulmonem horam per horam, sicut accidit ex frequenti instillatione super petram ut perforetur petra. Et quandoque fit ex præcedenti pleuride, aut peripneumonia, mediante tamè empyemate. Et quo-

doque, tamen sine mediatione, & quandoque fit ex materia putrida diu stante in pulmone, quam sequitur putrefactio & humeratio, & accidit nonnunquam post sputum sanguinis sine mundificatione sicut Hippocrates dixit. Post sanguinis sputum, casus in saniei sputum: & post saniei sputum, casus in phthisim. Hic autem sermo eius est sub conditione. Etenim post sanguinis aut saniei sputum, quibus non resistitur, fit casus in phthisim. Rarò autem contingit hæc passio pueris, & senibus. Et si cadant interdum senes in illam, occultari potest eis, & diu uiuere cum illa. Viris autem & mulieribus frequenter accidit, & proprie paratis cadere in ipsam, & rarò occultatur eis. Verum mulieribus occultatur interdum, licet pararum. Contingit autem hæc passio sicut Hippocrates dicit à decimo octauo anno usque ad trigessimum quintum. Expositi autem ut cadant in phthisim, sunt habentes cerebrum debile, quare non prohibetur receptio superfluitatum in ipso, nec digeretur quod transmittitur de nutrimento ad ipsum, quare sunt calorizabiles, & ex parua causa. Et adhuc expositi ad id sunt calentes pectus strictum in creatione sua, cum multiplicatione uentositatum in ipso, & pulmone eorum, & uicinis partibus: & habentes humeros alatos, sicut sunt curuaturæ alarum: & collum subtile, & longum, depressum inter alas, & humeros: & frequentat eos tussicula cum punctura alicuius spatulæ, aut mammillarum: & præcipue si sint ex irascentibus facili, & cholericis. Tempus autem magis aptum ut faciat cadere in phthisim, & quòd uehementius nocet factis phthisicis, est autumnus, & constitutio Borealis multam dominans, & maxime quando præcessit Auster: aut constitutio Austrina, quam præcessit Boreas. Et ex eis est regio Borealis multam frigida, & sicca, & cibi, & potus eius, & quæcunque

cunq̄ue hoc cursu procedunt. Curare autem phthisim, quæ uel  
 hementer impressit, & diuturnauit, impossibile est, & proprie  
 quando continuatur ei lubricitas uentris, fastidium, &  
 & foetor oris, curuatur & unguium, & casus capillorum, &  
 gnificant enim ex hoc corruptionem profundari: & mens  
 mentum esse abscissum. Curare uerò non diuturnam, aut  
 non multum impressit, & in qua accidentia timoris morbo  
 apparuerunt, fortassis præsumendum est, quamuis non  
 facile. Et intentio in curatione eius est duplex, uidelicet, ge  
 uersalis & particularis. Et uniuersalis quidem intentio est  
 tres res. Et prima quidem est correctio causæ facientis.

Secunda est abscissio eius.

Tertia est regulatio ipsius uitæ patientis.

Primam igitur rem complent administrationes medica  
 num abscidentium nocumenta catarrhi, si accidat à catarrho  
 & hæc est radix operationis in hac cura: & iam hæc scrips  
 mus in capitulo proprio: & si causa ipsius fuerit ex præ  
 denti empyemate ex pleuritide & peripneumonia, aut ph  
 sanguinis, cura eorum dicta est.

Secundam rem complent administrationes euacuatio  
 abscidentium causas, quarum præcessit rememoratio: &  
 quidem malitiam complexionis calidam cognoueris ex ple  
 nitudine sanguinis, flebotomiam ex basilica, & si uis  
 permiserit, demum ex saluatella, & quandoque flebotomi  
 mus flebotomia renouante numerum, si necessitas expetit.  
 ministrando ex cibis & potibus, & alijs quæ boni sunt  
 trimenti: & hoc diebus quibus non flebotomas. Si autem e  
 leram abundare cognoueris, euacua cum eo quod est sicut  
 aqua decoctionis capilli ueneris, & chayah, de sicc  
 lis manipulos singulos, iuinbarum, sebesten ana quatuor  
 gta

ginta, prunorum siccorum uiginti, pulpæ castiæ fistulæ, si  
 racost ana unciam unam, sacchari uolati drachmas duode  
 cim, si necessitas expetit, addatur eis quod est sicut tro  
 chisci de uiolis, & similia. Si autem causam læsuam mate  
 riam flegmaticam esse cognoueris: euacua cum cocijs: &  
 similibus quibus bdellio & tragacathæ partes addantur con  
 uenientes. Et ex euacuationibus particularibus: & uti  
 libus huic ægritudini sunt prouocationes hæmorrhoidum &  
 menstruorum: & maxime si ex eorum retentione in nocu  
 mentum cadat. Et nos de his in capitulo de spūto sanguinis  
 quarto canone loquuti sumus.

Tertiam rem complent administrationes regulationum  
 in generibus sex: & proprie collocentur in loco aeris tem  
 perati ad siccitatem declinans: permuetur ad regiones aeris  
 temperati. Et sint cibi eorum ex eis quæ sunt quantitatis  
 pauca, & pluri nutrimenti, & insuper ad digerendum  
 faciles, sicut proprie hepata gallinarum, & testiculi gallo  
 rum qui non couerunt, & alæ pullorum, & carnes mi  
 nutarum auium tenerarum, & carnes iuuenum perdicum,  
 & alcubugi, & columbarum, & sint huiusmodi elixæ,  
 aut in iuribus cicerum: aut in aqua hordei, & proprie quan  
 do queritur mundificatio: & oportet ut addatur tunc in  
 iuribus eorum de melle aliquid: & congruum eis utelli  
 ouorum sorbiles cum melle, & conceditur etiam eis in  
 hoc casu ius caulium impinguatum cum gallinis, & simi  
 lia. Quando autem consolidatio & conglutinatio uulne  
 ris queritur, tunc oportet ut sint cibaria desiccata, non  
 eleuata in gradu multæ exiccationis, & sint etiam conglu  
 tinantia: sicut proprie extremitates, & rostra hæedorum,  
 & porcorum iuuenum, & arietum castratorum.

Pane autem utatur similagineo bene cocto, habente quid mallich. quandoque ponitur in eo ozymus, & se-  
lia. Et ex cibis conglutinatiuis est triticum cum gallini-  
oriza, & similia: & pulmenta ex geguer, & milio, &  
nic, & Kist hordei post bonam decoctionem eorum, &  
tes sunt bonæ eis. Et pulmenta ex orobo, & sorbitione  
farina eius, & similia. & cibi ex lacte sunt eis magni in-  
menti, & proprie cum non est febris: & caseus si est raris.  
Et nos diximus in capitulo de empyemate diuersos cibos  
lacte canone quarto.

Si autem fuerit cum ea febris uehementia, sit cibus  
rum Kist hordei bene coctum cum cancriis fluuiatibus, per  
quam abluuntur, abiectis extremis eorum, cum aqua  
nere, & cum iteratione: & etiam cancri fluuiatiles, &  
elixa in aqua hordei. Et quandoque dantur cocti in lacte  
afina: & quandoque in oleis frigidis: & quandoque in  
hordei, aut cicerum: & quandoque in lacte acetoso  
elo ab eo butyro, & sunt iuuamenti sublimis. & adduntur  
cucurbita, & bleta cum oleo amygdalino, & citrulli, &  
milia. Et ex rebus cibalibus simul & medicinalibus, est  
acetosum coctum cum toriellis de seni, & sint proprie lac-  
unciæ tres, & tortellarum tritarum uncia una. In crastino  
adde ex lacte circiter auream unum. Et hæc frant singu-  
diebus donec deueniatur ad lac solum. Cum autem perie-  
tum fuerit ad ægritudinis declinationem, incipiamus de-  
nuere ex lacte acetoso omni die, & addere ad tortellas  
nec deueniatur ad dationem tortellarum tantum. Hunc ac-  
modum decoctionis lactis acetosi scripsit Paulus, & post  
post ipsum laudauerunt illud.

Operatio autem lactis acetosi est secundum hunc modum.

Accipe lac caprinum mundum habens bonitatem ex fa-  
nitate animalis, & congruitate pascui ipsius, & extraha-  
tur ex eo butyrum, & dimittatur una nocte in aere tempe-  
rato, manet autem agitur uehementer, & excludatur spuma  
eius. Est autem lac huiusmodi sedatiuum uehementis caloribus,  
constrictiuum, & consolidatiuum. Potus autem eorum non fe-  
bricitantium sit in principio uinum album dulce, & cum per-  
uenitur ad tempus consolidationis, sit altum ad stipticitatem  
declinans, permixtum cum aqua pluuiali. Febricitantium au-  
tem potus sit aqua hordei, & aqua pluuialis, & rob myrti,  
& syrupus eius, & syrupus de papauere, cum uocat necessi-  
tas, & aqua pluuialis decoctionis cancrorum, & aqua granat-  
orum dulcium, & similia. Et in secunda mensa comedant  
passulas cum granis post bonam masticationem, & granata  
dulcia, & citonia de seni cocta in rob, & similia. Et oportet  
ante comestione ut approximent deambulationibus mediocri-  
bus: & post ambulationes utantur fricationibus lenibus tene-  
rum facietibus corpus: & hoc ut uiuificetur calor in ipsis. Et  
post comestione uacent, & quieti sint per duas horas: & hoc  
in loco temperati aeris, in quo sint odores redolentium frigi-  
dorum, & stipticorum, cum administratione gaudij. Deinde  
uacent somno & quieti quantum possibile fuerit. Et si fuerint  
uigilia accedamus ad medicinas ex papauere, & hoc cum sa-  
pientia, ne congelentur spiritus. Elongentur autem à bal-  
neis, resoluunt enim uirtutem, nisi apud declinationem. Tunc  
enim sunt iuuamenti sublimis, quemadmodum dicemus post.  
Prohibeatur autem eis omnis lubricitas, & consipatio ui-  
scerum, & magis lubricitas uehemens, resoluit enim uirtutem.

Particularis autem intentio est quinque res.

Et prima quidem est mundificatio & absterasio hulceris.

Secunda est prohibitio cursus materierum ad ipsam.  
Tertia expulsio materierum saniei eius, & exiccationum ex ipso.

Quarta est consolidatio, & incarnatio eius.

Quinta est correctio accidentium.

Et primam quidem rem complent administrationes cinarum mundificantium & abstergentium huiusmodi: & nunc eorum excellentius, & nobilius est mel, & aqua. Aggregat enim uirtutem mundificationis & abstergentis: præter hoc est cibus & potus amicus naturæ: & inueniunt ualde. Et ex eis est aqua hordei, & aqua sacchari, & cicerum. Et fortius eis est decoctio hyssopi, & hyssopac. Et adhuc fortius est loboc de caulibus, & de squilla. Et eis quæ sunt maximi iuuamenti est medicamen Galeni, quod enim est mundificantium bonum, quod recipit ireos, hyssopi ana partes æquales. Confice cum melle. Da melleo. rō à drachma una, usque ad duas, cum aqua mellis.

Et dixit Democritus, Hyssopus, aut iris, aut fardax, & gulariter, uel coniuncta, cocta in aqua mellis, aut in aqua dei, sunt mundificantia bona. & nos diximus plura in capitulo de empyemate.

Secundam rem complent administrationes medicamentorum a pulmone prohibentium. Et hoc quidem potest secundum alterum duorum modorum, & proprie cum prohibitione materiæ, quæ transfertur ad ipsam ex altero membro, & cum confortatione pulmonis, ut non recipiat ad ipsum transfertur de materia. Et secundum plures, quæ transferuntur ad pulmonem materiæ, sunt coarctationes, aut transmissæ a uicinis membris, & ex pleuritide, & alijs. Et horum curam iam diximus. Summam enim

cinarum pulmonem confortantium etiam diximus in capitulo de tussi humida. Et ex eis est rob myrti, & syrupus eius cum drachm. duabus, pulmonis uulpis sicci. Et ex medicinis quidem mirabilis iuuamenti aggregantibus uirtutem confortationis & mundificationis est medicamen Galeni, quod recipit pulmonis uulpis sicci, succi liquiritiæ, capillorum ueneris, seminis fœniculi, anisi, ana. Confice cum saccharo decocto cum aqua quantum sufficit. Et quandoque conficitur cum rob myrtino, & est confortatiuum amplius.

Tertiam rem complent administrationes medicamentorum, putredines quæ sunt in pulmone exiccantiũ. Et nos quidem diximus in capitulo de tussi, hæc administranda esse post mundificationem debitam, ut extirpetur post eas residuum putrefactionis omnino. Et diximus quod administratio ex myrrha & rubeæ 3. j. & mellis 3. iij. lambendo diebus interpolatis, cum aliqua ex medicinis educentibus saniem, est medicamen utile. Et fortius est lambere alchitran cum melle, aut cum melle & galbano simul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis eis, sunt medicinæ magnæ, sicut theriaca, & mitridatũ, & alia, quorum in capitulo de empyemate præcessit rememoratio. & si indiget adhuc medicamine exiccatione, procedemus ad medicinas de arsenico, & sulfure, scriptas in eodem capitulo, canone tertio. Et non negligatur medicamina huius semitæ, quoniam ad sanitatem perducunt, si Deus uoluerit. Verum si peruenitur ex eis ad supercalefactionem, succurrendum est cum aqua hordei, & ualeb cum trochiscis de caphura, usque dum cesset accidens: deinde redeatur ad exiccatiua prædicta.

Quartam rem complent administrationes medicamentorum aggregantium in se duas uirtutes, mundificationis, scilicet, & consolidationis. Et ex medicinis proprijs in hac summa est lac

asininum cū uirtute subtiliationis in ipso, & lac caprinū  
 tēperie sua, & lac muliebre cū proprietatibus tēperie  
 illa. Lac enim aggregat intentiones tres, est enim res cō  
 & dilecta in ouis, & est ex rebus uelocis cōuersio in  
 guinem. est enim sanguis bis coctus, & est post illa mē  
 absterzēs hūlcus uirtute serositatis eius, & cōglutinat  
 uirtute calcitatis eius. Et oportet ut bibatur calidū, cum  
 getur: & si posset sugi ex mammillis, & hoc in ieiunio  
 bos alios, & oportet ut post ipsum quiescant, ne corrumpat  
 & aceſcat in stomacho eorū, nec dormiant super ipsum:  
 suscipiant cibū, nisi prius descendat. Et oportet ut bibat  
 loco aeris temperati, & proprie cum fuerit gaudū, & in  
 quilitas: & quādo ipsum magis mundificatiū esse quærit  
 dandū est cum melle. Et quando ipsum magis cōglutinat  
 & cōsolidatiū quærimus, detur cum saccharo rosato  
 milibus, aut coctum cum lapidibus. Et si sumens ipsum  
 pationem patitur uiscerū, oportet ut eligatur ex lacte  
 multiplicatur serositas. & si non sufficit, multiplicata  
 titas potus eius in die sequenti, et adhuc in die tertia: & si  
 huc non sufficit, miscendū est cum eo quod est sicut sacchar  
 & sal: & si adhuc non sufficit, miscendum est polyposis  
 ipsis. Si autem sumens ipsum lubricitatem intestinorum  
 tur, tunc oportet ut misceatur ei quod est sicut hypocistis  
 similia. Et si tuſim habuerit, misceatur cum eo quod est  
 tragacantha. Et si cum stomachi debilitate fuerit, misceatur  
 cum eo quod est sicut trochisci diarrhodon, & similia. Et  
 quidem de quo butyrum extractum fuerit, est magis cō  
 rinatiuum: & coctū quidem ampliū, et quod cum butyrum  
 est magis humectatiuum, & impinguatium.

Ars autem in decoquendo lac est huiusmodi.

Accipe lac mundū, & recipe ipsum in uase puro absterso,  
 & pone super ipso circiter quintam partem eius ex aqua plu  
 uiali. Deinde extingue in ipso lapides fluuiorum ignitos sine  
 fumo usque dum lac fuerit coctū, consumptis aquæis partibus  
 in ipso. Lac autē melius est, sumitur ex animalibus iuuenibus  
 mediocriter, nō nimis remotis, aut uicinis partui, quorum pas  
 scua sunt ex herbis montanis, in quibus est subtilitas, & mun  
 dificatio cum stipticitate, & exiccatione. Et laudauit Galenus  
 herbas huiusmodi deputandas esse pascui eorū, scilicet ex her  
 bis calidis, abſynthium, hyſſopū, kascæ, polū ſceiatæ, fœni  
 culus, abrotanū, & similia. Et ex frigidis rubus, rammū, sola  
 nū, caiare, & similia. Et oportet ut dādi lactis quātitas cōpa  
 retur possibilitati uirtutis suscipiētis ipsum: quare incipienatū  
 à quantitate minori, dando ex eo circiter uncias tres prima  
 die, & in crastinū addatur ei circiter uncia una, & sic in alijs  
 diebus à prima die, usque dum deueniatur ad libram unam, uel  
 parum ampliū. Demū paulatim deueniendū est usq; ad illud  
 quod est sufficiens. Et iam quidem diximus cauendū eis esse  
 ab indigestione in potu lactis. In ipsa enim timor. Febricitati  
 bus autem eis, aut caput dolentibus, aut siti uehementi obſeſis,  
 abſcindatur lac dulce, & laudatur eis lac acetosum, de quo ex  
 tractum est butyrum secundam doctrinam traditā à nobis in  
 hoc eodē capitulo. Danda est etiā eis aqua hordei cōcta cum  
 cancris fluuialibus, secundum quod etiā dictū est, & syrū  
 pus de papauere, aut syrūpus de myrto cum eo. Et oportet  
 cancrorum extrema abſcindi. Deinde lauari corpora  
 eorum, cum aqua & cinere fricatione uehementi, & hoc  
 cum iteratione, & iteratione. Et oportet ut detur in iei  
 unio. Et sit quantitas potus eius circiter unc. tres, & in  
 crastinū adde unciam unā, & sic die quolibet usque ad librā



unam β. manē & serò ante alios cibos. Summa autē emaculata  
narum hūlcera pulmonis & pectoris consolidantū esse  
Sanguis draconis, & proprie lutum sigillatū, bolus Arme-  
cus, Karabe, scedenege, libanū, mastix balaustia, rosa, &  
men eius, corallia, euphastidos, cortices cancrorū, summa  
ustoriū, semen portulacæ assūm, amyliū assūm, semē mala-  
altheæ assūm, semen arnoglossi assūm, gummi assūm, fric-  
myrti, & similia. Medicamina autē cū quibus hæc est  
proprie sunt uitellū ouorū, lac dulce, & acetosum, aqua  
uiualis, & aqua hordei decoctionis cicerum, & cancrorū  
uiualiū, aqua alsanic, succus citoniorū, miua, succus myrri-  
se, & succus earū, muccago psyllij, semē citoniorū, syn-  
de papauere, syrupus de iuibis, syrupus de uiolis, & sy-  
pus rosatus, & similia. Ex medicinis autē cōpositis sunt  
trochisci de luto sigillato, aut de luto Armenico, phloa  
Persicū est ultimū, mundificat enim, & exiccat putredines  
& consolidat hūlcera. Et nos scripsimus ipsum, & adhibet  
multa huius intentionis in capitulo de sputo sanguinis, pe-  
efficaciter afferantur ad hunc locum. Ex rebus autem mirabi-  
lis iuuamenti ad consolidationes, & sanationes hūlcera  
monis, est saccharū rosatum recens super quod non praeterit  
annus. Aggregatur enim in eo uirtus abstersionis, et sic  
rosarum, & uirtus consolidationis ex parte substantie  
rum. Et nostri quòd uirtus abstersionis ex rosis propter  
tiquitatem absconditur, quæ adhuc possidetur in recedentibus

Et Galenus quidē præcepit dari saccharū rosatum frequen-  
tis diebus in quantitate plurima: etiam cum rebus medicamen-  
tibus cibalibus, & potabilibus secundum omnem modum admi-  
nistrationis eius: ita quòd etiam cum pane. Et isti sunt eos  
ipsum plurimi, & non est comprehensibilis eorum numerus

qui sanati sunt ex usu eius, tamen prius mundificationibus  
præcedentibus. Falluntur enim uerentes eo à principio dum  
mundificatio non præcesserit. Coartat enim in pulmone ma-  
terias. Nos autē dedimus cum lacte calido non febricitanti-  
bus. Febricitantibus uerò cum aqua hordei decoctionis can-  
crorum fluuiatum, & alijs multis modis administrationū, &  
inuenimus esse medicamen ultimū. Verum quoties ex eius ad-  
ministratione contingit constringi antelutū, dentur quæ elara-  
gant ipsum, ex eis quæ educunt saniem: sicut proprie syru-  
pus de hyssopo, & similia. Et si accidat supercalefactio pro-  
pter desiccationem, detur syrupus de iuibis, aut syrupus de  
uiolis, muccago psyllij, aut citoniorū cum aqua granatorum,  
aut aqua expressionis seminum portulacæ, cum trochiscis de  
caphura dictis in antidotario. Et si sequatur post ipsum con-  
stipatio naturæ, dentur myrobalana de uiolis, aut syrupus  
eius cum aqua hordei. Et postquam cessauerit huiusmodi,  
redeatur ad saccharum rosatum dandum in cnyem modum.

Quintam rem complent correptiones cadentes in acciden-  
tia concomitantia, & superuenientia huic morbo. Et ex con-  
comitantibus est febris, consumptio, macies, & debilitas. Et  
ex superuenientibus, est uisus, fluxus uentris, constipatio,  
& fastidium cibi.

Et iam quidem Hippocrates dixit mundificatio hūlcera  
febris lentescantiam succedere debere: quasi non successerit,  
constat corruptionē hūlcera profundari. Nos autē experie-  
mur circa omne tempus curationis eius, interponere medica-  
mina febris uehementiā sedantia: ut sigillentur ex his & illis  
beneficia cōcordantia, quorū finis est sanitas. Et succurretur  
constipationi, & arefactioni eorum, cum eis quæ adæquant,  
& humectant, ex cibus, & potibus, & rebus medicinalibus, &

administratione lactis dulcis, & alijs, quæ diximus. Et confert eis balneatio in aqua dulci calida, postquam morbus in declinatione fuerit, & ante illud est res prauior, & est perire egrum in desperatione. Forma autem balneationis est hunc modum. Preparatur aer balnei, ut sit liber, non habens de corruptione odoris, aut prauæ qualitatis omnino aliquæ, & calefiat, ut sit caliditas balnei, & aquæ caliditas temperata, qua excitetur, & non resoluitur calor naturalis, & prima mansionum remissiùs calida quàm alia. Tunc intret patientis mansionem primam, & fricetur in ea leuifricatione, & propriè tenerum faciente corpus. Deinde intret mansionem secundam, & incipiat lauare corpus aqua calida, utendo leuifricatione manu. Deinde paulatim intret aquam calidam, & delectetur in ea, deinde incipiat lauare corpus eius aqua decoctionis capituli hœdorum: aut aqua hordei conuassata cum ouis multis, & oleo amygdalarum dulcium. Deinde ducatur ad mansionem primam, & inungatur corpus eius oleo rosæ, & ducatur ad habitaculum exterius, in quo sit aer temperatus cum multitudine redolentium stipticorum, & quiescat in lecto. Deinde post duas horas cibetur cibus laudabilibus partem quantitatis, & pluris nutrimenti, ex eis quorû iam mentionem fecimus. Et ex hinc tota intentio nostra ad humectandum sit occupatio, & cum delectatione, & quiete, & somno, & delitijs, & similibus. In crastinum autem in die tertio balneetur similiter. Si autem patientis debilis fuerit ante per duas horas quàm balneum intret, accipiat sorbitiones ex carnibus teneris, aut ex lacte dulci, & quiescat super sorbitiones per duas horas, deinde intret balneum. Si autem patientis talis fuerit, ut uirtus eius tolerare possit, præcepit Galenus ut post sufficientem lauacionem in aqua calida, aut in aqua capituli hœ-

tum castratorum, spargi super corpus eius in prima mansione ex aqua frigida aliquid, præterquam in capite eius. Deinde de inungi oleo rosato. Lauationes etiam in tina sunt huius intentionis, & propriè cum rebus humectantibus, & impinguantibus corpus, ex his quæ dicta sunt. Post hæc paulatim deueniendum est ad administrandum in balneis lauaciones ex aquis decoctionum capituli arietum castratorum, & similia. Et si corpus remaserit debile, ungetur cum oleo mastichino, & similibus. Et similiter paulatim deueniendum ad alia cibaria laudabilia & solidiora. De tussi autem & constipatione uentris, aut fluxu qui superueniunt eis, dicemus sicut in præteritis iam diximus. Et si accidat eis casus appetitus, curetur sicut in capitulo proprio dicemus.

Phthificis medicamina conuenientia scripta sunt plura in antecedentibus. Ex eis sunt trochisci Galeni scripti in capitulo de tussi catarrhali, & descriptiones syrups de papauere, & diapauiere, & trochisci & pilule de papauere, & pilule de styrace, & aliæ pilule de narcoticis scriptæ in eodem capitulo, & hæc propriè ad sedationem catarrhi. Medicamina huius mundificantia, & saniem eius abstergentia, partim dicta sunt in capitulo de asthmate, & tussi, & partim in capitulo de empyemate.

Summa autem medicinarum huiusmodi pulmonis & pectoris consolidantium dicta est in capitulo de spu sanguinis.

Confectio testiculorum uulpis est phthificis, & consumptis medicina experta, & dicta est in antidotario.

Hanech Filius Zexar. Confectio loch, quæ confert phthificis, & mundificat huiusmodi pulmonis, & consolidat.

Recipe iuius quinquaginta, passularum enucleatarum drachm. triginta, seminis maluæ drach. quatuor, cancerorum

fluuiarium drachmas uiginti, capillorum ueneris, catiare, uirga pastoris, linguae arietis ana unciam s. liquiritiae unciam unam. Decoquantur in libris tribus aquae usque ad libram unam: adde eis syrupo de papauere, & sacchari tabarzet, & sapa ana unc. sex. Decoquantur ad mellis spissitudinem. Deinde proijciantur super ea seminis cucurbitae mundatae uncia e gummi Arabici, tragacanthae, seminum citoniorum, amygdalini portulacae, amygdalarum dulcium ana drachmae octo papaueris albi drachmae quinque. Post bonam triturationem miscetur cum alijs, damane, & sero circiter drachmas quinque.

Idem. Syrupus de psyllio conferens phtisicis

Recipe spodij, seminum portulacae, seminum citoniorum, papaueris albi ana drachmas duas, psyllij mundi drachmas quinque, succi arnoglosi cocti & depurati drachmas nigrum, cancrorum fluuiarium lotorum secundum doctrinam praedictam drachmas uiginti. Decoquantur in libris tribus aquae usque ad libram unam: & cum libra una sacchari fiat Syrupus. Da mane & sero cum succo arnoglosi, est enim efficax. Et quandoque datur cum puluere huiusmodi.

Recipe psyllij, gummi Arabici, tragacanthae, boli Armeni ana. Da cum syrupo praedicto, & succo linguae arietis.

Filius Zachariae Arafti. Hulcera pulmonis cum non sunt chronica, sed adhuc aliquid ex sanguine egreditur cum iussu curari possibilia sunt. Detur ergo cum non est febris, lacte center nullum, & si fuerit cum eis febris, detur aqua hordei cum cancris fluuialibus, aut cum syrupo de papauere. Et dum non constringitur anhelitus eius administrentur trochisci de papauere: quorum descriptio haec est.

Recipe papaueris albi, seminis cucurbitae, & citrullorum mundatorum ana drachmas quatuor, tragacanthae, gummi Arabici

Arabici, succi liquiritiae ana drachmas quinque, thuris masculi, boli Armeni, sanguinis draconis, Karabe ana drachmas duas, myrrhae, cinnamomi, opij ana drachmam unam. Fiant trochisci. Da cum syrupo de papauere, aut rob myrti. Et quando cum istis rebus constringitur anhelitus, dentur in potu ea quae elargat ipsum, & educunt sanietem, sicut Syrupus hyssopi, & similia.

Sabor. Lohoc conferens phtisicis & consumptis.

Recipe testiculorum uulpis uncias tres, butirembuc chayae ana drachmam unam, cicerum dulcium tritorum unc. tres, seminis papaueris albi unciam, & s. hordei mundi unciam unam, passularum enucleatarum, ficuum siccarum, carnum dactylorum ana uncias duas, cancrorum fluuiarium uncias tres. Decoquantur omnia in libris quatuor aquae usque ad libram unam, & s. Deinde accipe sacchari, & penidiarum ana libram unam, testiculorum uulpis elixorum in dulci lacte uncias tres, aut cum olei amygdalini uncis tribus. Decoquantur usque dum sufficien-tem habeant coctionem, deinde proijce super ea papaueris albi, succi liquiritiae, seminum citrulli, melonis, cucurbitae, cinnamomi, seminum bombycis purgatorum, seminis maluae, florum boraginis ana drachmas tres, anyli, tragacanthae, gummi Arabici ana drachmas duas, carnum dactylorum, passularum enucleatarum ana drachmas quinque. Tere, & confice cum praedictis, bonum si Deus uoluerit.

Filius Serapionis. Confectio de iacur coferens ad catarrhum acutum, & phtisim ex eo.

Recipe seminis papaueris albi, & nigri ana uncias duas, & s. radice liquiritiae, unciam unam, & s. & seminis citoniorum, seminis

seminis altheæ ana unciam unam, & ꝑ. tragacanthæ unc. ꝑ.  
gummi unc. ꝑ. proijce super ea aqua pluuialis libras quinque.  
& dimitte die ac nocte. Demum decoque usque ad consumptio-  
nem duarum partium, & adde mellis libr. unam, & voble-  
bram unam ꝑ. & penidiarum lib. ꝑ. decoque igni leni usque  
ad mellis habeat spissitudinem. Damane cum aqua horia.  
Et accipiat in sero ex his pillulis.

Recipe seminis portulacæ drachmas quinque tragaca-  
thæ, gummi Arabici ana drachmas tres, seminis citrulli dre-  
chmas tres, seminis cucurbitæ excorticati, & seminum citio-  
norum ana drachmas septem, succi liquiritiæ drachmas quin-  
que. Fac formas similes lupinis cum mucagine seminum citio-  
norum. Dentur tenendæ sub lingua.

### De ægritudinibus cordis.



**A**EGRITVDINES cordis sunt debilitas pul-  
sus, tremor, & syncopis. Et hæ quidem ægri-  
tudines easdem ferè habent radices, non aliter  
inter se differentes, nisi sicut debiles, & fortes.  
Causantia autem has ægritudines, cum sint debilia, & remissa  
imprintentia debilitatem contra uigorem minuere faciunt debi-  
litate cordis. Amplius autem eleuata, ut imprimant agitatio-  
nem læsiuam in ipso facientem cadere diuersitatem in differe-  
rentijs motus cordis sensu perceptibilem, quæ sunt ex magno  
ad paruum, ex ueloci ad tardum, a raritate ad frequentiam, &  
econuerso tunc fiunt constitutiones due: aut enim fiunt illas  
integrè, neque in omni hora, sed cum quadam interpollatione  
& uicisitudine, & fit pulsus cordis, aut integrè cum quadam  
cõtinuatione, & fit tremor cordis. Cum fortiora fiunt, atque  
primant uehementius impressiones fortius lædentes, impedi-  
unt

entes, aut præfocantes motus eius, aut sepelientes spiritus ad  
interiora, aut intercedentes absque intercessione omnino, aut  
aggregates ad principium, aut refecantes absque eo quod est  
in radice, faciunt syncopim. Vincentia autem ea ultimata uictoria  
super naturam, ita ut abscindatur spiritus, & calor uitæ:  
aut extinguatur in minera: sunt causa mortis. Causæ autem fa-  
cientes has ægritudines, quædam sunt causæ corporeæ, quæ-  
dam autem sunt in ipso corde, aut in membris uicinis ei, aut  
in membris communicantibus ei propinqua communicatione,  
aut remota. Causæ autem existentes in corde lædentes ipsum:  
aut sunt malitia complexionis sine materia: aut cum materia:  
& malitia quidem complexionis dominans cordi facit debili-  
tatem ipsius: debilitas autem facta fortis usque adeo, ut sit agi-  
tatiua uirtutis facit tremorem. Tremor autem superueniens  
generat syncopim. Vltimitas autem facta in syncopi est extin-  
ctio & mors. Sed malitia quidè complexionis frigida suspen-  
dior est, quam calida propter elongationem à re uitæ: & sic  
ea magis quam humida: quamuis humida sit dominans in di-  
spõsitione corporis: & causa etiam huius interdum fit causa  
præfocationis, & mortis festinæ. Solutionem autem continu-  
tatis, aut apostemationem fieri in corde uirtus non patitur:  
imò sunt causa dissolutionis, & mortis: & quando inest do-  
lor in ipso, fit causa syncopis & mortis.

Dixit Galenus quod malitia complexionis puræ, aut cum  
materia facit in uniuersam corporis partem sensum læsionis,  
qui est dolor: & quomodo non in corde. Frustrabitur ergo,  
& supponemus alterationes in corde non cor curari. & nos  
quidem diximus quod iam radix præposita est, etenim esse  
ægritudinum cordis aut non confirmantur: quia non sunt man-  
sue: & tunc ordo medicationes incolumitat: aut confirman-  
tur

tur conducentes ad mortem. Distinguemus autem in castitate  
 sionum cordis: quæ sunt ab alijs membris, quoniam læsio  
 dens in panniculis: & in membris quæ ambiunt cor, dum re-  
 dundat ad ipsum est causa ægritudinum eius prædictarum  
 ipso. Et læsio cadens in cerebrum interdum est causa ad illud  
 sicut in epilepsia, mania, & melancholia, licet enim signa  
 in cerebro, terminantur tamen in corde, & sunt causa ægritu-  
 dinum eius. Et ex eis est fluxus sanguinis narium, aut uideas  
 que, & communicat etiam cum corde communitate magis pro-  
 pria stomachus, & affert ei casus læsionum: & proprie cum  
 corrumpitur in eo cibus: & res uenenoſa: aut fuerit in eodẽ  
 mor mordacitiuus, aut male qualitatis, aut vitreus, viscosus:  
 aut repletio agitatiua: aut fones uehemens: aut dolor acutus  
 & pungitiuus, aut fuerit in officio eius bothor: aut hulem pe-  
 tridum.

Et dixit Paulus quod ægritudines quæ sunt in stomachi  
 orificio, aut meri, sunt propinqua conuerſionis ad ferendam  
 læsionem cordi: ita ut quidam putent tremorem factum in ore  
 stomachi esse tremorem cordis: & quidam uoluerint debilitatẽ  
 in ipso esse cardiacam. Et dispositio hepatis cum est alterata  
 ut generet secundum plurimum sanguinem melancholicum, im-  
 primit, & est causa ægritudinũ cordis: & est præuor dispo-  
 sitionibus alijs: ita ut faciat dispositionem similem mania, & me-  
 lancholia. Adhuc autem causæ harum ægritudinum sunt cau-  
 cuationes omnes excedentes terminum, & similiter in acutis  
 aque hypochondriorum extractio, aut saniei in aperſione de-  
 postematis. Et ex eis est præfocatio matricis: & primatio tri-  
 struorum: aut exuberantia eorum. Et ex eis est imprægnatio  
 & huiusmodi nocumenta ex uermibus: ut etiam appareat de-  
 spositio similis epilepsia. Et sunt ex uermibus habentes ægritu-  
 dinem

leos pungentes orificium stomachi punctione uehementi: donec  
 faciat cadere in dolorem acutum, causam ad syncopinũ: & ali-  
 quando ad mortem: & sunt quandoq; ex penetrantibus usque  
 ad uicinas cordis partes: & quandoq; usque ad cor, & sunt  
 causamortis festinae. A communitate autem totius corporis  
 superueniunt læsiones cordi: sicut propter febrem: aut pro-  
 pter uehementiam raritatis corporis: aut propter uehe-  
 mentiam sudoris, & similia. Ex causis autem extraneis  
 accidit huiusmodi: sicut ex aere pestilentiali: aut ex odo-  
 ribus fetidis, aut uenenosis: aut assumptione rerum ueneno-  
 sarum: aut ex morsu uenenosorum animalium: aut incurſione  
 timoris: aut ex balneatione uehementi: aut labore, & similibus.

Hic complentur dicta: & imponitur finis doctrine  
 Diui Mesue, licet imperfecte in de ap=  
 propriatis: & per cõsequens to=  
 tius operis cum auxilio  
 nostri Redem=  
 ptoris.

TABVLA

## TABVLA CAPI-

tulum additionum

Petri Apponi.

Sermo de unctionibus

De Syncopi

De tumoribus mamillarum

De ægritudinibus membro-  
rum nutritionis.

De dolore stomachi

De medicinis materiam à stomacho repellentibus & abster-  
gentibus, ac uillos eius mundificantibus

De emplastris, linimentis, &amp; unctionibus

De indigestione stomachi

De uomitu

De singultu

De singultus cura

De siti

De appetitu mortuo

De appetitu canino

De ægritudinibus hepatis

De ægritudinibus splenis

De Hydropisi

De doloribus uentris

De fluxu uentris

Oratio ad memoriam impetrandam.

cardi  
cardi  
cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

cardi

PETRI

## PETRI APPONI

Medici clarissimi in librum

Ioannis Mesuæ Ad-

ditio incipit.



**S**I autem fuerit in eo humor mordizans, cum precedenti eius adæquatione, & uirtus sufficiet, & humorum accidentia dilatationem recipiunt, materia in qualitate ei contraria repellatur, uel cum cōtrario à forma & specie: quod efficacius & tatius assero.

Virtutem autem cordis confortare non negligas omni hora intrinsecus, & extrinsecus: & studeas cognoscere membrum à quo nocumentum ad basim emanat conditione non dubia. Nosti quòd omnium accidentium conuenientium corpori causa extrinseca, uel intrinseca, primus concursus est ad basim, in qua naturalis uigor spirituum, uirtutumque omnium sigillatim creauit spirituum sapientia, sedem animarum, uitaque naturalium, principium motus & quietis. Quo deficiente, nulla amplius corpori dari possunt suffragia, continuo cum eo moriuntur omnia membra: erat enim terminus omnium operationum anime rationalis. In cerebro enim omnes hæc & illæ incipiunt operationes, in corde uero suscipiunt complementum, eius uirtus tanquam forma omnium membrorum ea irradians, & uiuificans, uirtutumque organarum perfectio. In materia uero nō intelligibilis formæ, quia gloriosus sicut diuini decoris ratio postulauit, tunc sollicitum membrum re-

Etificauit mandans, & si à matrice, cum his quæ matricem respiciunt: si à stomacho, & pulmone, siue sint membra nutritionis, siue spiritui seruentia, rectificare ne differas: & calor uolentus est ex maxime prostermentibus uirtutem eius, & si fuerit in officialibus membris.

Inquit Hippocrates, Omnium membrorum unica est uentientia, & omnium uirtutum, & spirituum unicum est subiectum, propter quod omnia membra dolent adiuuere omnium uirtutum unica est uirtus, cum usque ad hunc terminum diaforat dolor per spiritus ledendo uirtutes: occultatur in eo spiritus, & efficitur illa passio quam dicimus synepim. non enim usque ad radicem patitur passiones, sed caliditate subiectum eius lesione nullam sustinens, paruam ebullitionem insuere recusat. Si quidem contingit hæc passionum litia sanguinis in quanto, uel in quali, auxilia adhibere non sunt mortua omnino, nec differenda. Dilatio enim ducit ad mortem festinant, sed tanquam thesauro nobilissimo seruandum est. Facimus hoc cum auxilio Dei cum rebus, quarum proprietates est naturalem conseruare calorem, & extraneum extinguere. & si sciueris ex abundantia sanguinis toto corpore fiebotomare ne differas, & primo à remotis, ut aperire sophenam, postea basilicam, postea deuenire conuentosis ad sinistram spatulam, postea cum syrupis de heragine, & buglossa, caphura, & psyllio, & procedentibus hoc cursu potare ipsam non differas. hoc enim refrigerata sanguinem peccantem in quanto, & in quali. In malitia autem complexionis raro fiebotomamus, sed alterantia & confortantia ei, præparamus: & multe eius passiones inaccessibiles, atque occulte nobis existunt. & dicitur quod aliquando uermis ad id, scilicet, cor graditur, & continuat

cum mordet, interficit: necnon ultimata gaudia, uel ultimata tristitia inter eius passiones existunt. Boni autem odores incolumitatem eius seruant: quia solo odore anima confortatur. Interdicendum est ei omne medicamen generans motum cordis, & quæ sanguinem inflammant: hæc eius motum effrenitare faciunt: quia nobilissima natura nihil superflui, nihil diminui sustinet. Ad figuram numeri, & naturalis ordinis consonantia facta est, ut subsistat. est enim mons & principium uite, decor anime, Rex nature, & moderatior est corporis, diuina sapientia conceptus ad latere excessus magna caliditatis, uel frigiditatis posita obuiare diximus. Hæc enim immoderatum motum cordis generat, illa uero trepidationem, & caloris hebetationem ei affert. Et sciisti quoniam non est simplex natura in complexione calidius, & siccus, substantia frigida & sicca.

Ratione uero contenti ualde temperatissimus calidorum usus eius est forma, id est crasis, minus modesta frigidorum, portat super hoc quæ à consortio minus recedunt, nisi ultimitatem excedant temperamenta, sua caliditas est causa uite, & consistentia, maxime in siegmaticis: cuius uigore innata complexio, quæ membra in esse uiuificat, & uigore continuo conseruat, & consistit, non ignores quod hic calor est uirtus humane nature, scilicet quem traximus à primo homine: per hanc enim speciem indiuiduatur, & hæc subiectum & fundamentum est innati caloris, quæ nullo genere febrium alteratur, imò est actus eius reductioni extranei, & diuersi caloris, fortasse in nouissima specie heclicæ celeratur, & tunc mors accelerat necessaria & festina. Non enim sperabis hunc calorem posse naturali medicamine reduci.

Hæc inter uirtutem regitiuam, & uirtutem rei admini-  
 stratæ distinguebat, & regulabat: & huic complexioni communi-  
 pore simile regimen dandum est, puta calidum & humidum  
 temperatum: hoc post mortem semi consistit, quanquam ego  
 uocce. Cumq; secundum scientiam tuam inuestigaueris qualita-  
 tes passionum basis, & mansionem causarum, sit tua prae-  
 pua, & magna intentio confortare cor, & unire uirtutes,  
 & sic earum est auferre lassitudinem: & hoc auxilio Diuini  
 rebus aromaticis, & alijs generibus administratarum rerum  
 est proprietates conferre rei uitæ: maxime in quibus natura de-  
 lectatur in quantum autem tua solertia euigilanti sine specta-  
 lari poteris, uirtutes cordis coadunare, & confortare euigila-  
 tes. Hoc erit summum bonum, & primum studium iuuuencu-  
 rum & tutelæ basis: quoniam securius non uigilando ad di-  
 res suæ curæ procedere poteris: uirtutis enim unitæ non est  
 recipere quod effunditur ad membrum, sed repellere, & effu-  
 gare contrarium, & esto sollicitus non orbatis oculis inueni-  
 ut si sit aut propter inopiam caloris, & laudabilem hinc  
 rum abstinentiam, aut propter exuberantiam multæ humidi-  
 tatis dominantis corpori, siccitatisq; sanguinis, aut siccitatis  
 complexionis malitiæ: aliter enim & aliter medicabitur: &  
 cum ignoraueris ueritatē, & titubabit tua scientia super hoc,  
 semper securius erit calidis in temperamento uti, & consu-  
 tare cum stipticis, & odoriferis obliuioni non committit.

Secunda est conuersio materiei, uel eius qualitatis, qua  
 funditur aduersus eam ad partes remotiores, aut ignobiliores,  
 res, iam diximus, & in practica huius canonis rememoranda  
 mur: si Deo placuerit.

Tertia res est mundificare membra mandantia, eaque con-  
 foriare, & residuum eorum: & est quandoq; primum in dis-  
 positione

positione curæ huius, proprie cum ab alijs membris nocu-  
 mentum fuit obuiare accidentibus. Nec prætermittas confor-  
 tare stomachum maxime in digerendo. Corruptio cibi & po-  
 tus in eo est præparamentum membrorum

Primum rem complent quæcunque complexionem ex sub-  
 stantia hac uel illa basim confortant, cibi laudabilis chymi.  
 Medicina stipticæ & odoriferæ: quarum memoriam legemus,  
 si Deo placeat. Sunt ex eis hepata gallinarum iuuenum, alæ  
 auum, & pullorum, uitelli ouorum recentium forbilum: &  
 quæ hoc cursu procedunt pauca quantitatibus, & de numero ue-  
 lociter permutabilem & nutrientium. Vinum subtile &  
 odoriferum est uelociter confortans formam basis, conferunt  
 etiam in huiusmodi dispositione emplastra, & unctiones super  
 cor, ut rerum stipticarum, & boni odoris, conseruant in eo  
 calorem, ne reprimatur. Et nosti quod unctio spinæ dorsæ ad  
 hoc est medicamen singulare, per quam excelsus & gloriosus  
 confortat uirtutem regitiuam totius proprietatis, & est cau-  
 sa protectionis, & longitudinis uitæ humanæ, & defensio spi-  
 ritus uitalis: & occurrunt ad hæc absque dilatione oleum cha-  
 memelinum, terebentina, partes eorum miscendo æquales, suc-  
 cus arthemisæ cum quatuor partibus ipsius libani repellit ri-  
 gores februm, spiritus putridorum membrorum febricitan-  
 tium affirmatur aqua rosarum, & moscho infecta imbibit, &  
 super mansionem basis aspersa à syncope subuenit.

Aurum electum in cibis administratum medicamen est so-  
 brium in confortando: cantus amoris, carnes syluestres, os de  
 corde cerui, diambra, & hæc subueniunt administrata, si  
 Deus uoluerit.

Secundam rem complent conuersio, & deriuatio mate-  
 rie, & sumositatum eius ad partes circumferentiales: & con-



fortatio cordis ad hoc principale, repellit per se uirtus fortis contrarium. facimus hoc cum auxilio largitoris sanie-  
tis, ponendo uentosus in cruribus, fricando manuum uolus-  
& pedes fricatione forti, & ligando dolorose. Confortari  
adhuc stomachum est de intentione principali, facit enim  
pulsan humorum ledentium basim: & si neceffitas exigat  
enemata acceleramus, & quandoque uomitum proprium  
quandoque in primis ductibus corporis extra uasa materia  
credimus esse submersam ledentem uirtutem basis. & que-  
doque accidunt huiusmodi terrores uenenoſa potione. Sed  
de neceffitate cura terrorum diximus. & confidamus maxime  
uentosa post sinistram spatulam. est enim huius passionis pe-  
stremum remedium, & succurrere postea cum uino suble-  
resoluto cum eo pane affato, facit ad reparandum, & re-  
perandum spiritus. & omni ingenio, & studio auxilium  
differas, nunc conuertendo materiam ad remotiora, nec  
confortando cor, & principalia.

Tertiam rem complent euacuaciones decentes, sicut sciri-  
te fecimus, & rememorabimur, si Deo placebit. Super hoc  
enim multiplex consideratio cadit. Quarum prima est mem-  
brum scire alteratum. Secunda qualitatem materie leden-  
tis, habita notitia qualitatis morbi, medicine eum repellentis,  
notitia fit euidencior. Tertia consideratio est scire que-  
liter, & per quam uiam ad cor graditur lesio, aut propter  
uirtutis defectum, aut fumositatis materie: aut si ab alijs  
membris consurgit ei bellum: uel in suis mansionibus  
ei inimicus. Accidunt enim tales terrores emanatione ho-  
morum, puta sanguinis fluxus narium, menstruorum, &  
uenarum incisione si dominio humoris predominatur corpo-  
ri. Et nostri quod morbi ex penuria humorum qualitas &

quantitas,

quantitatis, non minus, imò molestius quam ex medicina  
eorum purgatiua, & multitudine nascuntur. Quare cum  
cautela & tremore ad purgationem gradieris. leuius est enim  
inanire, quam replere, & minus molestium replere quam  
inanire. Si autem ab alienis morbis hoc nocuumtum surge-  
re uidebis, siue à cerebro, siue à stomacho, & matrice. cer-  
tam eorum reſtificationem satagere ne differas, cum his que  
te scire fecimus contra eorum passionones, & faciemus illo du-  
ce gloriosissimo, cuius uirtute omnis natura agit.

Elixirium confortans naturalem complexionem basis,  
procurans digestiuam incolumem, adiuuans membra princi-  
palia, confortando illa, imò mundificat ea ab humoribus  
alienis, mundificat canales hepatis, & est expertum contra  
malitiam mesaraicarum.

Recipe ligni aloes boni, anisi mundi, rhabarbari recentis  
ana pondus equale. sacchari sufficienter, dosis à drachma  
una, usque ad tres, ieiuno stomacho, de sero cuius passio diu-  
turna fuerit: in matutinis, cuius noua est ægritudo.

Medicamen ex inuentione nostra defendens basim ab om-  
ni periculo præterito, & futuro, reddit naturam hilarem,  
aufert lassitudinem membrorum principalium, subuenit his qui  
tristantur, & melancholizant nescientes radicem, diligunt  
solitudinem, & seipſos odio habent, & suspecti sunt de re  
non suspecta, & dubitant multa pericula eis euenire. & re-  
mouet ab eis maleficia, facit eos incundos, & amantes eu-  
rialitatis, subuenit retentioni menstruorum, & fluxui, &  
syncopi mulierum, atque inuat paralyticos.

Recipe corallij rubei, macis, ossis de corde cerui, ambra,  
margaritarum, cristalli, auri cocti, argenti meri, ossis ebo-  
ris, zaphiri, rubini, hyacinthi, ana drachm. quinque, balsami

drach. duas, moschi drachmam  $\beta$ . anthos, spodij, santalorum, caryophylli, galange, calami aromatici, cubebarii, spicæ nardi, corticum Itaceorum, sepi, basiliconis, cardami, pipere debi, longi, baccarum lauri, pyrethri ana 3. iij. Syriaci, calami, magnetis, myrrhæ electæ, opij Thebaici ana drachm. seminis pæoniæ collectæ in nouissima etate lunæ, storacis, m. emeli, florū lilifagi, sampsuchi, balsamitæ, amineos, arde lochiæ rotundæ, dianthos ana 3. iij. croci orientalis drach. ligni aloes, papaueris albi ana 3. ij. sacchari quod sufficit. distis à drachmis duabus usque ad tres, cum uino calido, ut aqua calida secundum exigentiam.

Theriaca magna in huiusmodi terroribus est dilectæ, & commune medicamen ad diuersa genera passionum: cor repletum inanit, inanitum repetet, uenenis magnifice resistit, si pueris, aut senibus parum, aut nihil dandum est. & theriaca decem annorū melior & utilior in dispositione matricariæ aqua mandragoræ est medicamen ualde efficax. distis exigentiam naturæ, & sui materiam. Rosmarinus assumptus in cibis reddit naturam hilarem, & est tutelam maxima a potionebus mortiferis. Kiranus dixit, folia uitæ alba in tantum hilarescere faciunt cor hominis, quod earum ipsa effrenitare facit apud gaudium.

Confectio faciens ad tremorem cordis, & syncopim edam, confortans stomachum, & sitim calidam extinguit, precipit odorem oris bonum, & competit qui febrem habent, & eius permistio.

Recipe xyloaloes, balsami, fescleos, cubebæ, berberis, rosarum, santali, seminum communium ana 3.  $\beta$ . corallij, spodij, Karabe, gummi, tragacanthæ, seminis acetosæ, seminis potulacæ, buglossi ana unc. iij. capiburæ drach.  $\beta$ . margaritarum

unc. tres, confice cum rob citri. dosis est à drachmis duabus usque ad tres, cum aqua frigida non ueri frigoris. Et scire debet quod mundificato corpore, si occurrat administratio uentosarum post sinistram spatulam, est res faciens te securum à morte, & proprie quando suspicio est uenensæ pottonis, & res iam posita est in desperatione, in omni cordis passione, syncopi, & cardiaca, est medicamen fidele, facit liberã uirtutem, & spiritus respirationem si Deo placebit: & subuenit ægritudinibus cerebri diuersis, & splenis, & aliquando pulmonis.

Iudæus. Potio confortas cor, & ducens materias à regionibus spiritaliū, & ab alijs membris mādantibus laesionē ad ipsum, & liberat à tremore, & omni passione cordis, si Deo placebit: & cū magna iucūditate respicit mēbra principalia.

Recipe myrobalanorū citrinorum conditorū, secundum doctrinā nostram, quam scire te fecimus, ubi de eorum posse scripsimus, unc. iij. agarici electi 3. iij. salis gemmæ 3.  $\beta$ . rhæ barbari preparati 3. ij.  $\beta$ . turbit. 3. iij. tartari 3. j. gimi, tragacanthæ, opoponacis, sarcocollæ ana drachm. duas, spicæ nardi drach. unam, dictami drachm. duas, mastich. myrrhæ, electæ ana drach. unam, eorum apozema est.

Recipe hyssopi, thymi, treos, balsamitæ, sampsuchi, liquiritiæ, macis ana 3. j. cumamomi, caryophyllorum ana 3. ij. antale, hyperici, zedoariæ ana 3.  $\beta$ . aromatizentur cum moschi 3.  $\beta$ . & modico aquæ rosarum, prepararetur potio secundum modum artis notum, & propinetur in horis electis. Amplius scire oportet quod non semper occurrūt medicamina preparata, nec res terminū dant longum, maxime cū ipsi infirmi sint cum syncopi apparente, tunc enim studium est in confortando cū rebus coraialibus odoriferis, & cōuerterem

materiam ad membra distātia cū fricationibus, ligationibus  
extremis dolorosis, & uentosis sub geniculis, & dare equi  
talē casum flores caducos nucis redactos in puluere cū liq  
re calido, uino, uel aqua secundū necessitatē, est medicus  
quod consequitur suā uirtutē à maiori & nobiliori natura  
liberat una hora à syncope, si Deus uoluerit.

Singularia passionum basis medicamina, & quoru  
que membrorum humanum organum narrare non possumus  
uos iam sciistis quod scire ad ignorare paruum habet aqua  
pollentiam: & sciistis etiam quod solertia studentium inge  
niosa non est una omnino, imò dissonans, & obuij in multis  
tractatibus permanēt: huius enim mens illius ligamenti obici  
est, hęc potentia formarum, & specierū receptiua alind actū  
consummat quā illa. uis enim eorū ueriorē eliget opinionē,  
cū uerū à solo organi spiritus sancti germinetur, & ab illis  
& quod in nostris intellectibus inuenitur, ab ordine mētis  
gubernationis illud consequimur, quod enim magis particula  
nobiliorē perfectionē. cōparatur ad illud quod minus parti  
cipat, sicut actus ad potentiam, & agens ad patiens, uel  
gratia solis comparatur ad multas, sic anima intellectiua pro  
pter consecutionem & affinitatem quam sortitur à natura  
Angelica, comparatur ad communem naturam secundum ge  
nus efficiens in mundo, quod est natura Angelica omnium ge  
nerum nobilissimum, quia de ordine diuinę gubernationis, &  
scientia inenarrabilis, & incomprehensibilis, sine cuius in  
raditione tenebrę sunt, & deficit omnis intelligentia, & te  
nētis eloquentia analogica & allegorica: & ultima compa  
ratio naturę ab intelligentijs est: & quinta essentia ad pri  
mam materiam generabilium comparatur, à cuius aspectu  
diximus uirtutem singularem supra naturam. Proprietat

tu curam corporum gerens, Deum in cunctis præpone, &  
omnia tua principia ab eo inchoent, & ne ueraris eum præ  
ponere, & te postponere, sciens quod tua scientia nō est sci  
re, non est finita, non est perfecta, nisi quantum ab eo perficitur  
tur. time eum, & cuncta experieris secire: & sit maior cau  
tela capacitae tua, ut non deues à recto ullis precibus, uel  
preccio, uel odio, uel amore. Scis nanque quod soli. Deo. est  
notum confirmare hominem, & hic heu, illic ueh. uehemen  
tius tibi parantur: nec opprimes inopes salario, nec ingenio  
sius nobilium curam impotentium cura portabis. Amplius  
nō dilatetur cor tuū diffusa laude, & præconizata apud mul  
tos, ne auertat à te Deus gratiā suā: quoniā sua interest sanā  
re, nō medici, et naturę est rectificare, nō medici: tui nō est ni  
si naturę cōueniētia, & necessaria porrigere: nec ponas odiū  
in anima tua aduersus medicos: hoc enim à Deo separat.

Vgo. Medicamen confortans cor, & subueniens syncope.

Recipe macis, cardamomi, cuberariū, anisi ana drachmas  
duas, ambre margaritarum ana drach. quatuor. caphurę gra  
num unum. Zinziberis drachmas duas. galangę, spodijs, cap  
paris ana drach. tres, mastich. unciam β. moschi drachm.  
unam sacchari librā unam β. dosis à drach. una usque ad duas.

Confectio trochiscorum expertorum iuamentorum eis  
qui passionēs cordis pati consueuerunt. educit enim mate  
riam alienam in corde, & sanat ab huiusmodi languoribus, si  
Deo placet: & facit agritudinibus sine materia, & cum  
materia, & respicit matricē malitiosam, & stomachum cor  
ruptum.

Recipe fiorum roris marini, pæonię, betonię, aristolo  
chię longę, & rotundę, dictami, lilifagi, eufragię ana  
drachmam β. baccarum lauri, piperis albi & longi, cardamo  
mi, ga

mi, galange, macis, zinziberis, santalorum, spodij, papaueris albi, portulacæ, rosarum, acori, coralliorū ana ʒ. ij. opij Terebaici, myrrhæ, croci ana ʒ. j. limaturæ auri ʒ. j. moschi græcum unū, balsani, succi granatorum, mellis ana ʒ. iij. manna, dagridij, mastich. ita quod horum trium fiat unum corpus ana ʒ. iij. agarici feminum unciam ʒ. salis gemmæ ʒ. j. conficiunt acetosquillitico, quilibet unius drachmæ. Dosis à ʒ. ana usque ad tres cum aqua saliniæ: contra malas dispositiones matris, cum aqua balsamitæ, arthemisiæ, & modico mandragoræ.

Electarium nobile pro magnantibus, & assumitur omni tempore, & omni hora, & facit ad confortationem totius naturæ, & respicit omnia membra languida, stomachum confortat multum, & præbet audaciam timidis, & præseruat à syncope, si Deo placet.

Recipe spodij, seminis rutæ, capparum, lacæ, coralliorum, galange, macis, caryophyllorum, cubearum, anisi, mastich. eufragiæ ana ʒ. ij. moschi ʒ. ʒ. pinearum mundatarum, amygdalarum dulcium, feminum communium mundatarum ana ʒ. tres, margaritarum, ambre, saphiri, hyacinti ana ʒ. iij. balsami drachmam unam, mellis unciam unam, papaueris albi ʒ. ij. santalorum, seminis endiuæ ana ʒ. tres. confice cum aqua rosarum, succo granatorum, & saccharo duro partes eorum miscendo æquales, bulliant ebullitione debita: & fiat confectio electarij, secundum quod notum est in arte.

### Scrmō de unctiōibus.



**N**NCIPIAMVS protelare sermones de unctiōibus subuenientibus pulsui debilitante tremore, & syncope, si Deo placet. Sed scire oportet quod ultimitas syncope est extinctio caloris

ris, & mors: hæc accidentia comparantur inter se, non aliter nisi ut debile, & forte: cum autem fortia sunt ut imprimant uehementius, & uincunt ultimata uictoria supra naturam, ita ut abscindatur uirtus, & cor uitæ, ita ut extinguatur spiritus in miera sunt causa mortis, succurrere oportet prius quam imprimant, & uincant uictoria ultimata. Aliquando enim ut uidistis quod robusti, & sine languore uidentur, accidit casus uirtutum, & subito moriuntur, & ignoratis causam, fuit hoc soli Deo notum, & naturæ propria: quoniam nulla apparuit causa cognita medico: his autem subuenire non est medici, nec medicinarum posse, sed gloriosissimi, & excelsi est omnium languorum sanare passionis.

Sermones inunctionis spinæ credo antiquos, & peritos philosophorum traditionem, & memoriam, & laudem tanti beneficij naturæ occultasse, cum eius uestigium in eorum tractatibus sit abscissum, & est de elegantioribus inuuentis, præseruans subiectum uitæ: & sciuit quod principium ossium & neruorum est nuccha, & generatur à cerebro & spina est platea publica arteriarum, neruorum, spirituum, & uirtutum, & lectus spiritualium membrorum, & continet medullam ueræ humiditatis, sic enim aggregabis multas bonas intentiones. Confortabis enim substantiam uelatiuam & substantiam spiritualem, & neruos, & ossa uniuersa subueniens paralyti, & omnibus neruorum ægritudinibus, saltui cordis, & tremori, lassitudini subuenit manifeste: & est medicamentum omnium medicamentorum in celeri cordis confortatione.

Modus confectionis est.

Recipe myrrhæ electæ, aloes, hepaticæ, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumiæ opoponacis, bdellij, capparis, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastich. gummi Arabici, gummi

gummi styracis liquidæ ana drachmas duas, Ladani electi, succi casto. drach. duas ꝑ. ꝑ. moschi ꝑ. ꝑ. terbinthinae, ad pondus omnium, misce omnia hæc, pulueriza puluerizanda cum terebinthina: & pone hoc totum in alembico, & ingeniosè distilla. est enim ars sicut de aqua rosarum, liquorem autem per distillationem sublimatum suscipe in uase uitreo forti, uicinarum enim balsamo: & secundum hanc uiam subtilissimi sophistarum adulterant balsamum: sed est modus nobilissimus modorum. Et si ungantur ex eo corpora caduerum non patiuntur putrefactionem in eis, & cum uolueris confortare corpora extenuata, temperabis eum cum aqua rosarum unguendo ex eo super basis mastrionibus, & à nuccha usque ad renes. Et si ex eo ante horam paroxysmorum modicum tepofacto ungetur spina, relinquendo super ea uestigium eius cum petis, repellas rigores erraticarum febrium, & quarunlibet simplicium febrirum.

Sed quartanis & erraticis subuenit à principio, totam per diu in syncope quasi ultimata peruncta spina, ut eius organum uoce loquatur sub lingua infirmi ex eo parum apponit, postea in auribus, & naribus si necessitas urget, & da ex eo apud necessitatem, puta apud suffocationem matricis, morbi caducum, & plurimas passiones: dosis pōdus grani unius cum uino odorifero, est res, confortans animam & naturam: & subuenit ad omnia quæ oportet, & propriè assumptum melancholicis, & qui tristantur in anima, & cum sunt languida uirtutes & membra, ac si essent contusa, & debilitata uallo. Hæcticis tempera cum oleo rosato, aut mastichino, & unge spinam eorum apud balneum, & sine balneo.

Modus confectionis unguenti, quo si ungetur spina repellit febres flegmaticas, & melancholicas, & confert par-

lysi, & neruorum ægritudinibus.

Recipe succi arthemisæ, succi galitiæ ana uncias quatuor. baccarum lauri unciam ꝑ. mastichis unciam unam. libani uncias duas, caphuræ tr. unum, olei cham. emelini, olei rosa. ana uncias quatuor, cere uncias tres, fiat mistio competens.

Vnctio temperata restauratiua conueniens extenuatis, ut hæcticis phthificis, & qui ex penuria humorum in cardiacam incidunt.

Recipe olei cham. emelini, & rosati, & terebinthinae, ad ipsas porcini, et arietini ana uncias quatuor, libani, mastich. cere ana uncias duas, muccaginis hordei, muccaginis psyllij ana uncias, unā medulle bouine uncias quatuor, olei scorpionis, quod inuenitur apud parietes, & in cavernis lignorum uetustorum librā ꝑ. caphuræ ꝑ. duas, moschi grana duo, & unge ex eo totum corpus hæctici apud balneum, temperato cum duplo ipsius unguenti olei uiolati, & ex hoc consequeris duo utilia.

Primum est confortare membra languida. Secundum humiditates aqueas retinebit diutius apud membra inflammata. sic enim extraneā est extinguere inflammationē, & naturalem humiditatem restaurare. Et scire oportet quod administrare balnea apud has passiones est basis, mundificato corpore, balnea dicimus temperata dulcia, propriè apud liquores matricis, nisi forte materia alia exigat balnea, tunc secundum necessitatem, & morbi exigentiā ea elige, & complexionis malitia est res de intentione huius curæ. Et ungere spinā bene abstergam post exitum balnei uehementius confortat, & balneum apud infirmos debiles non laudatur, sepe enim propter sui asfilitatem associat sibi unum contrariorum, aut materiam, aut morbum, & nō purgatis corporibus balnea prohiberētur, nisi uelles eorum materiam quam querimus expellere crudam,

crudam, facere obedientem: & tunc cum cautela presumendum est, & non apud humorem: sed apud hunc humorẽ copius scire oportet, quòd non est intelligere post purgationem corporis balneare post opus pharmaci prima die uel secunda, quoniam hoc sicut scire te fecimus, non est secundum legem.

Medicamen forte, repellens inueteratas & chronicas ægrotudines, & materias diuersorum morborum cum diuinitate habitatas in membris, quarum incolatu deuenit ad prædictas passiones, attrahit à remotis, subuenit uniuersis ægrotudinibus neruorum, sanat epilepticos si Deo placeat, cum præuisione uideto cui des.

Recipe colocynthidos electæ, ladani, agarici, turbit, hermodactylorum ana drachm. quatuor, dacrydij cocti, mastich. ana drachm. sex, zinziberis drachm. duas, rhubarbari unc. j. spicæ nardi drachm. unam, ammoniaci, assæ foetida, sacrocolle, opoponacis, euforbij ana drachm. duas, mezereon drachm. duas, manna, tereniabin ana unciam unam, macis, moschi, spodij, galange, caryophyllorum ana drachm. unam, confice cum scillitico. Dosis à drachma una, usque ad tres.

Pilule fideles contra multas passiones corporis, propter membrorum principalium & aliorum nutritionis, & carnis usus continuus præseruat à syncopi & tremore. recipiuntur omni tempore quando itur dormitum, & præseruant à multis periculis futuris, & uiuere hominem incolumem faciunt.

Recipe mastich. myrrhæ electæ, ana ʒ. ij. sanguinis draconis ʒ. j. moschi ʒ. ʒ. aloes bonæ unc. j. confice cum succorinat. dosis sit usque ad septem. Et si uolueris ex eis laxare, adde agarici foemini, dacrydij recentis ana drach. unam.

DE

## Desyncopi.



SYNCOPIS est casus uirtutis subito factus. Et fit secundum unum duorum modorum, aut secundum actum ultimum, & tunc est mors, aut quantum ad habitum, & quando destruantur uirtutes in membris: & nihil remansit de illis, tunc est mors illius membri: & si fuerit in toto corpore est mors totius indiuui: sed prætermisistis omnibus defectionibus, quæ sunt mortales, de illa quæ non est mortalis sermonem afferamus. Defectionum enim quædam est casus uirtutis reuelabilis, & bonum est hic edocere ut innotescat hæc, & illa, quare & qualiter uirtus subito cadat. fitque illud secundum unum trium, aut quatuor modorum, aut propter multitudinem materiae diffuse in uis spiritus generantis prohibitam respirationem ipsius delationis ad membra, propter oppilationem uentriculorum uirtutum animalium & spiritualium diffusa materia factam & talis syncopis est idem cum apoplexia, sicut dixit Galenus, deficit motus omnium membrorum, quia uia spiritus & uirtutum motuarum clausæ sunt, & occupatæ multitudine materie: quare aliud capere non possunt occupatione permanente: & scire oportet quòd subito & immediate accidit casus uirtutum generaliter propter prohibitionem motus spiritus ad membra uniuersa, & tunc fit uirtutum congregatio ad radices, & extrema relinquuntur expoliata calore, propterea frigiditas in extremis, & æstuatio naturæ sensitiuæ magna apparet, prohibitionis autem spiritus ad suum motum unus trium modorum est causa, quorum scientiam iam incœpimus, & primum modorum posuimus.

Secunda est conculcatio spiritus circa cor, & cõtingit pro

C

prie in timore. tunc enim spiritus extrema nõ regit, proprie  
ea quod priuatus & conculcatus est in corde, & hoc magis  
mulieribus, & natura proprie frigidis ab innato, & terri-  
libus, & non consuetis terroribus accidit.

Tertia prohibita respiratio proprie actionis spiritum  
suos motus consuetos propter defectionem quantitatis  
ipsius, sicut uidisti in fluxu sanguinis immoderato, & cũ  
illud apud siebotomatos, quando exuberat fluxus prater-  
dum. Sanguinis fluxus undecũque exuberat, anime gra-  
officia, & spiritus extinguit ardorem, simul cum eo labimur  
spiritus, quia mansio spirituum in sanguine circumscribitur.  
Amplius scire oportet quod non solum sanguinis emanatio  
imò quælibet illicita euacuationum hoc operatur, etiam ali-  
ma ieiunia spiritum attenuant. Et scire oportet quod in ali-  
ma euacuatione fit euacuatio spirituum, ita quod pariter  
non sufficit ad regendum ad sustentationem corporis: scien-  
dum quam artem, nullus audeat medicorum euacuationum  
timare. Tolerabilius erit iterare, & iterare, quam ultra  
debitum modum in euacuationibus in præiudicium nature  
effrenitare, tunc & syncopis irreleuabilis. quãdo autem  
tiam remansit delatoris partis, quod sufficit ad regimen cor-  
poris, quanquam damnosum est, syncopis releuabilis est. Si-  
mile est in opposito modo: quando enim delatores priuatur  
ad suos motus, quia omnium semitarũ & uiarum uestigia sunt  
priuata, & facta est tanta oppilatio uentriculorũ, & fontium  
cerebri, usque ad substantiam spiritualem diffusi sunt humo-  
res, & mortuus est sensus, ferè & motus, tunc omnino  
irreleuabilis: in medio modorum est semper quasi releuabilis.  
Amplius scire oportet quod multis alijs modis syncopis  
dit, quorum quidam sunt ignoti, sicut scire te fecimus, &

enim multoties à partibus pulmonis materia peripneumonica  
subitò ad basim: & continuo interficit talis syncopis. Simili-  
ter & ab alijs partibus propinquis, & possibile est quod per  
occultos ductus destillet aliquid fraudulenti humoris à cere-  
bro ad basim, & fiat syncopis perniciofa, si percutiat sub-  
stantiam spiritualem: aut tremor, qui transit per partes pro-  
pinquissimas basi: & non est perniciofa. & accidit potissimè  
danuosissima syncopis ei, qui ducitur ad sumpium mortiferi  
in cibis, & potibus, & credo succurri potuit.

Quando autem tantum imprimitur, & ultimata uicit ui-  
floria, quod nulla ualent suffragia, congregantur sæpe hu-  
iusmodi accidentia mulieribus per resudationem humorum à  
matrice aduersus spiritualia habentium semitam ad animalis  
uirtutes, & huius intentionis curam scire te fecimus, & si-  
gnabimus si Deo placet, cum de iuuamentis passionũ matricis  
legemus. Amplius scire oportet, quod non minus fixa  
malitia stomachi, quam matricis malitia hoc contingere  
potest, & te oportet has singulis uias, & uestigia sin-  
gulorum modorum bene sentire. aliter enim & aliter medi-  
cari oportet super hoc uel huiusmodi accidentibus timoro-  
sis, sine omni dilatione succurrendum est, & omne genus cu-  
re ilico administrandum.

Dilatio enim ducit ad mortem, nullam enim recipiunt tar-  
ditatem: curam huius passionis iam signabimus in uniuersali  
canone passionum, & est similiana curis passionum mem-  
brorum creantium hanc passionem, maxime quantum ad ra-  
dicem protenderetur super hoc sermo tædiosus, si uellemus  
res assumere singulorum modorum cura ad mitigationem:  
quoniam in nostra summa Deo duce de passione omnium  
membrorum protelabimus.

Restatigitur confortare basim, consequenter scire mēbrum mandans, & repellere eius residuum, ipsūque confortare, & rectificare, & procedere in huiusmodi terraribus secundum doctrinam practicæ limitatæ, & tibi in sermone probabo de passionibus basīs. Deo gratias. In carēca ex melancholia, dare aquam lactis in qua resoluū sim-robalani, & epithymum, est medicamen ualde dilectissima, & omni morbo melancholico.

### De tumoribus mamillarum.



**V**MOR mamillarum fit secundum plures ex lacte corrupto in eis, & tunc iube apponere mollificantia, & resolutentia, ut fiat resolutio prohibetæ resolutionis factæ: & manda si exaret lac, apponi catulos paruos ad sugendum, utere exterius euaporatiuis, intrinsecus oppositis.

Cataplasma uile resoluens tumorem mamillarum a corruptione lactis.

Recipe farinæ seminis lini, farinæ lentium, temperacō oleo rosato & croco.

Aliud. In ain. Recipe marubij, ebulorum, foliorum papaueris albi, absynthij, rutæ, cuscutæ, & tepida appone.

Dioscorides. Recipe libani, seminis absynthij, mastich, farinae lentium ana drachmas tres, cereæ drachmas quatuor, olei rosati drach. sex. fac unguentum & unge.

Aliud. Oua cum oleo rosato mitigant dolorem, & solent tumorem. Si autem tumor mamillarum ex inflammatione sanguinis, aut cholerae fuerit, tunc est occupari circa refrigerationem corporis, & aperire sophenas est precipuum, & magnificum in dispositione hac est distrabere

teriam, & si forte accidebat uitio matricis, est cura prima limentum refrigerans ardorem mamillarum, extinguens acumen: & delet tumorem.

Recipe succi semper uiui, succi solani, albuminis ouorū, & olei rosati ana pondus unum: nunc frigidum, nunc tepidum appone.

Aliud contra humores calidos. Line prius locum tumens cum albumine ouorum, oleo rosato, partes eorum miscendo æquales, postea super asperge puluerem nitri subtilissimum. & iterum superpone tota subuersa in eodem liquore. Amplius scire oportet, quod post sophenam oportet aperire basilicam, puta si acumen humorum sit ualde superbū in quanto, & quali, conuertimus tunc regimen in tali occupatione ad ea que sunt posita iuxta latus frigiditatis, & humiditatis, & purgamus humorem suspectum medicina temperata respiciente hoc, cōplexione & proprietate, si necessitas urget purgandi, & si deueniatur ad corruptionem, ad illud quod est manuale. hoc illorum est qui chirurgia sunt instructi: & non inficiam summam meam hoc uestigio, quod ad mechanicam spectat operationem. Et si ex frigore & frigidis humores accidunt in mamillis, accipe farinam sænogæci cum succo apij, & ebulorum commistam.


Aliud. Recipe simi bouini recentis, & caprini ana uncias duas, succi marubij, succi ebulorum, fecis aceti ana unciam unam, misce, & superpone calidum.

Ioannitius contra uiuos ardores, & rubicundos temperat enim eos, & occidit audaciam eorum.

Recipe mucaginis psyllij, aceti, olei rosati, olei uiolati ana pondus unum. opij, capuræ, ana granū unum. fiat omnium mistio cum farina hordei, & albumine ouorum.



## De aegritudinibus membrorum nutritionis.



**P**ROTELAVIMVS hucusq; de aegritudinibus membrorum animalium & spiritalium: posuimus modos curationum aegritudinum: possunt cucire ipsis membris, & iuuare membrorum cōiunia & propria secundum scientiam & uentionem peritorum philosophorū, & quæ uetustissimi medici sunt experimento experti, liquida fecimus, & scripsimus illud secundum artem nostram, secundum quod gloriosissimo & excelso meum organū placuit eruclare, ab ipso enim mendicatur omnis scientia, ipse de largitate sua medicinam prōduxit, & medicum uelut naturæ refugium creauit, plius super intelligentiā ros ueræ huius scientiæ ueritatis ab illo, qui non impropert, cū exhibeat omnibus affluenter. Volumus autem tunc primæ sectionis summam tertiam de aegritudinibus membrorū nutritionis principiare, & significare modos curationis cuiusq; aegritudinis membrorū, & aggregare huic intentioni res necessarias, auxiliatorē igitur petamus Deum, à quo cuncta respirant, & à quo nostræ omnes gratiæ procedunt.

Repleat igitur spiritus Dei mentem nostram, qui sit benedictus, ut res medicinarum aduersus indigentiam incolumitatis plenæ sua gratia ponere non deficiat.

## De dolore stomachi.



**D**OLOR in stomacho uehemens ināget quædoque blandimento: cura autem blandiens est cura non nota, ut stupefacere apud uehementem dolorem ipsius, & pulsationem, & hoc eras

cimus, est enim mendosum, nisi ultimata uictoria dolor prosteruat uirtutem: tunc enim uelut minus malum aliud administramus. Nos uero in primis incolumitatis largitorem inuocemus, ut de suæ clementiæ abundantia ipsam egentem sperantique annuat sanitatem. Afferamus etiam ad hunc locum ex medicinis caelesti uirtute dotatis, ut infirmorū anxietas abbreviatur, & cura eius indiget obseruatione regiminū omnino, sicut in capitulo hemicranie de genere uehementium dolorum significauimus: & est huius intentionis præcipuū conuertere regimen ad ea, quæ laudabilium chymorum sunt alimenta, & est hoc regimen laudabile in generibus rerum sex.

Secunda res est sine dilatione occupari aduersus accidentia quæ sunt uehementia.

Tertia res est confortare aduersus accidentia, & coadunare uirtutem stomachi.

Quarta res est repellere materiā ledentē ad oppositum.

Quinta res est rectificare membrum mandans, & habetur super hoc magis suspectum hepar. Amplius scire oportet quod sunt languores eius aliquando absque materia, à malitia complexionis.

Dixit Hippocrates, quod complexionis malitia infixæ, & mansua dolorem non efficit, dolor est, rei contrariæ contrarietatem sentire.

Quando autē quæ fuerat principalis, & maxime membri cōplexio rei cōtrariæ aduentu desolata est, & quæ prius fuerat extranea, facta est ac si esset principalis, dolorē non facit uehementer. quid enim in eodē sibi inuicē obuabit? Actio enim non uertitur nisi inter cōtraria: deficit bellū & litigatio altero inimicorū mortuo, & huius intentionis cura primū est alterare complexionē quæ fuerat aliena: post illud cōfortare,

Primam rem complent abstinentia cibi & potus, & abstinentia doloris perseverante, & cibi & potus subtilestiptici, odoriferi, ut confortet, & laudabiles chymos in corpore generent: sed in eorum electione apud qualitatem loquimur necessario.

Prius autem scire oportet humores qualitatum peccantia siue flegma, siue cholera materiae languorum existant, & apostema in stomacho factum. Et iam scias post scire qualitatis regimen cibi & potus exigere conueniens, & negligas regimen confortatiuum proprie complexionis stomachi, maxime post sedationem languorum eius.

Secundam rem complent sedantia uehementis dolores: nuncupantur in hac dispositione dolor, agritudo, quoniam absq; medico a sua materia prodijt, necnon & accidens, cui uehementius ultimatur, & producitur quasi ad uelut syncopis.

Vomitus autem non est accidens cui obuiemus, dum malis eius impetus non excedat debitam euacuationem, & tunc eam curam significabimus si Deo placebit. Et scire oportet quod uomitus electus est de intentione principali omnium rerum curae doloris stomachi, est enim regio conueniens, & apta cuiusmodi euacuationi concauitatis magna.

Inquit Hippocrates, Materia quam euacuare oportet, repellenda est per regionem ad quam magis declinare uideat. Est enim uomitus conueniens ex maxime sedantibus doloris stomachi, potissime quando retentio cibi & potus doloris eo causabat, & ei opponuntur in quantitate: huius citam occupationis sunt enemata. Post illud si dolor adhuc operationes fortiter ledat, balnea administrentur. Est enim eorum opus dolores sedare, dispergit enim crassam materiam, & falsam

subtile aliquando per quandam euacuationem, & resudationis labentiam annihilat: & emplastra conuenientia, & appositio uentosarum sunt huius rei consummatina.

Tertiam rem complent confortantia animum stomachi & eius naturam, & sunt haec res cordiales, & cibi subtile boni chymi, & appositio alicuius rei conseruantis in eo calore: de quorum summa est myrrha, mastix, proprie mista cum oleo myrtino & chamameli: & cibi aggregantes, & coadunantes stomachi partes laxas, sicut sunt cibi proprie acetosi, & ex aromaticis sipticis rebus condiantur: sicut asarum, munia, segebes, & similia. Et sit eorum exhibitio pauca quantitatis, perueniendo ad gradum usque ad id, cuius administrationem stomachus consueuit. Et ne praeter eas quin cadat in cibos eorum & iuria mentha, & succus agresta, & succus granatorum, & sumac, & species aromaticorum, & citionia condita sunt dilecta, & similia.

Potus autem eorum uinum odoriferum, subtile, & lene, decentis commistionis cum aqua solis irradiata parum radijs, cui superponatur parum aquae rosatae: & uitet aquam frigidam ueri frigoris, depauperat enim in eo calorem. Calida uero stomachum mollificat, & eius disgregat uirtutes. Et electio cibi & potus, paucitas eorum, quies, aer praeparatus ad temperamentum, somnus, & gaudium, deliciae sunt ex rebus confortantibus stomachum, & totum corpus restituentibus suae naturae: & si tantum exuberat quod perducatur ad heclicam stomachi, tunc est occupari nunc circa administrationem rerum humectantium, nunc restaurantium corpus, nunc temperantium uirtutes, ex his quae diximus & dicemus, si Deo placebit.

Quartam rem complent repellentia materiam, quae est

mater ægritudinum stomachi, & acquiritur horum scientia, aut si est flegma, aut si est cholera, aut crassa uentofitas. Et nos non possumus medicamina intentionis necessariz contra stomachi languores diffinitiuè significare, præter quædam quorum opus nõ est à complexione neque substantia proprie, sed opponitur ægritudinibus à substantia intelligibilis, & aliorum quorum interest hoc mēbrum respicere magis quam illud. Et hoc scire, uidetur uersari circa speciem, & uos scitis quoniam scientia medicinz circa hunc hominē, & nõ hominē uersatur.

Medicamen quod hunc morbum destruit, alteri morbo cui similis uidetur uires addit. Sunt enim diuersæ hominum complexionēs, & operationi subiectæ. Quis enim medicinam omnia quæ requiruntur ad ueram curam, aspectum, naturam, temporum diuersitatem, regionum, causam morbi, complexionē propriam, quam conseruare & nõ alterare medicam oportet, etatem, quæ de uinculo complexionis est, consuetudinem, quæ natura inductu temporis longissimo efficitur, inuestigabit sine parte diuinæ clementiæ? Rogat igitur Deum largiorem sanitatis, ut ipse annuat inter medicamina tibi eligere fideliora, & proprie contra ægritudinem cuius curam suscepisti, & impleat animam tuam, quia uniuersa huius scientiæ uolumina relegisti. Medicinæ autem stomachum respicientes, sunt proprie quæ materias quibus obuiant, à stomacho & intestinis educunt materierum quæ habitant in stomacho & intestinis omnium euacuandarum facilius esteductio, de quarum summa sunt myrobalani, aloe lota, & agaricus, & alia quorum memoriam in hoc sermone si Deo placet dicemus.

Quintam rem complent corrigentia, & rethificantiæ partes,

par, splenem, & matricem: habent enim quendam concursum ad stomachum.

Dixit Hippocrates uidisse quendam cuius phistonomia testificabatur esse flegmaticum, uomentem sæpe choleram, quia semita à stomacho ad hepar signata non erat angusta, imò ampla, & spaciota: & respicientia hæc membra scire te fecimus in capitulis eorum, de quorum collegio est rhabarbarum, lactuca, spodium, spica, eupatorium, cassia lignea, tamarindi, myrobalani, cappa, & similia.

Hippocrates. Medicina respiciens stomachum, confortans totam eius uirtutem, & fugat dolores factos in eo, & digestionem accelerat.

Recipe galangæ, mastich. ligni aloes, cinamomi, seminis myrti ana drachmas tres, eufragiæ, anisi ana unc. ß. zinziberis drachmam unam, corticum pistaceorum exteriorum, libani, rosarum ana drachmas duas, spicæ drachmam unam ß. sallis gemmæ drachmas tres, sacchari administrati cum aquæ rosarum libris duabus. Dosis à drachma una, usque ad duas, & ante cibum & post sumitur.

Hippocrates medicamen contra frigidos & uiscosos humores, & crassos sepultos, & est conueniens senibus proprie in hyeme in uillis stomachi. Recipe baccarum lauri, anisi ana unciam unam, pyrethri ultramarini, zinziberis, galangæ, ana drachmas quatuor, mastich. myrrhæ ana drachmas duas, mellis libræ unam, aceti unciam unam. Dosis à drachma una usque ad tres, & est fortis operationis contra dolorem, & est factum causa uentris.

Galenus. Medicamen ualens ad infirmitates stomachi frigidæ, & ad dolores fortes uentris.

Recipe

Recipe trium piperū, spicæ nardi, zinziberis, rosarum, florum chamæmeli, scœnanthi, centaurij, aristolochiæ rotundæ ana drachmas sex, ligni aloes uncias duas, conficiantur cum melle in quo cocta sunt mastix, myrrha & caryophylli.

Aliud ex arte nostra fidele, & expertum contra multæ stomachi & cerebri causatam à stomacho, generaliter uenit omnibus passionibus stomachi, quoniam respicit ipsa à proprietate nobili.

Recipe corticis exterioris pistaceorum, seminis pœoniæ, mastich. myrrhæ, libani, ligni aloes, spicæ nardi ana drachmas duas, coralliorum ad pondus omnium rerum, confice cum saccharo temperato cum myrrha & rosis. Dosis à drachm. una, usque ad duas, ieiuno stomacho.

Dioscorides. Aristolochia rotunda stomachum confortat, & omnem putredinem ab eo separat, & si fuerint in eo apertemata sanat. Et eius permistio laudabilis est cum aqua rosata, corallio, & myrrha, & subuenit hoc medicamen caducis.

Aliud confortans stomachum, & est pro magnatibus contra morbos uentositatum crassarum, & eructationem actioe sam, procurat digestionem.

Recipe caryophyllorum, galangæ, ligni aloes ana drachmas quatuor, macis, cheisin ana drachmas duas, zinziberis, mecropiperis, cinnamomi, piperis albi ana drachmam unam, sacchari, calaminthæ siccæ, spicæ, heil, seminis apij, feniculi, anisi, cari & calami aromatici ana drachmam unam, sacckari tabarzet uncias decem, mellis despumati quod sufficit. Dosis à drachma una, usque ad aureum unum.

Aliud medicamen conferens ad dolorem stomachi & hepatis,

patis, remouens ab eis putredinem à caliditate & acuitate cholera citrinæ, faciens diligere cibum: & est ex conferentibus & confortantibus stomachum & hepar debilia.

Recipe rosarum rubrarum drachmas decem, trochisci diarrhodon, trochisci de spodio, liquiritiæ ana drachm. quatuor, caryophyllorum, calaminthæ, calami aromatici, & spodij, mastich. ligni aloes ana drachmas duas, trium santalorum drachmas tres, asari, spicæ, nucis moschatae, macis, cardamomi, seminum portulacæ, lactucæ, scariolæ, seminum communium, albarum margaritarum cum scœnograeco, rasuræ eboris, & tragacanthæ, gummi Arabici ana drachmam unam, β. caphuræ drachmam semis, moschi drachmæ unius sextam, confice cum syrupo rosato, & aqua rosata. Dosis uncia semis.

Aliud medicamen conferens stomacho debili anxio: cuius dispositio maturat ad hæctican, & rectificat hepar, & chistin fellis, & calefactis subuenit ictericis, phthisicis cum febre, & sine febre, cuius permistio est hæc.

Recipe foliorum rosarum rubrarum, caphuræ, cinnamomi sublimati & electi, caryophyllorum, trium santalorum, portulacæ ana drachmas tres, succi chelidoniæ, succi absynthij, succi hepaticæ præparatorum ana drachmas quatuor, rhabarbari electissimi drachmas tres, spicæ nardi drachm. unam, uini albi & odoriferi drachmam unam, trochiscorum de spodio, trochiscorum diarrhodon, trochiscorum de eupatorio ana drachm. quatuor, granorum coriandri infusorum in aceto & torrefactorum, balaustiorum, berberis, succi sumac, succi liquiritiæ ana drachmam unam, liquiritiæ drach. tres, tragacanthæ drachmas duas, coralliorum, pœoniæ, ligni aloes,

aloes, mastich. ana drachmas quatuor, seminum communis drachmas duas, confice cum syrupo recipiente succi granatorum, succi pomorum citronorum, succi citrangularum, succi portulacæ, sed loco succi pone semen eius ana libram. & fiat syrupus cum prædictis succis sacchari libr. tribus. Dosis à drachma una usque ad aureos tres. Et est mirabile quòd si mastiget ieiunio stomacho cepe album in dolore stomachi crasso præter febrem, illo die dolorem æger non sentit. Et puluis florum celesti datus cum calida una hora liberat à doloribus stomachi.

Medicamen ex inuentione nostra, cuius uirtutem, & mirabilem experientiam nullum transcendit medicamen: sanat omnes languores stomachi, si Deus uoluerit, siue sint à melitia complexionis, sine materia, siue cum materia: digestiuum confortat, appetitiuam irritat, retentiua uigorat, necnon expulsionem auxiliatur. Symptomaticos fluxus ab indigestione natos, siue superiores, siue inferiores emendat, & totum stomachum propriæ naturæ restituit.

Recipe mastich. ligni aloes, myrrhæ electæ, cinnamomi, anisi ana drachmas quinque, corticum exteriorum, pistaceorum, caryophyllorum, spicæ nardi ana drachmas tres, eufrasiæ unc. ß. coralliorum alborum & rubrorum partes miscendo equales ad pondus omnium rerum, sacchari quod sufficit.

De Medicinis materiam à stomacho repellentibus, & abstergentibus, ac villos eius mundificantibus.



ICAMVS modo medicinas, quarum proprietates est repellere materiam lædentem ab eo, & abstergere parietes stomachi, & mundare uillos eius ab omni superfluo, de quarum selecta est alce bona, lota & præparata secundum artem nostram, & agaricus fœmina, & myrobalani, & rhabarbarum, & thus, & his similia. & acquirimus eis proprietatem laudabilem, & facimus eas eductiuas humorum, quorum non erant per se. Vigoratio facta per artem facit acquirere alias proprietates nobiles, & consequitur quasi naturam.

Filius Zachariæ. Medicina experta repellens putredinem à stomacho, est eductiua humorum flegmaticorum, & cholere crassæ.

Recipe myrobalanorum citrinorum infusorum in aquæ rosarum uncias duabus, seminis portulacæ drachmas duas, agarici drachmas tres, salis gemmæ drachmam unam, mellis unciam unam ß. aloes bonæ uncias duas, fiat confectio cum syrupo granatorum, et myrrhæ. Dosis à drach. una usque ad tres.

Iudæus. Pülulæ efficacissimæ contra stomachi, cerebri, uiscerum, neruorum uitia: educunt humores uiscosos à stomacho, & intestinis, & trahunt à remotis, mundificant instrumenta sensuum, & membra nutritionis, & spiritus, quarum confectio hæc est. Recipe colocynthidos electæ, & purgatæ, & tritæ cum oleo rosato, sadani, thuris ana unciam unam, mastich. gummai,

gummi, tragacanthæ ana drachmas tres, rosarum rubrarum drachmas duas, dactylij præparati drachmam unam, seminis aloes bonæ drachmam unam, confice cum succo endiuivæ. Desis à drachmis tribus usque ad undecim, post cibum quâdo iur dormitiam.

Nicodemus. Pilulæ purgantes stomachum à crassissimis moribus, abstergentes ullos, & parietes eius proprie dicitur moribus conglutinatiss in eis, & mirabili iuamento restitunt renes, & nervos.

Recipe turbit drachmam unam, agarici drachmas quatuor, salis gemmæ drachmam unam, zinziberis drachmas tres, sarcocollæ, opoponacis ana drachmas duas, mastichæ, dactylij cocti ana drachmam unam, anisi drachmas duas, aloes unciam unam, s. confice pilulas cum succo menthæ. Dosis est usque ad drachmam unam, s. uel duas, ad plus si ægritudo est noua, & membra tantum nutritionis purgare querimus, & non alia.

Potio mirabilis respiciens stomachum & hepar cum proprietate mirabili, educit à stomacho choleram citrinam, & præsinam, & mundificat canales hepatis, & christum fellis.

Recipe capillorum ueneris, eupatorij, apij, boraginis, scolopendrij, betonicæ, pyrethri, hepaticæ, rosarum, uolarum ana drachmam unam, asari drachmam s. spicæ nati drachmam s. agarici, mastichæ ana drachmas duas, seminis portulacæ, anisi ana drachmam unam, in quorum decoctione secundum modum artis resoluantur rhæbarbari drachmas duas, mannæ, pulpæ castiæ, tamarindo, sacchari uiolati, uolarum, rosarum, sicut scis. acori drachmas quatuor, paretur potio ut scis.

Syrupus

Syrupus ad æquans materiã calidam lædentem stomachum & hepar, quam euacuare querimus, ponit eam in necessitate ad expellendum, & confortandum uirtutes stomachi, & remouendum oppilationes.

Recipe absynthij, sumi terræ, plantaginis, eupatorij, capillorum ueneris, polythrici, zedoariæ, cichorij, chelidonij, solani ana manipulum s. seminum communium, anisi, portulacæ, papaueris albi ana drachm. tres, myrobalarum unciæ duas, rosarum unciæ tres, aceti unciæ quatuor, sacchari quantitatem quam uolueris. Dosis ab drachma una, usque ad tres, cum aqua frigida non ueri frigoris in aurora. Confectio de succo pomorum mirabilis ad confortandum stomachum, & datus ex ea conualescentibus, & eis quorum appetitus sopitus est, alterat malam complexionem stomachi, & confortat substantiam, & tollit dolorem stomachi.

Recipe cydoniorum, succi citrorum ana libras duas, corticis citri bene decocti & contriti libram s. succi granatorum unciæ tres, succi menthæ, succi sampsuchi ana drachm. quatuor, aceti puri libram unam, mellis despumati libras quatuor, sacchari drachmas quatuor, bulliant omnia hæc simul mixta usque ad consumptionem ferè succorum & aceti, cortex præparatus circa finem mittatur, & cum perfecta bullitione bulliat, spumam autem à principio paulatim projicere incipias, & conditatur in fine cum hoc, quod recipit caryophyllorum, galangæ, cinnamomi electi ana drachmas duas, macis drachmam unam, anisi drachmas tres, ligni aloes drachmas sex, moschi granum unum, & quidam fortius condunt & cum pipere albo, & cardamomo: Dosis à drachma una, usque ad tres, ante & post cibum.

D

Pilulæ purgantes stomachum ab omni superfluitate humorum, & cerebrum. educunt utranque choleram, & flegma, & remouent ab eo omnes dolores, & renouant stomachum ad comedendum.

Recipe absynthij, mastichis, agarici ana drachm. ij. myrabalanorū drach. iij. turbit drach. decem, epithymij tenfis, salis indi ana unc. ij. penidiarum drachm. iij. hieræ peræ drach. quinque, succi rosarum drach. iij. dacrydij drach. ij. fac pilulas cum succo scariolæ. Dosis est drach. duarum.

Iudæus. Pilulæ confortantes stomachum, mundificant caput & stomachum à cholera corrupta, & omni superfluo humore, & respiciunt hepar, & aperiunt oppilationes, & ualent ad febres antiquas ex diuersis humoribus natas, & remouent prurimum & hūlcera.

Recipe myrobalanorum citrinorum, indorum, & mellecorum ana drachmas quatuor, mastich. anisi, succi eupatori, absynthij romani ana drachm. duas, hieræ picræ drachmas duodecim, succi rosarum drachmas tres, confice cum succo apij, & da cum calida aqua drachm. duas.

Pilulæ preseruantes stomachum ab omni languore, & rebrum, custodiunt uisum & omnium sensuum instrumenta. Deo placet. recipiuntur omni die duæ uel tres, & melior herba est post cibum, quando itur dormitum.

Recipe mastich. dacrydij bene electi ana drach. duas, resoluantur in unum corpus dacrydium & mastix in pomo, aloes electissimæ & subtilatæ drachm. decem, confice cum succo cauilium. dosis est usque ad nouendecim, pilulas.

## De emplastris, linimentis, & unctionibus.



CRIBAMVS res quæ administrantur emplastris, linimentis, & unctionibus supra stomachum, & modos earum, & sunt ex necessitate curæ languorum stomachi, aggregant & coadunant partes stomachi, & uirtutes, & calorem ne resoluatur, & exhalet indebitè: & destruant dolores in eo, & conferunt rei uitæ. & est unguentum confortans stomachum frigidum, ipsum reddit sobrium ad naturalem suam operationem, facit ipsum exemptum ab omni dolore.

Recipe aloes, mastichis, libani, myrrhæ ana drach. unam, corticum granatorum, rosarum, anisi, galangæ, caryophylorum ana drachman unam, olei rosati, olei chamæmelini ana libram unam, ceræ uncias tres, aceti uncias duas, bullitis oleo, aceto, & cera prius perfecta decoctione superasperge in fine species has bene puluerizatas, agitando donec fiat unguentum, de quo peruncto stomacho superasperge myrrhæ & mastich. lineum pannum, uel lanam succidam calidam superpone.

Linimentum aliud nostrum confortans ad digerendum, & appetendum, & retinendum debiliū & conualescentium stomachum, & remouet oppilationes, & dolores, & uentositates.

Recipe olei nardini libram unam, fac bullire cum sampsocho trito bullitione una. pone postea ceræ uncias tres, ut liquefiat. deinde perface unguentum cum mastichis, myrrhæ, teberinthinæ, ladani ana uncia una, unge ex eo stomachum debilem, & superasperge puluerem anisi, & rosarum.

Aliud quod administramus quando alia non contulerim,  
& aeger dolorē habet intolerabilem: remouet dolorem, arcet  
uomitum, & fluxum uentris compefcit.

Recipe colophonix, terebinthinæ, libani ana unc. unā fae  
guinis draconis, mumiæ, myrrhæ, ladani, sarcocollæ, aut  
unciā ꝑ. rosarum, corticū granatorū ana unciā unā, lique-  
fcis gummi, aliarum rerum recufantium liquefactionem pube  
rem mitte, & submerge in hac medicina calida autequam co-  
geletur stupam lineam, & stomacho superpone calidum que-  
tum aeger pati poterit: relinquit ibi uestigium cauterij super  
eum: & propterea ad huiusmodi dolores fortes facit.

Aliud confortans ualde stomachum febricitantium, remouet  
uet dolorem ab eo, & uentofitates.

Recipe olei myrtini, olei rosati ana pondus æquale. bulli-  
torum cum mastiche, & libano. unge ex eo stomachum, &  
superasperge puluerem rosarum, & granatorum, arceutua-  
seam.

Emplastrum restringens ardorem stomachi febricitantium  
extinguit calorem febris, æstuationem, uomitum, & subuer-  
sionē ab eo separat, dolores amputat stomachi, si Deo placet.

Recipe succi solani, succi absynthij ana unciās quatuor. ꝑ.  
rinæ hordei unciās tres. mastich. unciam unam. rosarum rub-  
rarum puluerizarum unciās duas. fiat omnium conglutina-  
tio, & stomacho apponatur.

Ceratum, & est refugium conualescentium, & extenua-  
torum, stomacho subuenit, est generale omnibus passionibus  
stomachi & matricis, & confortat cerebrum & cor, appeti-  
tum mortuum uiuificat, digestiuam rectificat, retentiā cor-  
roborat, & est expertum, si Deo placet.

Recipe calami aromatici, seminis rutæ, caryophyllorum,  
santali

santali, libani, myrrhæ, mastich. ana drachmas tres. sanguinis  
draconis drachmas duas. mumiæ drachmam ꝑ. aloes drach.  
quinque. farinæ corticum granatorum unciās ꝑ. ambræ un-  
ciam unam. moschi drachmam unam. caphuræ granum unum.  
sampsuchi, balsamitæ, absynthij ana drachmas quatuor. tere-  
binthinæ, olei rosarum, cōamæ mellis, uel nardini, olei myrti-  
ni ana unc. duas. ceræ unciam unam ꝑ. myrrhæ electæ, ladani  
ana unciam unam, coralliorum rubrorum, galangæ, anisi, car-  
damomi, nucis moschatæ, macis ana drachmas tres. peonie  
drachmam unam. terenda terantur, liquenda liquefiant, &  
bulliant bulliēda, & fac ceratum super stomacho, & admini-  
stretur super totum, sicut docuimus.

## De indigestione stomachi.



NDIGESTIO est communis mater omnium  
ægritudinum, potissimè humoralium, & no-  
sti quòd digesta materia quiescit febris feruor.  
erat enim inobediens, quia cruda, & tempera-  
mentum substantiæ, aut quantitatis, aut qualitatis transcende-  
bat, & eius elementum est tepiditas emissa naturalis caloris,  
& huius rei causa est superabundantia cibi & potus secundū  
quantum uel quale, aut ab utraque, necnon & secundum sub-  
statiā est debilitas stomachi naturalis. & scire oportet quòd  
hereditantes uitium hoc à parentibus, raro aut nunquam cura-  
rantur perfectè, & hi tutius languores portant, & horum  
perfecta medicina sola est abstinentia, residuum naturæ cibi  
& potus in locis digestionum, quod in genus nutrimenti con-  
uertere non patitur suo uitio, aut natura conuertere non ualebit  
eius instrumento debili permanente. quod enim nisi causa an-



cedentis efficitur morborum est, & maturat ad conuulſiones suos excessus, quæ cum adest, continuò est febris.

Digestio est fructifera alimenti consummatio: tunc cum perfectam dicimus consummationem, cum infructifera semina ualuerint perficere alterum tale quale ipsum est. Indigestio autem e contra.

Amplius scire oportet quòd indigestio nõ minus à superabundantia, quam ex eius priuatione nascitur: temperantiam enim caloris non dicimus absolute: sed in comparatione ad suum obiectum attenditur, ut obiectum non magis resistat, nec remissum in comparatione ad suum agens existat, quam suum agens agere potest, proportionari debet agens & obiectum proportionem æqua.

Adhuc scire oportet quòd digestio fit ex coniacentibus, tunc enim passiuæ actiuæ omnino obediunt, & nullo modo resistunt. digestio non consummatur, si minus resistat utroque istorum modorum. calor dicitur distemperatus, siue quomolentum possit, siue quò minus. calor sufficiens ad unius libræ plantæ liquefactionem, impotens est ad ferri libræ liquefactionem, & non sufficiens. faber aliter & aliter calefactionem mensuraret in facièdo unam incudem & clauum. quare caloris temperantia & distemperantia est in cõparatione ad suum obiectum. uerisimile quidem de calore nostri corporis qui assiduo exercitantur artificiali labore, & crassæ sunt complexionis, cibaria subtilia assumentes minime digerunt, sed in eorũ corporibus aduruntur. cibandi erant legumimbus, pane subcarnitio, & alijs de pasta cibarijs. Et scire debes quòd talis calor est in quibusdam iuuenum: calor quorum adeò fortis est, quòd humores adurit, & eos quasi in uenenum conuertit, & à quibusdam humorum materiæ resoluuntur fumi, qui quantitate

cunque distent à cerebro. Quòd si fuerit eorum incolatus in remotioribus membris, ascendunt sursum ad cerebrum, & cum sentit sibi periculum, contrahit se totum, & omnes suas uirtutes in unum trahit, & maxime per quas spiritus animatus transit ad præstandum sensum & motum omnibus membris corporis, oppilantur.

Et hoc considerans Hippocrates in libro separatorum sermonum posuit epilepsiam ægritudinẽ iuuenum, quanquam & aliter e contra talis morbus nascitur: sed non est nostrum hic eius sermonem assumere, sed secundum fortitudinis & debilitatis uirtutum exigentiam regimen administrare: & nos hic tractamus de digestionem stomachi, quæ sæpius coram poribus propter ciborum & potuum multã refocillationem: & caloris inopiam ab ægritudine, & alijs causis accidit.

Cura huius ægritudinis est quatuor res.

Prima est non extendere uentrem cum cibis & potibus. hoc enim præseruat corpus ab ægritudinibus, & sufficiens est hæc sola cura huic ægritudini: & laudabilior est potione in multis morbis qualitas bona regiminis.

Secunda res est confortare stomachum, uniendo, & aggregando partes suas.

Tertia res est corrigere accidentia digestionis.

Quarta res est, si est causa ex humoris uitio mundificare materiam lædètem: si est sine humoris uitio malam alterare complexionem, & post illud confortare.

Primum rem complent prohibitio cibi & potus crassorũ, abstinentia dico nõ ultimata, quoniam nihil dare horridum est, superabundanter stimulosum est dare: prohibere ipsum à cibo pristino nõ digesto usq; ad fructifera semina: fecibus nõ exclusis parũ quidem bibere, & subtili potabile cum siti assumere.

hoc est primum intentionis. Et tua interest bene cognoscere complexionem. aliter enim & aliter cibabitur cholericus & flegmaticus, proprie apud naturam.

Molestius cholericus est famem tolerare quam flegmaticus: & respicere cerebrum non est res fatua: cum ligatura quaedam nervosa inter cerebrum & stomachum sit, quae transiuiam patiuntur passionem, consuevit stomachus cum cerebro dulcedinem communicare & amaritudinem. eligere aera absque paludibus, montium oppressa oppositio corruptioni corporum cadauerum est de intentione propria. post illud cibare infirmum cibus stipticis, acetosis, aromaticis, conditis sicut scire te fecimus & rememorabimur, si Deo placuerit.

Secundam rem complent regimen stipticum temperatum odoriferum secundum ueram qualitatem electum: appositio rerum quarum est conferre rei uitae: iuuare partes stomachi, & ipsas confortare ne resoluantur, de quarum societate est sandaracha, mastix, myrrha, mentha aurea proprie mista cum oleo rosato, & liquore satis calido hepar, & cor ungerere non est frustra.

Tertiam rem complent quae accidentia corrigunt iam illata: quae diuersa sunt: est eorum primus concursus ad cerebrum & cor. & consuerunt generare fluxum symptomatis. Item fallacem dolorem uentris. Et si cum diuturnitate habitudinetur, dolor iuncturarum, & podagra, & hoc cursum procedentia. Et scriptum est indigestionem esse hylem aegritudinum: quare tua interest perspicacissime omnia haec considerare: & satagere circa reificationem stomachi, est enim materialis pater, & cibator membrorum & uitae.

Quartam rem complent, complexionem extraneam deterrere, post illud confortare: & si aliquid humorale mate-

riam aegritudinis debilitat, cum concedenti medicamine repellere: & primum complet regimen illud, & nos dicemus: hoc uero medicamen: tale uero naturale scire te fecimus, & faciemus, si Deo placuerit.

Hippocratis medicamen confortans digestionem stomachi, alterans, malam complexionem defendit, proprie subuenit lubricanti fluxui symptomato, & generaliter multis accidentibus ex indigestione factis.

Recipe acori rubri unciam  $\beta$ . magnetis drachmas duas, castorei drachm. unam, anisi drach. tres, mastichis drachmam unam, myrrhe drachmam  $\beta$ . sacchari li. bram unam. Dosis a drachma una, usque ad duas, ieiuno stomacho, & de sero quando itur dormitum.

Iudaeus. Syrupus contra mala uitia frigida stomachi, confortans ipsum confortatione magna, & facit appetere, & digerere.

Recipe sampsuchi, balsamitae ana manipulum unum, galangae, macis, nucis moschat. ana drachmas duas, rosarum drachmam unam, mastich. drachmas quatuor, pistaceorum drachmas duas, aceti drachmas duas. Dosis est unc. unius usque ad duas, cum iunipero in matutinis.

Medicamen forte contra fortem stomachi dolorem, & inueteratam malitiam suam, abstergit uillos eius a crasis humoribus: & reddit ipsum sobrium ad digerendum.

Recipe trium piperum, cardamomi, pyrethri, sumac, anisi, galangae, mastich, macis ana drachmas tres, rosarum drachmas tres, zinziberis drachmas quatuor, caryophyllorum drachmas tres, cinnamomi drachmas quatuor, coriandri drachmas duas, aceti unciam  $\beta$ . mellis quod sufficit. Dosis drachm.  $\beta$ . ante cibum & post.

Electarium cōfortans stomachum, & uiscera, & subuenit  
materiæ quæ cibum retinuit, & quorum retentiua perit, &  
resoluntur uapores ad cerebrum, & iam effigiem physio-  
gnomiæ adulterauerunt, & cholerarum eminentiam indebi-  
tam produxerunt, cuius permistio est.

Recipe rosarum drachmas quinque, mastichis, coralliorum  
alborum & rubrorum, cinnamomi, sumac, calamenti ana dra-  
chmas quatuor, carniū citrullorum uncias duas, myrrhæ,  
menthæ, eufragiæ ana unciam s. caryophyllorum drachmam  
unam. confice cum syrupo de mentha, & myrto. Dosis à dra-  
chma una usque ad tres.

Medicamen bonum, & expertum contra putredinem sto-  
machi, & subuenit apostematibus exeuntibus in stomacho:  
cuius stomachus residuum cibi & potus propter caloris in-  
opiam, aut malitiæ, maxime sibi gubernat, & non patitur alie-  
quan putrefactionem in eo generari, & custodit cerebrum  
& corpus totum, confortat cor, & prouocat menstrua, & re-  
ctificat malitiam matricis.

Recipe trium piperum ana drachmam unam, caryophyl-  
lorum drachmas duas, aristolochiæ rotundæ, & longæ opti-  
mæ uolarum, betonica ana drachmas tres, salis gemmæ dra-  
chmas duas, myrrhæ electæ ad pondus omnium. confice cum  
syrupo de spica. Dosis à drachm. s. usque ad unam.

Electarium descriptione Nicodemi, cuius operatio trans-  
scendit genera medicaminum in omni uitio stomachi ex frigida  
causa, & composita, confortat neruositates eius subtiles,  
& suas uirtutes excitat, & suam malitiam complexiuam re-  
ctificat, confortat cor & cerebrum, & hepar, & subuenit ca-  
ducis, uertiginosis, & nauisæ, & omni uitio stomachi, cuius  
mistio est hæc.

Recipe

Recipe anisi, coralliorum, spicæ indæ ueræ, ligni aloes, ro-  
sarum, caryophyllorum, galangæ, zedoariæ ana drachmas  
quatuor, pæoniæ drachmas tres, nucis moschatæ drach. duas,  
margaritarum drachmas sex, ambaris crudi drachmas tres,  
moschi drachmam unam, maslich. ad pondus omnium, confice  
cum syrupo corticum citri.

Electarium nobile ad confortandum stomachum debilem,  
& præseruandum digestiuam eius.

Recipe spicæ nardi drach. unam, cinnamomi, caryophyl-  
lorum, liquiritiæ ana drachm. duas, anthos drachm. quatuor,  
menthæ, albasce ana drachmas tres, sacchari quantum sufficit  
Laure aqua calida manus ante cibum, & post cum frigida,  
est custodia stomachi ab indigestione, & parum exercitari la-  
boriosos: otiosos quiescere: & post hos & illos parum non  
rapido motu exercitari est lex huius curæ scripta. Sternuta-  
re post cibum facit descendere escam ad fundum stomachi:  
ante aperit, & humores uertit uniuersaliter, & stomachum  
mundat & nutrit: & mittit feces pristini cibi ad inferiora,  
& repellit: & sunt hæc mandata ad tutelam stomachi & ce-  
rebrī, calefacere uehementer uolas manuum & pedum in do-  
lore stomachi est amicabile naturæ, sed aliter & aliter.  
huic uehementer infrigidare, illi uerò calefacere, ut pup-  
pim capitis, uehementer calefacere facit uaporum resspira-  
tionem. Et sciuit quod cor, cerebrum, hepar, &  
testiculi quendam fluxum concatenatum ad se inuicem ha-  
bent, & stomachum non ignorant tristantem, gaudena-  
tem, & scriptum est omnium membrorum unam esse com-  
paginem, & dolere adinuicem: & unctio spinæ est iterum  
res magni iuuamenti ad languorem stomachi, & omnium  
debilitatum membrorum maxime neruis contentorum, &  
calefa

calefacere stomachum actuali calore est extremum bonum stomacho proprie iuueni uigroso. Alij quidem actuali calore festino motu exinaniuntur, cum cuiuslibet rei calor non uiuens in eo originaliter labitur uelut aer in subito sole irradiato, aut igne.

Et fortassis balnea temperata quædam conferunt illis, & nos alibi scire te fecimus naturam balnei.

Filius Zachariae. Ceratum confortans stomachum retinet calorem in eo ne resoluatur, & remouet duritiem eius, & omne oppillans partem stomachi, & uigorat in eo calorem, & sanitatem restituit, si Deo placet.

Recipe ceræ mundæ uncias tres, terebinthinæ uncias quatuor, olei nardini uncias duas, quibus liquefactis bullitione parua super sparge puluerem hunc.

Recipe myrrha, mastichis, aloes, ana unciam unam. rosarum drachmas sex, pæoniæ, castorei ana drachmas duas, anisi drachmas sex, calaminthæ drachmas sex, caryophyllorum, nucis moschatæ, cardamomi aromatici, rhapontici ana drachm. quatuor. & bene stomacho adhererent.

Filius Serapionis. Syrupus excitans appetitum, confortans digestionem, educit humores crassos, & putridos, & confortat membra anhelitus, educendo humores ab eis, & curat schiatidem, si Deo placet.

Recipe thymi, menthæ, sampsuchi, myrrhæ, zadoariæ ana manipulum β. agarici drachmas quinque, polypodij rasi, & pistati, anisi ana unciam unam, turbit electi uncias duas β. zinziberis drachmas tres, rhapontici uncias duas: baccarum uniperi unciam unam, cinnanomi, nucis moschatæ, caryophyllorum, macis, omnium ana drachmas duas, rosarum drachmas tres, aceti uncias duas, sacchari libras tres.

Alexander.

Alexander. Fiat puluis, & propinetur ex eo ieiuno stomacho pondus drachmarum trium cum uncijis duabus uini electi, subuenit omnibus passionibus stomachi, & respicit pulmonem & cerebrum, aufert malitiam, & remouet dolorem uentris, & uiscerum, & resuscitat appetitum mortuum, et docet digerere stomachum.

Recipe thymi, sampsuchi, balsamitæ, aristolochiæ rotundæ, origani, anisi, fœniculi, rorismarini, calami aromatici, corticis cum citri, feminum uuarum & granatorum, lauendulæ, seminis rubri basiliconis, hyssopi, eufrasiæ, ana pondus unum. licgni aloes, pyrethri, galangæ, caryophyllorum, macis ana pondus superioris ponderis. croci, opij Thebaici, styracis, calaminthæ, trium piperum ana partem unam mediij ponderis. sanat languores stomachi: & corpus incolume seruat, si Deo placet.

Inquit Heben. Mesue. Molere cibum in partes minutissimas uel subtilissimas, & ut lambendo uinū gurgitare, est causa melioris digestionis, & longioris uitæ. Et uos iam sciuis per alimenta uitam consistere, & secundum eorum qualitatem bonam uel malam materiam uariare, propterea non ignores materiam stomachi, ne forte credens conseruare uel reducere destruis: & sciuis quod natura de tribus dicitur uirtutibus, complexione, uirtute regitiua, & compositione, et illuminatur ab anima, quam intelligentiam dicimus separatam, & omnium uirtutum unitiua est uirtus, sed diuersa bauulatio = num, exercens officia membrorum diuersorum, diuersis nuncupatur uocabulis. Et tua semper est naturam infirmi cognoscere apud sanitatem, si possibile est.

Ventris autem diuersæ sunt naturæ, sicut te scire fecimus propter diuersa, utilia, imò singularia oportet eligere medicina,

mina,

mina, & hoc sufficienter tradere potest. In prouisione autem periti, & timentis Deum medici, maior pars huius scientiæ relicta est, Deum diligenti omnia bene succedunt, ab ipso omne incolume & sanatiuum est, naturalium scientijs omnium philosophorum magnorum & caelestium signorum uarijs motibus bene eruditi, Deum quasi oblii in suis operationibus, credentes omnia scire, & se quasi naturæ authores existimantes, quibus omnia desunt omnia scire credentibus. Et uosian uidistis ualidas ægritudines super quibus medicorum multitudine elaborauerat peritorum ab alienigenis medicorum, cum paruo artis fundamento curari quandoq; à mulieribus ab anthomato operantibus. O tu qui curam humanorum corporum gerere uis, à Deo non recedas. Et ne dilateris scientia philosophica naturali, ille enim author naturæ, & eam stabiliiuit: & sine eius influentia deficit omnis motus naturæ. Amplius scire oportet quod negare cibum stomacho famelico, & ante famem offerre est causa ægritudinum stomachi, parum & rarum comedere debemus, ad mensam sedere, & post diu stare, & leniter incedere, donec ad stomachi fiandum cibus descendat, est de occupatione huius curæ prima. sternutare est iuuamentum singulare post cibum & ante, stomachum enim mundificat. Et sciisti quod est cura minoris epilepsie sepius sternutare diebus continuis ieiuno stomacho, & subuenit surdis.

Vnctio confortans stomachum ad digerendum, & retinendum, & appetendum remouens dolores eius, inflationes, & uentositates, & est expertum, si Deo placet.

Recipe olei rosati, olei myrtini, olei nardini ana uncias tres, ammoniaci drachmas duas, nucis moschatæ unciam unam, post unctionem superaasperge puluerem cinnamomi, anisi, corticis

corticis granatorum pondus unum. aromatiza unguentum cum moscho.

Vnquentum nostrum fidele & ualde amicum naturæ, stomachi remouet dolores, & consolatur substantiam eius inter omnia medicamina.

Recipe lanæ succidæ onium nigrarum recentium libr. β. pone in uase nouo, & superaasperge aquam currentem, quod sufficit ut madefaciat. fac bullire ferè ad consumptionem, agitando ne adhæreat fundo uasis, post torquendo suscipe liquorem, super quo projice mastichis drachmas duas puluerisati, ut liqueat, myrrhæ unciam β. terebinthinæ unciam β. & facta unctione superaasperge puluerem nardi, & est hæc unctio magna contra dolores iuncturarum uniuersos, si Deo placuerit.

Emplastrum optimum, & expertum contra malitiam stomachi, confortans ipsum in omni eo quo indiget.

Recipe thymi, sampsuchi, rosarum ana unciam unam, pistatis, & calefacti cum modico aceto quantum roretur conditur cum mastichis uncijs duabus, & stomacho superpone, & est mirabile, si Deo placet.

Dixit Hippocrates, Aloe hepatica cum aqua thymi propinata ieiuno stomacho, sanat stomachum ab omni languore educendo ab eo materias fraudulentas, & confortat stomachum, & cerebrum, & uiscera mundificat, repellit uermes, & sanat apostema stomachi, & uiscerum dolores, & mundificat hepar à crassis humoribus, & melancholicis.

Pilule conseruantes stomachum ab omni leisione intrinseca: & non permittunt humores putrefieri in eo, imò abstergunt ipsum, & mundificat rugas, & parietes eius, & qui astituat usum earum diebus singulis illæsus permanebit à dolore stomachi

stomachi, & nunquam dolore capitis uexabitur, & nihil est oculis, mihi crede, salubrius istis, & qui tristantur subueniunt, & melancholicis, & in medicatione matricis uitiosa, & uiscerum interiorum, quarum hæc est confessio.

Recipe mastich. drachmas quatuor, aloes electissime drachmas decem, agarici boni drachmas tres, conficiantur cum tulle, est uinum coctum, ut dicit Simon Ianuensis. Dosis de pilulæ, uel tres, quando iur dormitum, & potest recipi secundum numerum uoluntarium usque ad uigintiunam.

### De vomitu, & exuberantia cibi.



**V**OMITVS cuius causa est exuberantia cibi & potus extendentium uentrem ultra naturæ debitum, cura eius est euacuare, & post illud abstinerere, & confortare substantiam stomachi cum cibis & potibus, secundum unum trium modorum, aut quantitate, aut qualitate, aut malitia utriusque. Quando autem ab humore acuto leuato ad cacumina uentris usque ad uentri, nausea & uomitus causantur, sit tua præcipua, & magnifica occupatio contemperare chistim fellis, & hoc sæpe accidit habentibus uiam latam à stomacho ad hepar. Et tu sagacissime diuertas ad membra inferiora uiscerum, quæ natura fecit esse instrumenta expulsionis: cum autem uomitus sit malitia stomachi falsi non dubitabis alterare, & confortare sit processus tuus. In destructionem autem retentis uirtutis solum regimen laudabile sufficit, & aspergere super eo tunc puluerem mastich. & nitri, iuncto prius oleo myrrino est medicamen expertum.

Cura huius est quatuor res.

Prima est conuertere regimen ad oppositum qualitatis, & laudabile in proprietate & qualitate non simpliciter: & super hoc multiplex est consideratio. aliter enim & aliter in malitia complexionis stomachi, & furia fellis. & tua interest bene discernere, ut scias regimen ordinare ad latus frigiditatis. quando cholera uomitum generat & nauream, propina acetosa condita stiptica propter uiam amplam, & cætera. ad latus caliditatis regimen habens proprietatē uomitus retinere, quando crassorum humorum multiplicatione uomitus cholericus dicitur nasci, oportet cibare ipsum cum auaritia magna donec facta sit euacuatio humorum inobedientium, & reificatio suæ complexionis, & uirtutis fortificatio. & ne dubites hos, & illos potare uino. Illis autem subuenit qui calorem habent, quia cum diuertit per uias urinæ, sed parum dandum est, & electum, ut Ponticum, & albi coloris.

His autem qui crassos & uiscosos humores habent, subuenire nulli dubium est eo, incidit & habilitat expulsionem, & subuenit omnibus ratione propriæ stomachi complexionis. & potare aliquando illos inobedientes, & multa cholera abundantes aceto bono misto aqua ueri frigoris, est potus conueniens, & maximè in æstate: & dare portulacas ieiuno, & lactucas cum aceto cum modico panis, & non postea cibare eos usque ad uesperas, est diuidere choleram, & angustare porrum illum, cuius amplitudine graditur, & extinguere audaciam cholerae.

Secunda res est parum comedere, & minus bibere. & hoc considerare secundum quantum & quale.

Tertia res mundificare humorem lædentem, & super hoc uera est consideratio artis, sicut in ipso stomacho, & rugis suis, aut quod ab hepate graditur ad stomachum, necnon

passiones quaedam matricis nauseam & uomitus generant, aliquando ex certa abominatione uomere quis cogitur delectante natura.

Quarta res est substantiam stomachi confortare, & maxime retentius uirtutes, & inspissare orificium stomachi cum stipticis, & recordari naturæ inferiorem purgationem.

Primam rem complent quæcumque proprietate stomachi confortant, & complexione opponuntur humori & malitiæ complexionis, ut stiptica aromatica habentia acetositate. & nos scire te fecimus modum regiminis, mentibus maior, balsamita, melissa in aqua aceto mista, & cum mentibus bullita decocta. Postquam sciuerimus causam intentionum rerum causantium uomitum, succurrimus tunc cum rebus refrigerantibus stomachum, & membra mandantia ad ipsum: quod quidem multoties accidit, & proprie quando in aliquo uicinantium membrorum materia occultatur, & est forte in mandando, & stomachus debilis est, & promptus in recipiendo. Agens nanque & si non sit ualde forte, imprimit maxime quando rei est præparatio, & quando materia est de genere adiacentium multò citius uehementer imprimit lesiones, & excitat expulsiuam, & facit eam sollicitam ad uouendum. Agens nanque in rem multi sensus uehementer imprimit: tunc cum rebus abscondentibus & corrigentibus causas debilitantes, & ledentes, nunc cum rebus prohibentibus effusionem materierum ab alijs membris ad ipsum, facimus adiutorio Dei cum rebus proprie acetosis, quæ ex aromaticis, & stipticis condiantur, sicut cibus de agresta, & cibus de aceto, & studeas ligare extremitates cum infusione aquæ calidæ & similia: & cydonia, & matiana, & succus granatorum.

Potus

Potus autem eorum uinum sit subtile odoriferum, & lenè, decentis commistionis cum aqua rosata, & cuius uinum dulce & crassum, & aquam calidam, quia mollificat stomachum, & disgregat uirtutes. frigida ueri frigoris depauperat calorem in eo. Potus sit ualde paucus, nec saturificandus est siti eorum. Tolerantia super sitim est ex eis quæ uerificant stomachum. solentia sitim extinguere in hac hora augent, & maiorem faciunt indigestionem.

Secundam rem complent diæta auara, quam ager portare possit: quia esset maius periculum multum inaniri.

Tertiam rem complent solutiua benedicta electa de genere benedictarum medicinarum. Et nos dicemus in hoc sermone, si Deo placuerit. Myrobalanicum medicamen præparatum cum aqua rosata, & mastiche, & est expertum, & bonum. Et si est à materia quam misit fel, curatur blandiendo acumen eius, donec euentetur cum successione alterantium pro quo uestigium impressionum remanet, & trahere, & diuertere materiam cum clysteribus mouentibus cholera ad inferiora, est huius occupationis. Scriptum est suum esse curam uomitus, & uomitum fluxus.

Inquit Hippocrates habito uomitu cessat fluxus, & econtrari, & lauare pedes cum rasura confortat stomachum, & diuertit materiam.

Quartam rem complent quæcumque stomachum complexione & proprietate confortant. Consistit quidem hoc totum in regimine, unctionibus super eo, & emplastris, & aromaticis, assumptione nardini, caryophylloti, spodiati, innato ab hepate.

Syrupus arcens uomitus & nauseam, de berberis, est medicina experta.

Recipe berberis uncias quatuor, spodij drach. quatuor, uuae acerbæ drachmas duas, cichorij manipulos tres, sacchari libras duas, da ieiuno cum aqua mastichis.

Syrupus de myrtho, stringens uomitum, & nauſeam.

Recipe foliorum myrti libram ꝑ. foliorum ſampſuchi uncias duas, aceti unciam unam, ſacchari libram ꝑ. da cum aqua foliorum zedoariæ. Et tu potes eligere in Grabadin noſtro poſtquam ſciveris qualitates ledentes medicamina multa compoſita ad hoc. Et non ignores quòd morbi renum, & ueſicæ, & ileos faciunt uomitus & ſingultum. Et nos dicemus illud, ſi Deo placuerit, à quo omnis finis ſequitur finitiuſ, à quo opus medicaminum ſequitur perfectibile.

Eleſtariuſ noſtrum ualde dilectum & ſufficiens confortans cor: & membra omnia retinet uomitum, & fluxum emēdat, & omnem malitiam ſtomachi.

Recipe caryophyllorum drachmas duas, carniuſ cydoniorum drachmas duas, maſtichis drachmas tres, anbaris drachmas ſex, antheræ drachmas quatuor, nardi, moſchi ana drachmam unam, coralliorum rubrorum drachmas tres, ſyrupi de mentha quod ſufficit.

## De ſingultu.

**S**INGULTVS eſt rebellatio humorum inobedientium naturæ, ciborum impermutabilium: quoniam fit motus in partibus ſtomachi reliquis, natura aggrediente illos, ut expellat: & quia forte obiectum tranſgreditur exigentiam rei agentis, fit motus ille ꝑ. ſmoſus, quem medici ſingultum appellant, fitq; illud ſecundum unum quatuor modorum, ſcilicet euacuatione effren

effrenante, repletione exuberante, mordicatione humorum fraudulætorum, & malitia complexionis frigida. Euacuatione multiplicata in ſolutionem itur, expulſione egrediente natura, aut prohibitione longa ciborum, repletione ex plenitudine conſtionis, aut multorum humoruſ inſp. ſtatione in corpore ſtomachi, quibus natura nō indiget, à mordicatione propter humorem cholericum doſoſum generatum in ſtomacho, aut effluſum ad ipſum ab alijs mēbris, aut aſſumptione rei calidæ & acutæ, & uinū ſuper quo malitudo annorū præteriſt, ſingultū facit. Amplius corruptio cibi & potus ſingultum concreat.

Complexionis malitia frigida propter ſubſtantiam ſtomachi illi remiſſam propter calorem naturalem, ſicut accidit: decrepitiſ, & illis qui longis temporibus inſirmitur, aut propter gulofitatem, ſicut accidit pueriſ.

Amplius ſcire oportet ſingultū naſci ab alijs mēbris quàm à ſtomacho, ut ex magno ſtemmate generato in hepate, & morbis ueſicæ, & renū ultimatur. & illud eſt pernecabile.

## De ſingulius cura.

**Q**UÆRA ſingulius ex repletione ſunt due res: ſcilicet, euacuare, & poſt illud confortare. Et primam complent uomitus: & ſecundam quæcunque ſubſtantiam ſtomachi, & complexio-nem confortant. Singulius cura ex ultimata inanitione propriæ rei, & ſingulius ex repletione opponitur, & eſt periculofus.

Secunda res curæ ſingulius quidem ex mordicatione acutorum humorum ſuperſtatantium ad ſuperiora ſtomachi, curam recipit à uomitu, & ſicut ſummerſus & ſepulcus in uilis, & rugis ſtomachi, & eſt compoſitus. Euacuauit cum



potu hieræ picræ, & pilulis de aloë. Et hoc eget maiori abstinentia. Singultus uerò ex malitia complexionis, cura est una duarum rerum.

Primum alterare cum rebus calefacientibus & subtiliantibus, ex eis quæ emplastrantur, & in potu sumuntur. Aut cum potu necessariò, & omnium modorum singultus cura est conuertere regimen ad ea quæ laudabiliù humorum sunt materia, & naturæ confortium & beneuolentiam consequuntur, & confortare substantiam stomachi. Tertio membra mandantia rectificare.

Confectio Hippocratis, rectificans malam complexionem stomachi frigidam, subtilians, & calefaciens, & expellens uentositatem, & liberat à singulis: si Deo placet.

Recipe corticum pistaceorum exteriorum, costi amarissimi, castorei, petroselini ana drachmam unam, balsamitæ, calamenti, anisi, mastichis, spicæ ana drachmas duas, aristolochiæ drachmas tres, confice cum oxymelite scillitico. Et da drachmam unam, cum aqua sisymbri. Et decoctio scennanthi, & corticum pistaceorum cum æqualitate liberat à singultu, & pulueris altiliæ cum aqua aureum unum liberat à singultu, & seminis rutæ cum nitro & aqua mellis curat singultum ex uentositate crassa, quæ est ex multitudine gulositatis.

Filius Serapionis. Scilla quando accipitur cum uino, curat singultum ex humoribus crassis annexis in rugis stomachi: & mundificat stomachum à putredine. Et non ignores quoniam hæc quæ diximus non sunt de intentione curæ singultus quem fecit euacuatio illicita, imò cbiatur illis quòd est: quia ipsi indigent quæ sunt illis contraria.

Illis autem stomachis quos uexat humor acutus faciens euenire

euenire singultum, cura est uomitus post potum aquæ calidæ, & seminis atriplicis, & post illud aqua hordei cum aqua granatorum dulcium, & aqua cucurbitæ. Et complet hoc quòd est mediocriter frigidum cum siccitate, ut confortet post euacuationem à malis humoribus habentibus singultum ex siccitate intensa damus in primis aquam calidam cum oleo amygdalarum dulcium, & oleo uiolaceo, & mucago psyllij, & mucago seminum cydoniorum cum oleo amygdalino dulci est medicamen, quòd delectat ualde, & est expertum. Et dispositionem hanc complent administratio rerum humectantium interius & exterius. In singultu autem ex flegmone hepatis, primum est aperire basilicam, post illud dare castiam fistulam resolutam in aqua endiuie, & solani, & hordei: & ponimus super hepar emplastra conuenientia flegmoni: & nos dicemus.

Pilule ad singultum natum è crasso humore, & composito.

Recipe castorei, myrrhæ ana drachmas duas, agaricæ drachmas tres, salis gemmæ drachmam unam, dacrydij coræ recti drachmas duas, mastichis drachmam unam, s. aloes bonæ ad pondus omnium. confice cum succo menthæ. Dosis drachm. tres, in matutinis, aut de fero, si antiqua est ægritudo, si noua ut dormiatur super medicina: & fortasse parum dormire potest.

Pilule gloriosissimæ ex inuentione nostra contra singultum calidum, & humores calidos acutos inbibitos, uel immixtos ad stomachum ab hepate, & malitiam eius calidam & siccam, & febrem cholericam, & amaritudinem meri.

Recipe spodij, endiuie, portulacæ, ligni aloes ana drachmam unam, & s. tamarindorū pulpæ drachm. iiij. rhubarbari electi

drach.unam, confice cum aceto. Emplastra & olea requirantur confortantia: requirantur etiam in uniuersali canone de passionibus stomachi, & secundum exigentiam elige ea, & proprie in capitulo de indigestione.

Emplastrum contra singulium factum ex flegmone hepatis bonum.

Recipe trium santalorum, farinæ hordei, spodij: confice cum succo semperuuii & sternutare est ex iuuamentis inaniensibus superiores partes stomachi: & repellit humorale, & cibum ad fundum, & si absiduatur fortiter repellit ad intestina: & propter hunc motum cessat ab illo natura.

Emplastrum cuius iuuamentum est contra singulium ex crasso humore natum, & emundat stomachum, & delet dolorem eius, & abstergit parietes eius.

Recipe aristolochiæ rotundæ, galangæ, anisi, baccarum lauri, gentianæ, rutæ ana drachm. tres, castorei, myrrhæ ana drachmas duas, caryophyllorum drachmas quinque, rosarum drachmas duas, mastich. drachmas quatuor, confice cum melle & aqua sampuchi.

Vomitus fit cum his, quæ proprietatem habent posse humorem eradicare per superiora: ut semen rasani, nitrum, & similia.

Et dixit Hippocrates, drachma semis, ellebori albi cum drachma una, castorei, & auabus sacchari rosati, est medicina experta contra omnes passionibus stomachi ex crassis & viscosis humoribus natis: repellit humores compactos in uilis per uomitum, & curat febres arthreticas, & uertigines, & lethargum: & omnes agritudines stomachi, & delet eas. Sed cum cautela præsumere propinare etiam prouisione magna, ne dederis extenuato corpori.

De siti.

## De siti.



**S**ITIS est auida & gulosa delectatio bibendi aquam ueri frigoris, magis quam aliquem liquorem potabilium: præcipua autem omnium intentionum intentio, & cura huius est scire propter quid sitis nata est, aut propter humorem malum acetosum contentum in stomacho, uel cholericum: aut ebullitione agitante humiditatem in stomacho, aut mala complexionem. Et accidit sitis quando calor naturalis celeratur in agendo in forte obiectum crassi cibi & potus, uelut aliquis longo satietatis itinere redditur sitibundus. & hanc sitim ab indigestione propter viscositatem ciborum inobediendum potus non extinguit, imò accendit, confortando obiectum.

Secunda occupatio est scire membrorum originale sitis, Et scire debes quòd os stomachi facit accidere sitim plus quam alia membra corporis, & si ab alijs procedat donec imprius mat effectum usque ad meri & orificium stomachi desiccandum, non apparet sitis ualida, proprie in siti facta malitia hepatis & fellis, & pulmo est ex illis membris quorum est generare sitim: aliquando renes, & ieiunum.

Somnus autem est cura sitis ex siccitate stomachi, & locus ad quæ currit humiditas ab ore ad stomachum, & aliter quando ab indigestione, propterea quòd calor reuocatus ad interiora fortius agit in digerendo. Et scire debes, quòd si afficiatur ista malitia totus calor, maior erit sitis. propterea tunc dignius est præcipere uomitum, & repellere obiectum rebellans, & confortare stomachum linendo ipsum oleo rosato post illud, meri. Sittentium quidem propter caliditatem comestorum cura est potus aque frigide sugendo par-

E S

latim proprie uel lambendo.

Inquit Galenus, multi propter sitim mortui sunt: sed non fuit propter sitim simpliciter, sed propter ciborum uenenosorum assumptionem, aut aliter & aliter. Sitientiam autem ex caliditate est cura cibare illos rebus acetosis, sicut secaniabin de saccharo, aqua granatorum acetosorum, & rob de ribes, & Syrupus de berberis: & quae sunt illis similia. Et quorum sitis ex sola siccitate facta est, necesse est administretur aqua cucurbitarum, & psyllij, & quae hoc cursu procedunt: & nos legemus, si Deo placuerit simul. Ex siccitate & caliditate frequentius est sitim generare, cura uero est, quoniam humida & frigida haec complent, sed non posita iuxta latus narcticorum, imò euitent ab omni siti narcotica.

Infrigidare pedes, & fricare caput cum oleo rosato est de occupatione primae curae, & manus. Et sciuit quod uolae manuum reuelant malitiam stomachi propter neruorum uicinitatem, & productionem ad partes illas: quare & stomachus sentit infrigidationem eandem, & cum aqua ueri frigoris proprie in aestate, & succus de liquiritia mirabiliter extinguit sitim pulmonis lambendo. Et necessarium est quod adducatur ad hoc capitulum illud quod scripsimus in Grabadin nostro de lacte, & secaniabin, & aliorum multorum: & alia multa capitula, & mucago psyllij & cucurbitae extinguit sitim calidam: & aqua capthurae, & psyllij extinguit omnem sitim febrilem proprie febrium pestilentialium, & sitim hepaticam, & stomachicam: & alias calidarum materierum.

Et infrigidamus renes in siti illa quam scis, necnon hepatis, & alia quae diximus, & stomachum, apponenda unicuique quod proprium magis ei uidetur. Et clysteria

centur

centur in siti ieiunii, & uiscerum, & hepatis, & renum, cum liquore melonum perfecte maturatorum intrinseco: aut cum lacte non actu calido: & cum aqua pluuiali, ubi fuerit psyllium conquassatum, & uiola. Amplius scire debes, cuius est sitis calidi cordis & pulmonis. Cura autem est attrahere aerem frigidum, & sugere aliquid aquae rosatae ubi fuerit psyllium quae est ex uigilijs quies sedat: & illius, cuius causa erat humor salsus & putridus, post unam horam uel duas sugere aquam frigidam, & repellere humorem est principalis.

Siti autem ex flegmate febrili blandiri, donec causa repellatur, est necessarium. Et sciuit quod uinum bene permixtum est salubrius in siti extinguenda, quam aqua frigida: diaforat enim citius ad loca generantia sitim, portando aqueum: & magis natura contenta est potare hoc quam illud: & ne dubites, sitientem febrili discrasia potare uino sufficienter permixto proprie post digestionem aliqualem materiae: cuius color albus sit, & oris go eius montana: est illorum non bibere, sed lambere paulatim, & cum suauitate. Et saccharum uiolatum mitigat sitim febrilem, & calidam faciam propter siccitatem, & ponere os infirmi in fluxu aquarum, est mitigare ad tempus sitim ualidam sicut tenere crystallum in ore positum in aquam psyllij, & tenere in ore festucas paleae hordeaceae, mollificatas diu in aqua frigida, multiplicat humiditatem in ore, & conseruat guttur in humiditate, & extinguit sitim.

De

## De appetitu mortuo.



DESTRUCTIO appetitus.

Cura huius sunt tres res.

Prima est mundificare corpus stomachi: & superest multum scire, quoniam aut crassius & uiscosus & frigidus humor: & tunc apparet nausea, & sunt interius retenti, aut annexi in rugis stomachi: aut mortuus est appetitus malitia calidorum humorum, & uitimur uis obuijs super hac dispositione.

Primò abstersiujs & incidentibus & resolutiujs à superiori & inferiori, secundum tempora, & membrorum dispositionem super rebus quarum est temperare & extinguere acumen humorum: & euacuatione regulata ad hoc, & referemus si Deo placet.

Secunda res est confortare uirtutem stomachi: quoniam scire debes, quòd omnes uirtutes debilitantur propter malitiam complexionis membrorum possidentium malos humores in præiudicium ipsorum.

Tertia res est alterare malitiam complexionis: quoniam per eam priuatur appetitus: & circa hanc occupationem duo sunt consideranda. nã si est acuta & frigida, utamur contrarijs super hoc: uel in illa cum aceto, & endiuia, aqua granatorum acetosorum: & quæ hoc cursu procedunt, & etiam hæc cum uino antiquo & althæa, dialanga, & confectione de calamintha: & quæ similia sunt: & terminata est.

Medicamen famosum ad hoc: & nos experti sumus inuamenta eius magna, confortat stomachum, mundat ipsam ab humore uenenofo, & fraudulento, & occidit malitiam cõplexionis frigidam, alterat & restituit ipsam sanitati, & nos iam

iam significauimus inuamenta stomachi, in uniuersali canone passionum stomachi. ibi namq; inuenies genera medicaminum conferentium omni eius peccato, propterea tot partes sermo non assumimus prolixius.

Prime complent medicinæ quarum uirtus est ab eo quòd regulant humores hos & illos, secundum hoc non est una à natura complexionis.

Possset autem esse hoc maioris uirtutis: & clystere non est annullandum ad hoc: & diximus tibi in cura uomitus, & in illo casu ubi etiam iam docuimus euacuantia humores à stomacho, & dicemus.

## De appetitu canino.



INSATIABILIS appetitus fit secundum unum trium modorum, aut malitia complexionis frigida stomachi ualde, cuius est bene appetere, & malè digerere: & sequitur hanc ut plurimum indigestio diarrhœalis, propter quod instrumentum naturæ tantum nutrimentum inspissare non potest insoliditatem membrorum substantiæ: imò hebetatur eo. Aut accidit humore crasso aggregato in corpore stomachi: & ex euacuatione multiplicata accidere potest, sicut uidemus in conualescentibus plurimum, sed hoc mihi uituperabile est, quoniam talia restaurantur, qualia sunt deperdita.

Cura est primùm mundificare humorem annexum in eo. Et sciuisi quòd quando hic tumor malitatur in stomacho, facit desiderium comedendi lutum, carbones, & similia, & non est hoc nisi quia mala superfluitas adhaesit uillis & parietibus stomachi, & nominant eum tartara medici. accidit proprie quibusdã

quibusdam mulieribus quando imprægnantur, & desiderant acetositatem, & pontositatem, & forsitan deteriora: & fugit ab eis post quarum mensem, & alleviatur in tertio: quoniam pars quedam digeritur per uomitum, alia annihilatur, alia mittitur ad nutrimentum, & inde remota est dubitatio, quod huius & illius cura est ante uomitum, ante quam medicina solutiua educeret hunc humorem, sed res est rectificare complexionem malam frigidam, & cibare illos cibis pinguis, & uino multo, cuius color sit rubeus & rosatus, quorum appetitus mendose appetit.

Inquit Hippocrates. Potus uini soluit famem, & præparatur cibi reliqui acetosi cum pinguidine multa sine acetositate, & stipticitate, & uolumus illos potari uino rubro antequam sitiant, & post, & hoc regimen alleviat ægritudinē, & curat tempore longo si Deo placet, sed non illos, & eum qui comedit lutum, & timetur super eo de hydropē, & est alafitison.

Recipe herbi eupatorij, scœnanthi, ana drachmas sex, myrrhæ, mastich. ana drachm. quatuor, cucullarum glandium drachmas sex, aloes drachm. sedecim. terantur omnia & decoquantur in duabus libris aquæ pluuiæ decoctione perfecta, detur in potu cum diacydomi & uincis quatuor.

Electarium ex inuentione nostra curans hos & illos si Deo placuerit, confortat stomachum, remouet fulsum desiderium comedendi.

Recipe cucullarum glandium drach. duas, anisi drach. iij. myrrhæ drach. ij. myrobalariorum nigrorum, emblicorum, belliciorum, omnium ana drachmas sex, scorie ferri infuse in aceto, & exiccata, & torrefacta drach. octo, cardamomi maioris, cubebe ana drachmas tres, sacchari tabarzet quod sufficit. Dosis drachmæ unius, scilicet cum aqua anthos ieiuno stomacho.

De

## De ægritudinibus & oppilationibus hepatis.



PILATIO hepatis.

Cura huius ægritudinis, est sex, res.

Prima est aperire uias, & mineras ab hepate ad uescicam, succurrere naturæ, & recordari illam uiam esse emuntoriū ad aquositates sanguineas & cholelicas expellendum in regionibus hepatis propter uiarum concurrentium ad eum, & aliquando stomachi falsitate oppilationes diu figuratas.

Secunda res est stomachi & hepatis complexionem propriam confortare, ne nutrimentum crudum hepar recipiat: ad quod messaricarum naturas inspicere oportet.

Tertia res est subtrahere naturam ad longinquiora, propter quod ad oppositum iam diuersum, & in rectificatione positum iam curatur in euacuatione oppilationis cum flebotomia saluatiellæ utriusque manus, clysteribus de lupino, & oleo uiolato, & cõfidas, maxime in flebotomijs uenarum concatenatum pedum amborum in omni hepatis ægritudine, & fellis, & maxime icteritia, curat enim horum locorum. sola sanguinis subtractio, si Deus uoluerit.

Sanguinem subtrahimus sub subiecti uirtutum possibilitatem, et magnam ægritudinis exuberantiam.

Quarta res est extrinseca, regimen laudabile cibi & potus. cibus subtilis, temperatus, sanguini uicinus circa principium, declinans ad aliqualem frigiditatem, si materia calida simpliciter fuerit, & in fine rei simpliciter cibus calidus & humidus proprie complexionis similis. in nulla ægritudine relin-

relinquenda est membri innata complexio, & priuanda à simili regimine. Obuiari autem oportet humeri egrediēti complexionem simpliciter. conuenit eis uinum subtile mistum, si non febricitent: aquam omnino fugiant sine febre: & cum febre oppilat uis debiles, naturam omnino contristat, nullum iuuamentum ei pręstat, sed laborem & fluctuationem. uinum confert cholera abundantibus rubente & subtili: quoniam urinam prouocando canales hepatis & fellis Kistim choleram expellendo mundificat, & remouet oppilationes oppilantes materiam rarefaciendo, naturam confortando, sanguinem clarificat: & spiritus uiuificando releuat. Et maxime post mundificationem cholera absteineat à coitu, à uino nouo dulci, & fumoso, & absteineat à calidis tertium gradum ascendentibus: & frigidis ultra primum gradum: nec extendant uentrem eorum cum cibo & potu: minus comedant quam bibant: & parum bibant, & cum siti & fame: nec cibum assumant, nisi prius à fecibus primi cibi intestinis mundificatis, nec calefisciant pedes eorum, dormiant pedibus discooperitis. si quidem febricitauerint aperiant basilicam utriusq; brachij si expedit, & regimine regantur febricitantium humido magis quam frigido. Si quidem durum fuerit hepar ualde, & icteritiam habuerit, malum signum. si non durum, non mala est icteritia, imò natura operatio. Et impossibile est operationem hepatis confirmari, quin splenis oppilationem natura non acquirat. est enim artifex & minister quatuor humorum, & fons primi sanguinis, cuius uirtus impedita multa membra contristat: arteriarum principium est, mediante uena concava à gibbo hepatis per medium diaphragmatis ad dexteram auriculam cordis, & egreditur per sinistram, ubi substantia cordis assumit tunicam, & facit eam arteriam: &

dicitur

dicitur ab orti: quod est principium omnium arteriarum. hæc eadem in tres ramos diuiditur, quorum maior mittitur ad spinam, diuidens se in multas alias arterias missas ad inferiora membra.

Secundus materiam dirigit ad pulmonem.

Tertius minor est sinistro ramo: quia per medium sigillat, & figurat naturam. Et uirtus corporis est custos portans, & uenit ad sinistrum brachium: inde est quod uerius & fortius ibi sonat. Vero quidem artificie infirmatur: cor ab eo sanguinem recipit, ut à debitore debitum: & alia contristat principalia membra maxime, quoniam eius uirtus gerit & complet. suagendum est tanti membri rectificabilem complexionem rectificare. est rectificabilis cæteris membris propter suam dulcissimam naturam. hepar boedulinum calidum positum super ipsum est magna medicina in rectificando complexionem eius. Hepata animalium & agnorum hoc maxime operantur propter uicinitatem: hilaritate præstant magnam. ponantur super eo calida non artificio, sed cum de uentribus extrahuntur: remouent maxime dolores & oppilationes nouas.

Spongia marina imbibita aqua rosata & caphurata, est medicina magna in omni aegritudine fellis, & hepatis: si infiguratione in eo est oppilatio diuturna, nulla actu frigida super eo ponantur: nec calida natura, & maxime si dolorem patitur: & euitentur super eo narcotica: remouent dolorem ad tempus, sed sunt mater oppilationum, & anime membri inimicantur: stupefaciunt enim, & sensum tollunt, & sic mendose prodesse uidentur: est res magni erroris curare cum narcoticis: prorumpit enim materia post tempus, non diu extensum, & redit aegritudo nouissima periculosior

impediunt purgationem per urinam, quæ est prima & ultima cura ægritudinũ fellis & hepatis. Si febre laborauerint uiolenta, & uinum bibere formident: sit potus eius aqua cocta modicum acetosa aceto albo: & non uacillent in suis cibis aliquid assumere quæ uinat. e uino pontico subtili & albo, refrigerat talis potus membra calefacta, ipsorum uirtutes & spiritus releuat, & confortat, acumen cholerae extinguit, ut dictum est, urinam prouocando eam expellit. Cichorium, coriandrum, & portulaca à proprietate conferunt, & remouent oppilationes fellis, hepatis, & splenis, & mesaraicarum, non quia calida, nam frigida sunt borago, portulaca, scariola, cichorium, hepatica. est cibus laudabilis fructus buccæ in saporibus sine felle, & cum felle.

Hepatica herba est medicina magna & probatissima in omni genere fellis & hepatis, bibant succum eius ieiuni cum aqua lactis caprarum, in qua fuerit spica nardi, & spodium, & aqua lactis capræ uiolata, est eis diuersum bonum. & spongia marina summersa oleo rosato, super eo est laudabilis: in frigida & calida materia, & flores sambucorum recentes cum aqua lactis caprarum est laudabilis medicina, sitim extinguit, uenas mesaraicas, hepatis canales clarificat, & facit ad prouocationem urinæ, & gaudet ea natura, facit mineram gaudij longus eius usus: & est medicina nobilissima cholera abundantibus nigra, & manifestum affert uauamentum phthisicis, & hecticis, & fluxui sanguinis menstruorum, & hæmorrhoidum, & narium: & propriè per partem dextram. & est summa cura cæteris ægritudinibus hepatis maxime ex sanguine, & uomitu in magna necessitate, & habentibus choleram dispersam:

san: non tamen paratis ad phthisim: nec ad aliquam spiritalium membrorum malitiam: & in doloribus hepatis maxime cholericis. & tempore æstiuo est medicina, & cura magna. flores tamaricis secundum omnem modum administrationis, & propriè cum iure cicerum rubrorum est cibus medicinalis, & ius cicerum mundificat hepatis canales: & facit ad bene esse prouocationis urinæ, & est medicina magna habentibus choleram dispersam, & propriè administratum cum carnibus serpentum secundum doctrinam nostram est medicina, quorum ægritudines iam sunt diuturnitate infiguratae in corpore eorum, & quorum cutis citrinitate adulterata est, & attenuari clamat, & morbo subiugari consumptiuo demonstrat, & quorum oculorum orbes diriguntur omni tempore colore icteritico adulterari, & eorum retentia ad partem inferiorem est uerissima ad superiorem partem propter choleram suam ipsius leuigatam, est imbecillis: abhorreant multum cibum, & potum semel: imò parum, subtilis sit & saepe.

Ius autem serpentum cum cichorio, & floribus rosmarinum croco administratur, nec prætermittas parum dictami associari cum eo: corrigunt quodcumque corrigibile in eis.

Dictamus & serpentum carnes laudabiliores sunt albi, non aquatici, nec montani, abscisis mensura digitorum septem capite & cauda: nec aliter moriantur. prima ebullitionis aqua abijciatur, est medicinarum materia in diuturnis ægritudinibus: quarum materia fuit cholera: & maxime adusta: & omnium humorum adustione, & infectione sanguinis diuturna. & credas de hac medicina in leprosis, & propriè cum lacte hecticis nullum huic æquipollens medicamen, &

ictericis, & super calefactis hepate, & malitia fellis, non ex coniunctione complexionis, & substantiæ quamuis aliquid ad bene esse secundum banc faciant, nec substantia, nec complexionem scriptum est quia tale, & non, quare muniuit medicinam largitor bonorum uel naturali & super naturali uirtute utraque celesti, & elementari, sicut Deus creauit: quædam est nobilissima in rebus uirtus non natura hac, sed altera natura in uita, non de naturis eorum quæ sunt sub sole, sed altèrius naturæ nostro intellectui ignotæ.

Quintam rem complent mundificatio putridorum humorum, rectificatio membri: imò sit prima intentio alterare malam complexionem, ad æquare materiam ad expulsionem, expellere & confortare stomachum & hepar, & hoc complet omniem rem huius curæ, sequestrare humores nocuos, ponere eos in necessitate: ut faciliter sine turbatione naturæ expellantur, trahere materiam ad oppositum per conuenientes regiones, & maxime per eam partem, qua natura utebatur ante rebellionem huius humoris, facimus hoc cum urinam prouocantibus, & clysteribus, & flebotomijs uenarum manuum in extremis, subtractione sanguinis à concauitatibus pedum cum sanguisugis, uentosis, sequestramus, & digerimus oppilationes: sedamus cum syrupis, & emplastris.

Dieta laudabilis in quanto, & quali, & proprietate, & gaudium hilaritatis iniungimus omnino.

Galenus. Electarium ualens ad debilitatem hepatis, mundificat canales hepatis, & fellis, ac subtiliat humorem, prouocat urinam, confortat hepar confortatione magna.

Recipe ligni aloes, rosarum, spicæ nardi, cinnamomi, rhabbari ana drachmas duas, laccæ, caryophyllorum drachm. ß. asari, anisi, maioranæ, mastichis, granorum balsami ana drach

drachmas tres, su. meu. squinanti, spodij ana drachmam unam. Confice cum aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ. Dosis drachma una usque ad tres.

Syrupus ex inuentione nostra ad æquas materiam nociuam, ut expellatur, mundificans hepar, & malitiam fellis per uescicam, extinguit audaciam cholæræ, fugat febrem omnino, rectificat effigiem, eò quòd membra harum ægriitudinum reflectat, si Deus uoluerit. Non redarguatur à stolidis medicis hoc uerbum si Deus uoluerit saepe repetendo, omnia uelut fumus deficiente igne deficerent, & uelut pluuia recedentibus nubibus euanescent, si modicum sua quiesceret influentia.

Recipe scariolæ, saluiæ, portulacæ, capilli ueneris, scolopendrij, eupatorij, lupini, saxifagiæ, hepaticæ, radicum, foliorum, & florum cichorij, radicis apij, foeniculi, rusci, semperuiui, tamarindorum, & uuarum cum teneritate sua.

Recipe rosas quæ habent folliculum cum pomo intrinsecus rubrum ad modum cerasi, quidam tradunt eam genus solani, habent ramuli sui prerogatiuam super omnes medicinas de mundo in prouocando urinam, & lapidem ex uescica repellunt.

Recipe solani domestici, foliorum salicis ana manipul. ß. seminum communium, portulacæ, apij, foeniculi, anisi, subtile puluerizatorum ana drachmas tres, fiorum boraginis, psyllij preparati, tamaricis, uiolarum, rosarum ana drachm. ß. santali albi, & rubri, berberis, bællij, calami aromatici, spodij, mastichis ana drachmam unam, succi plantaginis despumati, succi fumiterræ, succi thymi, succi apij, succi pomi acetosi, succi scariolæ, & pomi terranei perfecte desputatorum ana drachmas quatuor, rhabbari drachmas quatuor, rhabbari preparati & electi secundum doctrinam meam unciam



unam ꝑ. capthuræ drachmam unam, sacchari boni libr. ss. quatuor, in fine sui aromatizetur Syrupus.

Recipe ligni aloes, spicæ, caryophyllorum, cinnamomi ana drachm. ꝑ. aceti infecti moscho drachmas quatuor. Dosis drachm. una, usque ad duas, cum aqua cichorij, uel aqua lactis caprarum de mane ante lucem: emittant si possibile prius fuerit superflua primæ & secundæ digestionis, ut naturam inueniat exoneratam & excitatam.

Syrupus in materia hepatis calida simpliciter refrigerans membra supercalefacta, & hepar, audaciam fellis & cholæræ extinguit, & est mors febrium, & releuat infirmum ab hæctica & icteritia, si Deus uoluerit sanator cunctorum morborum.

Recipe berberis, florum boraginis: florum & foliorum cichorij, foliorum & seminum scariolæ, & portulacarum, ꝑsyllij conuassati in aqua frigida, hepaticæ ana unc. unam, plantaginis, pimpinellæ, semperniui, solani ana manipul. ꝑ. succi hepaticæ, succi cichorij, succi scariolæ syluestris & domesticæ, succi semperniui, succi apij depurati ana uncias tres, spodij, santali, seminum communium mundatorum ana drachmas quatuor, capthuræ drachmam unam semis, aceti uncias quatuor, uiolearum, rosarum ana unciam unam, sacchari libras duas. Dosis duæ drachmæ in aurora cum aqua frigida, & caue ne sit infirmus cum oppilatione splenis uel hepatis: nec sit senex assumens eum. febricitantibus sela colatura detur de mane sicut dictum est, & modicum ante accessionem febris, si uolueris eam abbreviare, & in fine paroxysmi potus trium unciarum da cum frigida, extinguit tertianam duplicem, & febrem incendiosam, si Deus uoluerit.

Dixit

Dixit Agazo experimentator magnus de ciuitate Athenarum. Lacca remouet omnes oppilationes hepatis, & decoctio gasit cum lacca, & spodio curat in paucis diebus omnino oppilationes hepatis, & maximum uiuentium affertens habentibus hydropisim.

Electarium contra omnes oppilationes hepatis antiquas ex crassa materia, confert cerebro & stomacho, & omnibus membris interioribus, aperit uenas mesaraicas, & est potens prouocare urinam in educendo proprie materias contentas in hepate, & regionibus suis, curat hydropisim.

Recipe radicum lilij cælestis, agarici, ammoniaci, calami aromatici, laccæ, asari, rosarum, spicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes ana drachmas octo, gasit, pistaceorum, gummi hederæ, aristolochiæ ana drachmas quatuor, mastichis drachmas duas, florum chamæmeli unciam ꝑ. seminis endiuicæ, spodij ana drachmas tres, puluerizentur, & conficiantur cum uino & melle. Dosis huius magni antidoti sit drachmarum trium cum decoctione radicum lilij cælestis: & gasit remouet oppilationem omnium nutritiuorum membrorum & maxime hepatis & fellis, & remouet fortes dolores hepatis, & uiuat hydropicos, imò sanat eos adiutorio Dei.

Dixit Galenus. su. me. lacca subtilissime puluerifata cum decoctione hyssopi, & saturegiæ. Dosis drachma una, est summa medicinarum in prouocando subito urinam, & expellit aquositates crassas in hepate, & renibus, & proprie materiam diurnam crassam, & sine febre.

Succus gasit, & lupulorum cum bono & electo agarico est medicina magna in remouendo oppilationes quasi et hepatis, & maxime ex frigida causa & antiqua.

Omnis enim materia longo tempore diuturna tanquam frigus calido medicamine curatur, remouet magnos dolores, & sanat hepar à languoribus, si Deo placet.

Alexander. Syrupus utilis habentibus hepar supercalefactum, & choleram exuberantem in chistim fellis, extinguit acumen eius, & mundificat.

Recipe succi endiuæ, succi plantaginis, lupuli, fimiteræ ana libras tres, depurentur, & bulliant cum libris duabus aquæ frigidissimæ, in qua fuerit quantitas rhabarbari boni, & modicum spicæ nardi diebus duobus, & uas huius aquæ cum rhabarbaro sit nouum, & mittatur suspensum in puteum aquæ frigidissimæ. bulliat in hac aqua usque ad consumptionem libr. quatuor, aquæ colatæ à rhabarbaro & saccharo libr. unius, dosis drach. duarū, cum aqua frigida ieiuno.

Potio nobilissima ex inuentione nostra purgat quamcunque hepatis & Kistis contentam & adhaesam materiam, membrum rectificat, canales eius abstergit, oppilationes eius rapit, & opponit se medicinæ frigidæ & calidæ & compositæ.

Recipe rhabarbari recentis sine adulteratione uncias iiii. pone ex ipso in syrupo uiolaceo unc. quinque, per tres dies: & cum eo spicæ drachm. ß. colato syrupo sigillata est anima in eo, & relicta anima rhabarbari: subiunge cum syrupo pulpæ bonæ castiæ magnæ electæ, tamarindorum recentium sacchari primi ana drachmas duas, in forma trochiscorum drachmæ unius, ß. & sit dosis drachmarum trium, trochisci usque ad quinque, poteris colare syrupum à substantia omnium medicinarum.

Syrupi huius nobilissimi uncias tres da, cum aqua lactis caprarum in matutinis primis. & custodi potionatum tuum sollicitè,

sollicitè, liberabitur data potionem si Deus uoluerit.

In senectute hepatis ægritudine, & omnium principalium, & maxime forensium membrorum à uis primæ expulsiōis, danda est medicina quando itur dormitum, prima digestione completa, ut dicta medicina cum cibi anima, & subtili substantia ad membra remota portetur, & detur in pilulis, quarum est hæc compositio.

Recipe rhabarbari boni drachmas sex, mannæ electæ unicam unam, pulpæ tamarindorum, & castiæ ana drachmas duas, omnium generum myrobalanorum recentium sine ostibus drachm. quatuor, spicæ nardi tr. unum, lacca drachmam unam, confice cum succo thymi. Dosis earum est pilulæ quatuordecim usque ad septemdecim, post cibum hora dormitionis, attrahunt & eradicant materiam post à gibbo hepatis ad intestina, & est medicina propria in omni ægritudine hepatis & intestina, & omni materia, proprietatis quidem eis opponitur cholæræ in substantia intolerabili, complexio substantialis flegmati in substantia naturali: & omni materiæ mixtæ. confidat in huiusmodi potionis uirtute, sanat cunctos hepatis languores, si Deo placuerit. Quando ex crassa uentositate propter perfidam oppilationem retentam dolores generantur terribiles, & times debellationem uirtutis acumine doloris, non tardes balneare infirmum nudum febre & apostemate. placat enim dolores caliditas dulcis balnei, poros aperiendo, uentositatis affectus, & oppilationis causamque doloris remouet, & effugat: non tamen assiduandum est balneum nisi in tali necessitate, ex folijs rosarū fit balneum aquæ dulcis, & chamæmeli infrigidatum.

Clystere conferens ægritudinibus hepaticis.

Recipe lupulorum, uiolarum, fellicinei, sambucorum, ana

manipulum unum, cassiæ, sacchari uiolacei ana unciam unam, olei uiolati drachmas tres, butyri recentis unciam unā, salis indi unci. un unam, ut associetur in calida materia.

Clystere ex aqua lactis caprarum cocta modico aniso puluerizato, olei uiolati uncias duas, est sublime in prouocando urinam: & dolores, quorum mater est uentositas, & oppilationem remouet.

Clystere in materia diuturna, & maxime frigida.

Recipe lupulorum, ebulorum, foliorum sambuci, uiolearum ana manipulum unum, agarici drachmas tres, hieræ Galeni, anisi puluerizati unciam unam, been uncias duas, salis, mellis, & olei ad sufficientiam,

Hippocrates. Syrupus utilis hepatis inflammato, & passioni oppilationis uenarum.

Recipe florum tamaricis, berberis, ana drachmas duas, endiuæ, hepaticæ, scolopendrij, apij, lupulorum ana unciam unam, gira solis manipulum unum, santali albi & rubi unciam unam, sacchari libras duas. Dosis est unciarum duarum ieiuno stomacho, quoties sitiuerit, sitim extinguit, hepar rectificat, & confortat, datur cum aqua cocta.

Pilulæ Hippocratis contra oppilationes hepatis, & ægritudines inueteratas.

Recipe agarici drachmas duas, senæ drachmam unā, aloes, bonæ, optimæ, & lotæ drachm. tres, hasce, florum tamaricis ana drachm. unam, mastich. zinziberis ana drachmam unam, rhubarbari, spicæ ana drachmas tres, conficiantur cum succo fumi terræ. Dosis à drachmis duabus usque ad tres,

Filius Zachariæ. Modus emplastri refrigerantis hepar inflammatum, & fellis choleram.

Recipe santali drachmas quatuor, mastichis drachm. duas. semper

semperuiui triti unciam unam, farinæ hordei: interiora trium ouorum, caphuræ uncia β. olei rosati, aquæ rosarū, succi solani, succi uerbena ana drachmas duas, aceti unciam unam, utantur hoc liquore super hepar à tertijs usque ad uesperas.

Hiera descriptione Constantini, medicina benedicta, & maxime in acutis febribus multæ caliditatis, sitim extinguit, ebullitionem sanguinis, inflammationem hepatis, fellis, corporis, stomachi, & omnem inflammationem sedat, cuius hæc est permissio.

Recipe rasuræ costi boni drachmas quatuor, tamaricis drachm. quinque, medulle cassiæ uncias quatuor, sacchari uncias quinque, succi endiuæ, succi apij, succi malorum dulcium, & acetosorum, succi acetositis citri ana uncias tres, foliorum lupini, capillorum ueneris ana uncias duas, prunorum sicceram numero centum, myrobalanorum rosarum ana unciam unam, spicæ uncias tres, decoquantur in libris tribus aquæ fontium, usque ad libræ unius β. & projice sacchari libras duas, aceti boni libram unam, & coque bullitione unā, & demerge super illud: & coque cū melle ad spissitudinem. Vltimo projice in medicamine santali rubri, spodij, charabæ, berberis, seminis portulacæ, seminis acetosæ ana drachmas quatuor, ligni aloes drachmas duas, cucubæ drachmas tres, caphuræ drachmam unam, repone in uase uitri: est medicamen nobile. Dosis ab uncia una usque ad duas, cum frigida, & hoc in æstate.

Dixit Auenus de simplici aqua decoctionis corticis exterioris pistaceorum mundificat canales hepatis, & maxime confortat stomachum.

Medicamen magnum, & maxime in ægritudinibus diuturnis hepatis. & falso flegmate, & lepra.

Recipe

Recipe funiterræ, seminum lapathi, seminum absynthij, scabiosæ ana drachmas octo, omnium myrebalanorum sine ostibus ana drachmas quinque, hieræ picræ Galeni, succi rosarum ana unciam unam, thymi, epithymi, macis, & senæ ana drachmas sex, rhabarbari boni unciam unam, mannæ, pulpæ castiæ, tamarindorum ana uncias quatuor, rhabarbari boni uncias duas, conficiatur syrupus.

Recipe lactis spodij drachmas tres, spartanæ drachmam unam, polypodij, anisi ana unciam unam, eupatorij, hepaticæ ana unciam unam, miscetur. Dosis unc. β. cum aqua lactis caprarum.

Vnguentum refrigerans hepar, acumen fellis, & febrem caliditatis magnæ.

Accipe axungie porcine recentis quantitatem quam uolueris, lauetur cum aqua calida decies, & toties cum frigida, postea teratur cum ea, & incorporetur rosis rubris secundum mediam quantitatem: santali, boli, spodij, caphuræ pars decima ceræ albæ drachmas duas, olei rosati, succi semperuiui ana drachmas tres, coquantur cum maxima facilitate, & coletur, est mirabile ubi oportet.

Inquit experimentator, Succus hepaticæ cum albo ouorum agitatus mistus per decem dies: ieiuno assumptus curat malitiam hepatis & fellis, est enim efficax: & probatum in icteritia, si Deus noluerit.

Inquit Thesaurus, Succus semperuiui pars decima, mellis pars una, aceti pars semis, bullitis ad partem mellis semis, e medicamen efficax, in frigida, & calida causa.

Idem. Syrupus quo uiuntur nobiles remouens oppilationes, & cachexam, & icteritiam, extinguit febres magnæ inflammationis.

Recipe

Recipe succi endiuie, cichorij, pomi terranei, succi semperuiui, apij, hepaticæ analibræ unam, depurentur succi cum suauitate, & fiat syrupus cum aceto, saccharo albo duro, & aromatizentur cum ʒ. una garyoph. zinziberis granis v. cinnamomi drachmis duabus. Dosis unc. duarum cum frigida. extinguit acumen, & audaciam fellis, sitim ualidam, & obuiat omnibus accidentibus cholerae, & effectibus, si Deus uoluerit.

Pilule de rhabarbaro contra omnes hepatis ægrotudines magnificæ, & sufficientes in omni quo hoc membrum indiget.

Recipe pulpæ castiæ fistulæ recentis, pulpæ electæ tamarindorum, mannæ probatissimæ, spodij, ana drachmas duas, mastich. drachmam unam, seminum plantaginis, seminum absynthij, florū nucū caducorum, spicæ nardi ana ʒ. j. β. rhabarbari recentis ad pondus singulorum rerum. Rhabarbarum ponatur in aqua lactis puluerizatum cum spica: & cōfice pilulas. Dosis est à drachmis tribus usque ad quatuor.

### De ægrotudinibus & oppilationibus splenis.



VRA harum ægrotudinum sunt quatuor res. Prima est sollicitudo, ut mandificetur corruptio eius.

Secunda est ut confortetur, & rectificetur hoc membrum: & fiat minera mere laudabilis, & non recipiat corruptum, imò repellat.

Tertia res est regimen contra adæquationem causæ eius quod est in eo corruptum, & dilatate uias circumiacentes ei: & ponere materiam in necessitate facillimæ expulsionis, & mollificæ

mollicite faciem membri extrinsecam.

Quarta res est, ut sit persona parcissima avaritiæ cibi, & potus, & maximè omnium liquidorum, & uaporosæ substantiæ, imò sit tua magnifica intentio, & prima in ordinando dietam parcissimam, & laudabilem in quanto, & quali, & proprietate.

Primum modum complet subtractio materiæ ad diuersum: & mundificatio stomachi, & uerificatio hepatis est huius materiæ scopus. Est enim splen receptaculum melancholici humoris, & maximè omnium superfluitatù hepatis crassarum. & ideo prima intentio est mundificare hepar, confortare uirtutes sanguinis gelidi, ut secundum exigentiam membrorum humores assimilet, rectificare primam digestionem, secundam, & tertiam, & quartam, & hoc membrum in sua innata complexionem, ut sua uirtute impugnet humoribus concurrentibus ad membra debilia, & accipiat quod avarissimæ naturæ sufficiat, & quod assimilare potest præter lesionem. Facimus hoc cum auxilio Dei cum flebotomia saluætellæ utriusque manus, & uenæ pedis sinistri positæ iuxta minimum digitum: & rectificanti bus complexionem hepatis, quorum memoria est in tractatu de passionibus hepatis, & maximè quæ habent à proprietate conferre complexionibus diuersorum membrorum, ut coriandrum, portulaca, scolopendrium, bucea, cortex, & fructus tamaricis, grana hederæ, ditamus, endiuia.

Secundam, Tertiam, & Quartam rem complent ad æquandam materiam, & rectificando membrum cibus medicamentibus, & medicinis cibilibus: regantur cibo expoliato ab humiditate, & omni uiscoso, non appropinquent panis azimo fixo, & quicquid est de pasta, triticum coquina-

tum, & quicquid est crudum, & fugiant omnia poma, & carnes porcellorum iuuenum, agnorum: habeant odio nocturnam cœnam, & pisces, & carnes maximè ex sale induratas: & repentina cum festinantia cibi masticatio est materia causarum oppilationum, masticatio in partes subtilissimas cibi, & potus suauissima gurgitatio in lambendo, est causa uelocioris digestionis, & longioris uitæ: dormire statim post crapulam multum nocet, deligant uiuum subtile, odoriferum, nihil uel parum mistum aquæ magnetis uel ferro alteratæ ignito: nihil bibat inter prandium & cœnam, panes sint optimè fermentati, & parum saliti, & carnes animalium: & auium degentium in aquis esset contrarium, & peruersum hoc membrum rectificare, & alia quibus inimica huius amica sunt committere, nobiliorum oblitum, laudabilius est diuturnare quàm perdere, carnes perdicum, agnorum, auium paruorum, fastidiorum, gallinarum, & pullorum, aqua lactis caprarum cum hepatica, epithymo, & sena est medicina benedicta, ad æquans materiam oppilantem, repellens eam, quâquam paululum sit eius operatio, in purgando inest ei proprietas purgare cholera nigram, & generat mineram gaudij, & non facit scandalum alicui membrorum: & in complendo rem primam balneamus corpus, & euacuamus cum medicinis euacuantibus cholera nigram, & medicinis proprietate dotatis. Et forte in fine rei mandamus cauterizare nec non usque ad proprium membrum mundificato corpore deuenimus cum nectosis, & sanguisugis, prouocatio fluxus sanguinis menstruorum, & hæmorrhoidarum est de intentione rei primæ. Et quia de otiosis membrum est, bene se habet ad distemperata magis quam ad temperata, temperatæ complexionis temperatum mittimus nutrimentum

nutrimentum, calida calidis gubernantur, sicca siccis, frigida frigidis: nocentur uero immoderato usu ualde affinis humanæ naturæ calidis gubernantur, nec nocentur à frigidis usu raro & moderato. frigida quidem complexio & sicca, quia calidioribus extranea, rectificatur, frigidis gubernatur: & nocere ab eis usu continuo ad remotionem oppilationis est primum uis aperire, & ampliare, & habilius durabitur materia. facit autem hoc omne quod generat gaudium, & letitiam cordis, hasce, & siler montanum, antimonium, magnes, lapis lazuli præparatus est ex maximè remouentibus oppilationem, exercitium moderatum delectabile, est de intentione primi modi huius curæ.

Dixit Galenus. ægritudines melancholicæ, non nisi forti medicina remouentur, uelut neruorum materia, hoc pondus cibi, & potus quod assumunt hodie, assumant cras.

Dixit Afrani. aqua in qua decocta est radix iridis remouet oppilationes omnino antiquas, & est fortis operationis.

Dixit Galenus. decoctio absynthij & centaurij minoris est medicina maxima in remouendo oppilationes splenis, educit utranque choleram, & maximè adustam, aperit uias, adæquat materias ad expellendū, & fortasse cōfortat membra mittentia materiam in ualorem oppilationis, & est de intentione rei secundæ ad stomachum & hepar.

Medicamen magnum dissoluens splenem durum, attenuans eius magnitudinem.

Recipe aromatici drachmas quatuor, florum chamæmeli, florum anethi, florum tamarindorum ana drachm. unam, radicis capparum, cari, granorum balsami, granorum tamaricis, rubiæ ana drachmas duas, scillæ assatæ drachm. tres, scolopendrij, aristolochiæ rotundæ ana drachm. duas, con-

ficiantur cum melle, & dentur ex eis drachmæ tres, cum aceto sic præparato. spartanæ drachmæ duæ mittantur in septem unc. aceti boni, & bulliant usque ad quatuor unc. sit dosi medicaminis drachm. duarum usque ad tres, cum duabus uncis huius aceti hora dormiendi. Egreditur uirtus huius medicaminis usque ad profundum, & abscondas materias huius membri melancholicis aperit, attenuat, & consumit materiam rebellem & sepultam.

Syrupus ex inuentione nostra uiolans & debellans perfidis oppilationes, & antiquas, ponens materiam matrem oppilationum in uiam expulsionis, imò expellit eam, membra rectificat, & est potens in omni oppilatione nutritiuorum membrorum, cuius hæc est descriptio.

Recipe absynthij, radicis iridis, centaurij minoris, scolopendrij, radicis capparum, & fructus eius, & fructus tamaricis, eupatorij, hasce, hyssopi montani ana drachm. duas, aristolochiæ longæ, & rotundæ, corticum præsij, dictami, florum chamæmeli, anisi ana unciam unam, ellebori nigri unciæ unius ß. mastichis, sagapeni, galbani, opopanax, lapidis lazuli præparati, squammæ ferri, myrrhæ electæ, gummi hederæ, ladani ana unciam unam, caryophyllorum, cubebæ, macis, galangæ, cinnamomi ana uncias quatuor, cum quibus aromatizetur syrupus in fine sui, epithymi, sennæ, agarici, ana drachm. ß. succi radicum ebulorum, succi cucumeris asii ana libram unam, magnetis unciam unam, aceti uncias quatuor, sacchari libras quatuor. Dosis unciarum duarum usque ad tres, cum aqua scolopendrij in stomacho uacuo, quando itur dormitum, & maximè si oppilatio fuerit cum diuturnitate temporis figurata in membro. sanat hæc medicina, si Deus uoluerit.

Democritus dixit fructus hederæ, folia, & gummi eius à proprietate remouent oppilationes hepatis & splenis antiquas, & fit ex puluere foliorum tragea laudabilis, quæ assumitur in cibo omni hora.

Recipe pulueris prædicti uncias duas, anisi unciam unam, limaturæ argenti unc. s. auri boni uncias tres, ambre unciam unam, magnetis subtilissimè puluerizati drachmas duas, caryophyllorum, cubebæ, macis, zinziberis, gummi hederæ ana drachmam unam, sacchari boni libras duas, & bibatur post immediatè parum boni uini uetustissimi. est medicamen Regum & magnorum dominorum, respicit cor, & membra principalia, generat gaudium, & est medicamen diuinum in remouendo oppilationes cum gaudio naturæ.

Pilulæ resoluentes oppilationes hepatis & splenis, & hydropem circa principium.

Recipe rauedsceni drachm. quinque, ammoniaci, sagapeni, bdellij ana drach. octo, laccæ drach. j. opopanacis drach. iij. mezereon drachm. quinque, turbit spicæ, polij, aloes ana drach. quinque, mastichis drachm. iij. omnium myrobalanorum, ana drach. iij. lapidis lazuli abluti, epithymi, ellebori nigri, salis indi ana drachm. ij. hieræ picræ drachm. decem. Dissolue gummi cum uino, & forma pilulas. Dosis drachmarum duarum cum aqua casti.

Vnguentum expertum ad dolores, & oppilationes splenis, & duritiem in eo, & dolorem matricis.

Recipe bdellij, mastich. galangæ, ammoniaci, aloes, colophonæ, mellis ana unc. iij. terebinthinæ unc. ij. sagapeni, styracis liquidæ ana drachm. octo, ceræ citrinæ uncias tres, succi cyclaminis, succi absynthij ana librâ unam, olei chamæmeli librâ unam, butyri libram s. terenda terantur, & liquefiant liquefac

liquefacienda, & incorporetur unguentū, quo ungetur splen continuis diebus. mollificat ipsum, & rectificat, & reducit complexionem eius. & conficitur ceratum, & remouetur à membro diebus multis.

Dixit Dioscorides. Cyclamen secundum omnem modum administrationis eius super membrū est medicina probatissima, & experta in sedando oppilationes, & mollificat, & attenuat splenem inter omnia medicamina. Succus eius cum tantundem aceti, mellis, & ceræ partes quatuor, ad spissitudinem mellis & ceræ bullitum, est medicamen probatum in oppilationibus antiquis splenis.

### De hydropo, & eius speciebus.



HYDROPS, & species eius, dixit Galenus omnes uniuersaliter generantur errore uirtutis sanguinis generatiuæ, cū cessauit ab actione propria, & deest ei complementū eius. Velut enim nocuentum in uirtute accidit stomachi digestiua fortasse paruum, fortasse magnum, simul etiam est in hepate: & nocuentum accidens in hepate est ex causa in eo etiam. & in stomacho. hæc enim duo membra cū aliquod accidens recipiūt, quia naturæ instrumenta ut nutriant, complexionem corporis, & cursum mutant naturæ.

Et dixit Hippocrates. Hydrops nascitur ex ilijs, & lumbis, & est eius proprium accidens fluxus uentris, neque per hunc fluxum detunescit uenter, nec dolores sedantur ilium, & lumborum. & hæc est fallacia uenarum que deguit. cū enim non seruiūt hepati more solito propter debilitatem, & oppilationem acquisitam, remanet cibus in ieiuno, & minutis intestinis, quæ cū grauantur cibo, expellere

ipsum moluntur penitus ad inferiora, quare fit ut accidat fluxus uentris, & corrumpitur cibus, & conuertitur in choleram malitia membrorum apostematorum apostemate calido habentibus hanc dispositionem: & fit mordicatio uehemens mordicans eam continuè ad expellendum retentum in eis, & uenter illorum totus est apostematus, & est dolor fluxus eorum propter apostema calidum uentris, inflatio propter uentositatem retentam, & est causa horum accidentium doloris, & uentositatis inflammationis error: & debilitas uirtutis digestiue & expulsiue.

Galenus. Hydropem simpliciter hepaticam hæc accidentia non sequuntur, nec attrahitur fluxus, sed fortasse accidit in fine, cum scilicet, cibi morantur in corpore eius, cuius ratione inflatur uenter eorum multum, propterea quia pars eius resoluitur, & respirat propter decoctionem tantæ adustionis.

Et dixit Galenus, seipsum prouocet ad tussim habens hydropem hepatis: & cum non iuuatur, absteineat à tussi.

Et dixit Hippocrates. Hydropicus cui accidit tussis propter exuberantiam multæ materiæ nutritiuorum usque ad spiritalia, & canales pulmonis, propinquus est mori, hydrops cum se, & se cum ea multum facit ad maiorem errorem uirtutis sanguinis generatiue, & sunt tres hydropis species proprijs nominibus à medicis appellatæ, ascites, tympanites, & hyposarca, & quarumlibet specierum causa est defectus, & malitia uirtutis hepatis sanguinis generatiue, quanquam hoc à splene magis quam ab hepate causetur, & hoc ab illis magis quam ab hepate. Ad hydropis consummationem hepar, stomachus, splen, & alia adulterantur, & consumunt eius ultimum gradum, & consumunt ipsa, malitia hepatis, stomachi, guede

guedegui, & splenis omnino concomitatur in onere flegmatis, & contrarij. continuantur ad se inuicem hæc membra, & eadem regione cum ipsarum uirtutum digestiuarum stomachi & hepatis correlatiua perditio, & hoc accidens sequitur fluxus, quasi quamlibet specierum hydropis maxime in fine, illam autem prius ex illijs falsitate guedegeui, & uirtutis sanguinis generatiue, non attrahentis nutrimentum ab eis secundum præteritam consuetudinem. Et sequitur hanc speciem usque ad mortem, uelut umbra corpus. Scripsimus autem in tractatu hepatis & splenis magnam partem huius ægritudinis curæ, maxime circa principium. Nam quorum iam consummatus est hydrops cum diuturnitate temporum in corpore infiguratus, animæ grauat officia, spiritus extinguit ardorem, debellatur natura regens, custodi corpus relinquimus, neque onus illorum curæ suscipiendum est, maxime cum spiritalia lesa non dubitas, quorum febris non separatur, & mala accidentia iam inualuerunt: & inimicatur cibus, & uirtus appetitiua: & continuè languenti bibere aquam frigidam est res non recipiens curam.

Cura huius ægritudinis est primum in uita laudabili.

Secunda coartat materiam.

Tertia abscindit eam.

Quarta rectificat membra madantia materiam: & maxime uirtutem sanguinis generatiuam, quorum malitia coacta fuit ægrotare.

Quinta corrigit accidentia: & est hoc aliquando, propterea ut obuietur periculo accidentium.

Primum autem esse complent administrationes regimini in sex generibus rerum, de quibus est elegantior cibus siccus uino calido affinis, & contrarius compositus febricitantibus,

tres species  
hydropis  
sunt hæc  
nam N



Et aer sine paludibus, Et aquis, Et cadaueribus mortuorum. Cibus considerandus est in quanto, Et quali, Et proprietate, sicut proprie cibus boni nutrimenti Et permutabilis, non generatiuus uentositatum, nec sumatur secundum appetitum.

Inquit Dioscorides. Puluis hyssopi attenuat uentrem hydropici: pisces Et omnia liquidorum genera sint eis molesta, Et diligant corporis exercitiū, Et carnes uulpinæ, Et castratiuæ, perdicum, Et caponum dilectæ, Et quæ hoc cursu procedunt, panis cum aqua pluuiali confectus, salita.

Inquit Macer Galista. Est efficax uinum impermistum, subtile, odoriferum Et stipticitatis, Et ponticitatis parum habens, Et esset elegantius uinum ebulatum, Et uinum cum senna, secundum doctrinam nostram. dulce, Et crassum est malum, Et si debet permisceri, associetur aqua mellis. uitent autem potum super repletionem, Et potum omnem aquæ, Et fugiant aquam tanquam basiliscum, Et elegantius ei ieiunium repletione: Et abstinere super sitim Et famem est bonum primum, Et nocet quies ante Et post cibum, Et mandatum est secundum legem cibum Et potum certo pondere eis propinari. angustia, tristitia, dolor, Et sollicitudo laboriosa uiteur, eupatorium, Et ruta est eis cibus medicinalis.

Secundam rem complent quæ materiam complexionem, Et proprietate adaptant, ut eius facilis fiat expulsio, qualia sunt oxymeli scilliticum, aqua lactis bullita cum epithymo, Et sena, succus seminum maturorum ebulorum, resolutus cum pulpa cassiæ, Et proprie hydropi ex causa hepatis, Et syrupus eius, cuius hæc est confectio.

Recipe succi seminum ebulorum, seminū maturorum sambucorum ana libras quatuor, succi eupatorii, succi endiuivæ ana libras duas, pulpæ cassiæ, tamarindorum recentium ana uncias

uncias quatuor, sacchari libras quatuor, aromatizentur in sine sui cum hoc quod recipit galangæ, caryophyllorum, Zedoariæ, mastichis, croci ana drachm. quatuor. Dosis est duarum uel trium unciarum cum aqua mellis scillitici in matutinis, uel oxymelite de polypodio, aniso, Et agarico. Et est efficax medicamen, Et ponens materiā in necessitate expellendi, Et similia.

Tertian rem complent euacuationes decentes habentēs prerogatiuā proprietatis maioris, educendo hanc materiam: quarum fama, Et memoria rememoratur. Clysteria leuia, Et acuta suppositoria, Et emplastra supra umbilicum, Et balnea laudabilia salita, Et sulphurea, Et cauteria, prouocatio hæc morrhoidum. euident omne genus flebotomiæ. Et fortè in fine, purgato corpore, Et posito in uia salutis aperitur saluarella. Cauterium non appropinquatur speciei tympanitis, nec ascitis penitus. nam illud est mortale. Quando tu iam medicatus hanc speciem hydropis tympanitis cum medicinis rememoratis, Et rememorandis, Et non consequeris curationis effectum, tunc considera si infirmum consequuta est debilitas, aut est cum eo infirmitas aliqua, præter hydropem, aut si sit cum eo tussis, aut uentris solutio; aut similia illis: tunc caue, ne mediceris ei cum ferro, quoniam illud est timor. Si autem est in uia salutis, aperiatur saluarella. Et si caeret omni agritudine præterquam sola hydrope, si autem non est puer neque senex, tunc modus cauterij est dilectus, Et elongari cum sectione ab umbilico si hydrops fuerit ex parte intestinorum quantitate trium digitorum ad inferiora in directo eius super pectinem. si propter agritudinem hepatis, sit sectio tua sinistra ab umbilico trium digitorum, si propter agritudinē splenis, sit sectio in latere dextro

eadem quantitate. nec iaceat super locum sectionis infirmus, ne currat humiditas plurima ad locū debile. & perfora cutem, & euacua ex aqua in hora quantitatē mediam: quoniam si maiorem partem euacuare, in hora fortasse moreretur infirmus propter resolutionem sui spiritus animalis, aut accidit syncopeis uicina morti. uerumtamen euacua ex aqua secundum quod significabit tibi dispositio infirmi ex uirtute pulsus eius, & ex bonitate fortitudinis corporis. tunc extrabe instrumentum, & retine aquam: & itera cum instrumento die altera, si uides infirmum tolerantem, extrabe quantitatem paruum: & fac diebus aliquot. tamen propter timorem, si times super infirmum, ut dimittas ex aqua quantitatem magnam, cura ipsum cum sepultura in arena calida, & sudore multo in balneo, & sole, & spectet super sitim, & cura ipsum cum medicinis exiccatiuis donec sanetur: & cauteriza si expedit super stomachum, hepar, & splenem, non curatiuē, sed adustiue.

Quartam rem complent stomachi & hepatis uirtutum reſtificatione digestiuarum, & retentiuarum: & mundificatio uenarum guedegui, ut seruiant hepatis, & hepar attrahat ab eis, & assimilet. Nec praetermittas confortare cor, & spiritalia, ut repellant nociuum nutritiuorum materiae, & respicias matricem secundum omnem uiam sui adiutorij, & uiam uiuificationis & reſtificationis stomachi, & hepatis, sicut scire te fecimus. confortamus stomachum cum mastiche secundum omnem modum administrationis eius: & est medicamen dilectū stomacho cum oleo mastichino, superaspurgendo puluerem mastichis, & myrrhae: & alijs. secundum quod diuersae sunt uentris naturae, sic diuersa sint genera medicaminum dilecta, super quibus euigilantiſſimē tua euigilet solertia.

Medicamen

Medicamen commune quod hunc morbum destruit, alteri simili uires addit. & fortasse quaedam uirtus continuo curat, & in diuersis naturis laetificare hepar facit. clarificare sanguinem est potentissimum, in cura huius aegritudinis. subtile & maxime odoriferum uinum bibere est ex maxime facientibus hilaritatem cordis, & hepatis: & mundificat sanguinem à cholera, & fortasse facit sanguinem furiosum, & cholericum, & facit etiam mineram spirituuum, reddit irradiosum cor ut inſuat, & irradiet calorem per membra, est pabulum complexionis qua uita consistit, & corrigitur pane assato posito in eo, cuius poros uaporosum ingreditur. Vinum autem subtile & auara manu bibitum confortat uirtutem animalem & spiritualem, & illuminat potentias sensitiuas, & omnia instrumenta animae & cordis. Qui primus uinum de uitibus molitus fuit educere, inter sapientissimos est computandus. Nam sicut lupinorum amaritudo aqua iniecta tollitur, sic animae nostrae asperitas uino ebibito in dulcedine est mutata, & facit contrarium eius plus. & est ualde dilectum in malitia guedegui.

Quintam rem complent sitis tolerantia, non quia frigida ualde aqua lactis caprarum est dilecta in hoc. & quae cunque in proprietate, & natura spiritali respiciunt, & repellunt accidentia, & mitigantia dolorem hepatis, & splenis, & uentris accidentia, cum emplastris & clysteribus, & fortasse cum balneis ualde stipticis, & consumptiuus corpore mundificato.

Dixit Dioscorides, balneum de seminibus, & folijs iuniperi est efficax. Theriaca magna cum uino decoctionis betonicae est medicamen benedictū in fine rei, & post exitum balnei intestina & hepar calida omnium mitigant dolores illorum.

hepatis & uentris, & hydropis. Oleum de chamæmelo coctum cum cymino, & ruta chlysterizatum mitigat omnes dolores uentris ex uentositate, & crasso flegmate creatos. Succus plantaginis est medicina magna, & efficacissima hydropicorum, sedat in eis magnum fluxum, & remouet febres, extinguit apostemata intestinorum, attenuat uentrem, sitim mendosan delinit: & confert hydropi à causa hepatis propria natura, et alijs speciebus hydropis, nam & à proprietate nobili habet spirare bonum aerem, & est ex maximè iuuantibus in cura huius ægritudinis.

Medicamen Orzelei magnum contra hydropem, & respicit spiritalia.

Recipe iridis, succi marubij, aristolochiæ rotundæ & longæ, laccæ pondus æquale, conficiantur cum aqua decoctionis iridis & melle: & detur cum aqua decoctionis gentianæ.

Inquit Galenus. Electarium iridis est multarum utilitatū, & est efficax, & mirabile supra hydropem, & debilitatem hepatis, prouocat urinā, & laxat intestina humores diuertēs.

Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, scœnanthi, marubij, ana drachmas tres, ligni aloes, spicæ ana drachmas quatuor, turbit drachmas quinque, zinziberis drachm. unam, agarici drachmas octo, fennæ drachmas duas, iridis drachm. tres, conficiantur cum melle bono, & dentur secundum uirtutem cum aqua calida decoctionis spartanæ, & satiregiæ.

Agretius. Electarium contra hydropem, & frigiditatem hepatis, & est efficax citrino colori, & rectificat digestionem hepatis, & stomachi.

Recipe agarici, radicum lilij cælestis, laccæ, aristolochiæ longæ, & rotundæ, succi stœchados, succi marubij, libani, succi chamedryos, chamæpi. cinnamomi ana drachmas duas, folij

folij caryophyllorum ana drachmas quatuor, rhabarbari, ani si ana drachm. quinque, ligni aloes ad pondus omnium. Dosis est drachmarum trium, sanat si Deus uoluerit,

Syrupus ex inuentione nostra adæquans materiam, & ponens eam in necessitate ad expulsionem facilem, & respicit hepar, & stomachum, & spiritalia, & est efficax in omni materia.

Recipe scolopendrij, capillorum ueneris, asparagi, rusci, apij, uel hasce, hyssopi, epithymi, radices cucumeris asinini, eupatorij, iuæ, marubij, asari, stœchados ana unc. duas, tamericis, capparum, gummi hederæ, scœnanthi, ellebori nigri, radicium ebulorum, gentianæ, dictami ana drachmas quatuor, anisi, polypodij, agarici, aromatici, mastich, galangæ, sagapeni, mezereon ana drachmas duas, uiolarum, rosarum, seminiū communium, endiuicæ, portulacæ, coriandri, florum boraginis, seminis absynthij, lapathij, sumiterræ ana drachm. duas, aceti drachmas quinque, mellis quod sufficit. Dosis drachmarum duarum, cum aqua iuæ, in matutinis, est uirtuosus, si Deus uoluerit.

Dioscorides dixit, magnetis drachmas duas cum mulsâ propinatum attenuat uentrem hydropicum: & educit humiditates mucaginosas, & ponit concordiam membrorum dilectam, gummi hederæ cum mulsâ datum remouet oppilationes, sedat dolores, & maximè offert iuuamentum hydropi, si Deus uoluerit. Cōtinua super umbilico butyri unctio fortis est medicina benedicta, laxans uentrem sine turbatione naturæ, & maximè si iungatur cum eo aliquid colocynthidos rapit proprium humorem.

Clystere efficax educens materiam globosam.

Recipe radicum cucumeris asinini, ebulorū ana drach. ij. uiolarum

uiolarum, lupulorum, rutæ, foetidae, cętaurij minoris ana manipul.  $\beta$ . butyri uncias tres, aceti unciam unam, salis uncias duas, mellis uncias duas, olei uiolarum uncias tres, præcedant hæc leuiora. Succus uerbene bibitus cum aqua lactis caprarum, est ultimum medicamen in prouocando urinam, & sedat tortuositatem uentris dextri.

Ceratum attenuans uentrem crassum & tumefactum.

Recipe salis gemmæ, sulphuris uiui, butyri ana drachm. duas, ceræ, terebinthinæ ana unciam unam, rutæ, absynthij, cineris quercus, myrrhæ, mastichis, libani ana unciam  $\beta$ . urinae uaccinæ, olei communis ana drachmas quatuor, est utile, si Deus uoluerit.

Pilulæ maiores de mezereon purgantes omnes hydropicos, educunt flegma crassum, choleram hanc & illam, & euacuant aquam citrinam, & corrigunt accidentia, expugnant effectiuam causam, omnino extirpant, iuuant membra mandantia iuuamento magno, quarum usus restituit sanitati, si Deus uoluerit.

Confectio. Recipe myrobalanorum in genere, absynthij, agarici electi ana drachmas tres, rhabarbari drachmas duas, spicæ nardi drachmam unam, mezereon triduo in aceto correcti drach. octo, sagapeni opopanax, mastichis, lacce ana drachmam unam, myrrhæ electæ, sanguinis draconis ana drachm.  $\beta$ . aloes bonæ, hepaticæ ad pondus omnium, quædã gummi dissoluantur cum uino, & informentur pilulæ. Dosis est pilul. duodecim in matutinis magnis.

Syrupus magnæ prærogatiuæ proprietate & completionem contra hydropem, & confert paralyti, si Deus uoluerit.

Recipe seminis rutæ domesticæ, origani, hyssopi, epithymi, macis, pentaphylli, zedoariæ, herbi, acori, foliorum salicis,

cum, herbæ paralytica manipulum unum, chelidonij, myrrhæ, thymi, fumiterræ, eupatorij, lapathij, cichorij, portulacæ, coriandri, gętianæ, altiliæ, eufragiæ, dictami, radicis ebulorum, cucumeris agrestis, brionie, ellebori nigri ana unciam unam, buglosi, uerbene, arnabuglosi ana manipul.  $\beta$ . seminum apij, seminum communium, sambucorum, tamaricis, mezereon, ebulorum omnium ana drachm.  $\beta$ . macis, myrrhæ, magnetis, sagapeni, ammoniaci, lacce, spicæ, gummi hederæ, caryophyllorum, galangæ ana drachmas quatuor, tamaricis lib.  $\beta$ . aceti uncias quatuor, sacchari libras quatuor. Dosis est unciarum duarum in matutinis cum aqua eupatorij, & mastich. educit humores diuersos: uiscosos, & compositos, & est sicut bezoar huius ægritudinis, & aliarum, ut eius compositio ostendit.

Balneum laudabile.

Recipe aquæ currentis, olei oliuarum æquo pondere, arenæ, gipsi, salis ana libr.  $\beta$ . sulphuris libr.  $\beta$ . baccarum lauri, uiolarum, rosarum, florum rorismarini ana libr.  $\beta$ . magis consumat quim dissoluat, dissoluit & resoluit uentositatem, supercalescacionem refrigerat, infrigidatas calefacit, rarefacit flegma mibibitum in neruis, confortat substantiam eorum, hydropicos omnino extenuat, consideretur uirtus morbi, & est utilis ieiuno stomacho.

### De doloribus uentris, & intestinorum.



VRA huius ægritudinis in duas partes sufficenter diuisa est.

Prima est sollicitudo festina circa accidentia.

Secunda res est mundificare materiam, si humoralis

moralis est cū adæquatione si possibile fuerit, quia fugat do-  
lorem & causam, & ecōtrā maxime cūm humoralis est, illico  
facienda sunt genera medicaminum, cūm tarditatem non reci-  
pian longam. Regimen credo non scripsimus iam, & for-  
tasse aliquid medicinale recipiunt. Regimen erit subtile, &  
facilius permutabile absque uentositate, imō mordicans, &  
mouens uentositatem oppilantem crasso flegmate natam inci-  
dens, & scordeon est de elegantiori, & incolumiori medica-  
mine medicaminum in alijs laboratoribus, & alijs comple-  
xione crassis.

Primam rem consummant balnea, appositiones uentofarū  
super loco doloris, & clysteria acuta secundum partem ca-  
thartici laxās cōplexione et proprietate humores flegmaticos  
ut agaricus cū zinzibere associatus, est medicamē sublime, &  
efficax, theriaca magna cum optimo uino est satis dilecta.

Inquit Hippocrates, bacca lauri puluerizata cum æquo ani-  
so est medicamen remouens omnem colicam, & alibi scripsit,  
& laudauit flores nucum caducos contra colicam, & omnes  
dolores interiorum uentriculorū propinari cum uino calido  
parum misto in colica: aut cum aqua calida simpliciter.

Clystere educens flegma crudum, & crassum, expellens  
uentositatem extendentem intestinum, & sanat si Deo pla-  
cuerit.

Recipe rutæ manipulum unum, scordei uncias duas, cymi-  
ni, anisi ana unciam unam, baccarum lauri drachm. β. assæ fœ-  
tidæ drachmas duas, mellis, salis indi ana unciam unam, bulli-  
ant in oleo oliuarum, & paretur clystere. Et uomitus non est  
res extrinseca à cura huius ægritudinis cum aqua rasani, &  
raparum semine, & est medicamen quod colicis occurrit. Bal-  
neum autem si non times naufragium uirtutis præcedit clyste-  
re, po

re, ponatur in balneo scordeon, anisum, bacca lauri, chama-  
melum, spica cardi, & quæ hoc procedunt cursu

Confectio mirabilis contra colicam, & abscondit mate-  
riam, & remouet aciditiam, si Deus sublimis uoluerit.

Recipe anisi, cymini, zinziberis, fœniculi, galangæ, scor-  
dei, asparagi ana drachmas duas, assæ fœtidæ drach. unam,  
pyrethri ultramarini drachmas duas, aristolochiæ rotundæ  
drachmas tres, dielami drachmam unam, myrrhæ, mastich. li-  
bani, sanguinis draconis ana drach. β. opij Thebaici granum  
unum, balsani drach. β. agarici drachmas duas, mezereon dra-  
chmas sex, ellebori nigri drachm. duas, turbit drachmas qua-  
tuor, dacrydij dissoluti cum mastiche, & repressi in pomo  
drach. tribus, aloes bonæ unciarum duarum β. sacchari suffi-  
cienter. Dosis à drachma una usque ad tres, unctio sæpius re-  
petita butyri associati cū colocynthide super umbilico, soluit  
uentrem, & remouet colicam, si Deo placuerit.

Clystere benedictum pro nobilibus complexione, cum sua-  
uitate educens flegma, & melancholicum humorem: remouet  
omnem uentositatem, & sanat colicam, si Deo placet.

Recipe anisi, croci, polypodij triti ana uncias duas,  
bulliant cum aquæ lactis caprarum libris quinque: & dis-  
solue hieræ picræ unciam unam, mellis uncias duas, salis un-  
ciam unam, olei uiolati uncias duas, fac unum post aliud,  
quoniam non est res turbans naturam. Exulet à cura huius  
omnis flebotomia, & omne frigidum narcoticum assumptum,  
sit regimen confortans, & dilatans animam, ne tabescat uir-  
tus in extremis propter caloris reuocationem, & accessum  
ad locum doloris.

Galenus dixit. Aqua chamæmeli calida bibita remo-  
uet omnes dolores stomachi fortes, intestinorum, & renum.

Galenus.

Galenus. Aqua calida cum aloe sanat omnes lāguores cor= poris, si Deus uoluerit.

Spongia marina magna summersa in uinum bullitum cum chamemelo, & lauro, calida quantum sufferrī potest, ap= posita super locum doloris, magnificē auxiliatur. Summersa in aceto, & bullita cum sale, calida apposita, mirificē operatur. ebulliens diaforat, & egreditur usque ad profun= dum eius uirtus, annihilat, & expurgat quam inuenit ma= terian omnino.

Pilule efficacissimæ contra omnia genera dolorum frigi= dorum, siue sit materia in uijs expulsionis propriæ, siue in meseraicis, aut in protelatione uenarum membrorum, & à neruis, & à iuncturis attrahit, & sanat languores eorum, si Deus uoluerit, educunt slegma & choleram utranque, & sunt bonæ contra podagram, & huiusmodi ægri tudines con= comitantes hanc.

Recipe colocynthidos electæ, ladani boni, ana drach. sex, aristolochia, rotundæ, agarici electi ana drachm. s. duos, suc= ci rosarum unc. ß. dacrydij, mastichis ana drachm. s. qua= tuor, dacrydium, & mastix redigantur in corpus unum. co= la, & lana cum oleo rosaceo in corpus unum. conficiantur pi= lula magnæ cum una silla uini Pontici. Dosis quando itur dormitum contra ægri tudines quarū mater est humor compo= situs, & infiguratus cum diuturnitate in altissimis membris, & iuncturis, & catenationibus, pondus drachm. trium usque ad quatuor, incolumior usus est habētibus podagrā artireti= cam, & cerebri ægri tudines, duarū, uel trium pilularū con= tinuatio de tertio in tertiu quando itur dormitum, & post ci= bum: & cum dolosa colica colaphizat non est hora distin= da, sed cum necessitas clamat, pollut inter alias preroga= tiua

tiua proprietatis nobilis, & complexionē earum aspectus. & damnum est ad ægri tudines simplices, & compositas diu= turnas, & sepultas in mineris occultis membrorum frigido= rum: facit contra pessimas matricis ægri tudines, & uulne= ra corporum fraudulenta.

## De Fluxu Ventris.



**N** tertia nostra intentione reprehensibiliter implicita est cuiuslibet fluxus curæ per electæ rium nati, nam hunc spontaneum natura inui= tat: imò cum uim patitur, sine lege humore fraudulentente pungente, & mordicante, humoreque fortassis egrediente nequissimè, & excoriantē sanguinosa intestina hunc dicimus qui si quidem in hepaticos fueret canales, uulne= rans faceret emanare humores sanguini mistos, murmurat anima, & tristatur natura, cum uidet se uolenter depræ= dari. est huiusmodi materiæ actio furiosa uelut gladius in ma= nu sanguine inebriati furiosi. terens naturam extinguit spiri= tus ardore continua euacuatione.

Cura huius ægri tudinis sunt tres res. Intentio prima præ= cipua omniū intentionum sit circa regimen ordinandū lauda= bile, hilaritate circumspēcta secundum omnem administra= tionem sex rerum quas scis, dilatans animam, confortans cor, & omnes partes membrorum, & uirtutes, ut for= tiores existant.

Secunda res est sollicitudo perspicacissima, ut repellant hanc lacryosam, & fallacem materiam, causa fluxus in præ= cedente adæquatione, & blandimento huius materiæ.

Tertia res uentrem stringit, membris auaritiam præstat

retentiuam, reuocat arterias, & ponit materiam ut restau-  
rentur prædicta, claudit ostia aperta uenarum minerarum,  
offuscât turpitudinem naturæ, latificans eam.

Quarta corrigit accidentia.

Quinta rectificat membra mandantia.

Sexta sedat fluctuationem, & agitationem in corpore eo-  
rum, ponit silentium membris, & prodest naturæ animæ: &  
est præcipua & ultima hæc intentio in sedando omnî fluxum.

Primum complet diminutio ciborum, & maxime difficile  
permutabilem, absque uentositate, & mordicatione probi-  
bendo usum calidorum actu, & frigidorum ultra secundum  
gradum narticorum, maxime in principio: est sepelire mor-  
tem sub umbra membrorum fallacem, est cura sophistica, &  
mendosa, proprie in multa materia, non abscissa, simul pri-  
uat, & accelerat mortem, & non in ulla necessitate uti mul-  
tum potest naturaliter, si ueris necessitate te cogente narco-  
tico, magnam tibi cautelam adhibeas, cum timore maturando  
ea, corrigendo complexionem suam incompletam, est elegan-  
tius, & tutius uti eis in emplastris quam in potione, & epe-  
rantur cibi affectus præbentes sedationem secundum som-  
num. Somnus quidem cum quiete, quies dulcis cum suauitate  
animæ, & delectatione naturæ, est cura prima huius agritu-  
dinis. Sensitiuorum quidam medicorum cibant hos, & illos ci-  
bo grauissimo, & penè impermutabili, ignorantes quoniam  
hæc sanis indigestionem faciunt, & indigestio mater est uen-  
tris fluxus, & morbus diuersæ naturæ, nec proportionatur  
agenti hoc obiectum. Certè magni folles super paruum ignem  
non liquefaciunt massam ferream, excedentem uirtutem  
ignis, neque parati sunt ad fundendam. Violentam quidem  
ignis liquefaciendo consumit si passim nihil resisterit, aut  
multum.

multum. Digestio nanque completur, & si minus aut plus  
similiter agentis & obiecti secundum legem non excedit uir-  
tus modum uirtutis contrarij, nec e contra faciunt & diuer-  
tunt materiam ab actione fluxus. imò obliiti huius propter  
quod insufficiens esset hoc, si naturæ motus hic esset. Scri-  
ptum est ea in uita. quid enim idem in eodem subiecto inuicem  
obuiauerunt sicut agens & patiens omnino distincta in situ.  
absurdum est posse aliquem morbum curari absque opere na-  
turæ. Quapropter utamur amicitia naturæ, regimine pleno  
delectatione. cibus est ei dilectus stipticus & odoriferus. fa-  
cimus hoc cum societate aliarum rerum habentium hoc inna-  
tum, & sedamus putredinem, acumen, & audaciam humo-  
rum, natura egrediente sua adustione, & furia dolosa. &  
complent hoc. uident calida, frigida, cruda, & impermixta  
uino potenter stiptico, & odorifero, & continuo pane assa-  
to ei associato, mistique aqua mastichis, cibo & potu, quia  
fluctuationem & motum naturæ agentis prohibere non pos-  
sumus propter casum uirtutis, & defectum caloris influen-  
tis illico operatur abstinentia. securius prolongare, quam pe-  
riculum fortasse irreuocabile incurrere. Et scriptum est,  
minus malum esse repletionem quam inanitionem magnam in-  
currere morbos. mastix secundum omnem modum administra-  
tionis est utile medicamen. fructus buccæ in cibo & potu pro-  
pinare optime cum salute potest. Nullum eorum regimen ab  
hac specie sumac expoliandum, adulteretur ex eo cibus &  
potus & medicamina. aqua pluuialis est melior omnibus  
aquis, & coëta est magis obediens, maxime aliquo stiptico,  
& odorifero associata, & regimen consolidauium, & fa-  
ciens adherentiam, & unionem partium, & membrorum est  
elegantius, & magis respondet post abscissionem huius ma-

teriae scissurae h ulceratiuae, & excoariatiuae. fit hoc principium adaequare & blandiri, ut facilius ei committatur ad expellendum ne oriatur error maior. non praesumetur absque aliquali blandimento expellere hunc humorem latronem, ci- ba eos delitiose. Utantur astantes cum eo sermonibus rerum delectabilibus, cantationibus, melodijs dulcissimis, ut obliuiscantur assella, delectatio, & societas securior existit. somnum quemcunque ei non prohibeas, carnes assae maioris nutrimenti, & confortationis existunt, Vitelli ouorum molles in aceto misti, & decocti conferunt ex parte naturae. Virtus aceti inanitem replet, & repletum inanitem: & iam nota est ab experimentatore magno: non prolongetur ab eis locus assellationis, motus enim fluxum augmentat: & est salutiferum nihil moueri: adhibe eis omnem delectationem quam noueris eos delectasse, si inhonestum promitte, & ea spe nutriatur.

Secundam rem complet adaequatio quaedam cum blandimento: & festina ante ullum defectum naturae male materiae expulsionem quod omnipotentis, & summi Dei facimus adiutorio, cum medicus habeat complexionem innatam artificio acquisitam à Deo mutuatam, sunt haec medicamina gloriosa. Myrobalanorum genera conditorum & associatorum rhabarbaro.

Recipe assum psyllium conuassatum, rhabarbaricum, castia cum rhabarbaro asso associata blanditur hunc latronem apprensens associare & rapiens ipsum, simul cum hoc & expellens, sedans per hanc uiam accidentia dolorum. Myrobalanorum medicamen secundum legem magnificum educit materiam hanc, relinquens uestigia constipationis in membris post expulsionem dolosi latronis. rhabarbaro magis inest proprietas, & natura sedare, & omnem fluxum sanguinis per quamlibet

libet partem proprie sputi auferre dolorem pungituum: & habet hoc credo denotatione caelesti. ut sit medicina dyssenteriae, est eius prouocatio cum succo plantaginis modico. & petito modo non assum cum castia protendit natura adhuc forti, praecedit assum hoc. Psyllium frixum & conuassatum cum oleo est medicina omnium uentris fluxuum cum tenefino more periclitantium symptomate non naturali. Clystere hordeaceum cum oleo rosaceo, & melle est magni iuuamenti circa principium, blandiens abstergit uiscera à malitia h ulcerante ea, & confortat: & relinquit aliquale constipationis uestigium: sed tua interest bene scire quando clystere est necessarium positione & complexione: & quando utrunque cognoscas, si inferioribus, medijs, aut superioribus intestinis est excoariatio, ubi maior, & ubi situs fraudulenta materiae: & scitur hoc per differentias situs dolorum, & puncturae, & incensionis: & per differentias scientiae processus praecedentes sanguinem, uel sequentes, uel miste simul egredientes, & per alia omnia quae sapientes scripserunt signa, & excoariationis uerae tradiderunt qualiter superiori & inferiori conuenit & te quidem oportet scire illud: aut si extenuetur è uestigio medico derelicto: nulla accidere cura tunc est cum his quae proprietate & complexione uirtutem materiae frangunt & expellunt à corpore.

Post illud autem quae uirtutem incarnandi, & consolidandi habent innatam, & acquisitam artificio, sociali electione, & paucitate eorum quietis, gaudio, aere temperato deliciofo, & omni tali regimine: & scito quod balneum est ex eis quae magis ledunt post pharmaciam, faciens mala multa, nisi forte dum quis immoderate subijcitur, tunc enim balnea esse necessaria dicimus dilatantia, & aperientia, post illud stipti-



ca, si à materia excoriantē cura est ad equatio illius, & blandiri ei post illud, ut facilius expellatur. Clystere tunc magis rectificans est, cum in intestinis inferioribus est excoriantio. Potio myrobalanica cum superioribus utraque in medijs, & uomitus facit ad omne genus fluxus, cum praeuisione tamen spiritualium, diuertit materiam quae in praedictum ipsorum erat, necnon balnea & uentosās necessarias dicimus, maxime ad sedationem doloris. Aloe autem, nisi quia ei inest ut aperiat orificia uenarū, est medicamen nobile praeseruians à putrefactione, remouens dolores, educens secundum exigentiam educendi haec. quod si associetur lotae tertia pars sanguinis draconis, quarta gummi quercini, & fiant pilulae cum succo plantaginis, erit inde capax ad quamlibet rem huius curae, administrentur hic primitus educentia.

Cum autem noueris materiam abscissam per cessationem doloris, & gurgulationis, & aduentus quietis, utaris tantum sigillatius, & unientibus partes membrorum, & consolidantibus ea ad inuicem. Confice hoc electarium, propina cum adiutorio unniensi & excelsi Creatoris: satisfacet tibi in educendo materias causantes fluxus, si Deo placuerit.

Recipe myrobalanorum citrinorum assatorum, & non infusorum drachmas octo, psyllij conuassati cum oleo rosaceo drachmas tres, pulpae castae drachmas quatuor, rhabarbari drachmas duas, rhabarbari mediocriter assati unc. β. mastich. drach. duas, spodij, santali ana drachmae unius β. fiat electarium cum succo plantaginis, & cinnamomo. dosis à drachmis duabus usque ad tres cum aqua pluuiali cocta, post illud propina hoc.

Recipe sumac drachmas duas, sanguinis draconis unc. β. mumiae, seminis plantaginis ana drachmam unam, acatiae, hypocysti,

pocysti. balaustrorum ana drachmas sex, gummi quercini drachmas tres, spodij, antherae ana drachm. quatuor, boli, anisi, hyosciami, croci, opij Thebanici, styracis ana drachm. β. moschi grana tria. fac trochiscos drachmae unius, dosis, unus cum aqua rosata. haec adhibenda sunt secundum magis & minus, & fluxuum genera diuersorum, ad dysenteriam periculosam, & omnem fluxum quorum causa est materia scissua, & duradiarrhae autem & indigestioni, & huiusmodi fluxibus hoc fluxu procedentibus, sufficiat confortatio naturae & sigillatio membrorum. Plantago ut inter omnes habetur, complexione, & proprietate circa dysenteriam pollet, sanat apostemata, est mors cholerae rubrae, & manifestum iuuamentum, intestinis confert, confortat ea super omne medicamen, secundum omnem modum exhibe, in syrupo, electarijs crassis, & cibis, si possibile tibi fuerit.

Tertiam rem consummant stiptica medicamina, & quaecumque proprietate uentrem stringunt, & uirtutem habent incarnandi, & consolidandi: conferunt membris prostratis & deperditis refugium, & nouam restituum uitam uirtuti membrorum, orificia uenarum claudunt, mineras membrorum reparant: & daeis in salsamentis praestantibus berberis, succum menthae, sumac, fructus myrti, non uides quod coria in spissantur & fortificantur, & per appositionem gallarum & stintorum, quanto magis in quibus natura operatur uiuentium consilunt. & ne praetermittas quin cadat in cibo & potu aliquid mastichis. Hypericon est medicamen simplex habens caelesti uirtute cohibere fluxum: & ita quod lotis pedibus in sero sedatur fluxus. Agrimonia in cibis confert iuuamentum magnum. Dysenteriae consolidatae species omnes dilectae, & maxime munia, & exhibitio minima consolidata cum drachmae unius

quarta, radicis mandragoræ subtilis farina, & uitelli ouorum ad inuicem commistorum sic propinata ieiuno, super linittum medicamen confectum modicum theriacæ compefcit si Deo placet omnem fluxionem.

Theriaca cum uino, mista aqua fluuiali decoctionis mandragoræ de sero in hora dormiendi propinata, est uerax, & satis experta in sedando fluxum, & quicquid stipticum in cibum consuescere poteris, prosperum inuenies. Succus plantaginis cum aqua parte succi myrti & consolidæ trium canthariorum rubi, & quatuor acetii bulliti ad cōsumptionem dimidiæ partis, post illud cum melle, ad mellis spissitudinem, adde in fine mastichis, balaustiorum, sumac, hypocyrtidos, acatiæ ana drach. quatuor, opij grana duo, citri. tr. unū, mandragoræ drachm. ꝑ. gummi quercini. Arabici, uernicis, antheræ ana drachmas tres, moschi grana tria, fiant trochisci drachmæ unius: & da cum uino stiptico de sero, & mane.

Sunt enim si Deo placet efficacissimi sufficientes in sedando fluxum & accidentia. Ventosæ magnæ sæpe repetitæ in concauitatibus manuum & pedum, conferunt ad hoc.

Vrtica Græca cum aqua pluuiali cocta mista cum farina hordei, & succo menthæ cataplasinata stringit uentrem, & cum balneis si uideris expedire, habentibus uirtutem incarnandi & stringendi uentrem proprietate, & omni uirtute, quorum rememorationem dicemus.

Trochiscos expertos in omni fluxu dyssenterico scire te fecimus.

Quartam rem complent sedantia dolores, & omnē mendosam delectationem assellandi: ut balnea ad hoc utilia, emplastra ad hoc propria, appositiones uentosarum, regimen inde necessitatis.

Quintam

Quintam rem complent confortantia hepar, stomachum, & alia membra minerosa, & maximè propinqua uis propriae expulsionis euacuantis uentres: circa primam expulsionem fit attractio ab alijs longinquis, & longinquiorebus. & ipsa quidem membra in præiudicium ipsorum mitere coguntur per mineras apertas, propter attractionem euacuitatis humorum ipsorum natura fortasse minimè egredientium. Stipticæ, & odoriferæ medicinæ hoc complent, & quæ cum ipsorum membrorum naturis affinitatem habēt propinquam, & similem, & quæ ad oppositum eis uiam ponunt expellendi, & attrahendi.

Sextam rem complent somnus & quies. narcotica quantum mendosam uirtutem habeant in operatione eorum iuuant, & confectiones diuersæ quarum notitiam trademus in hoc canone.

Confectio pilularum filij Zachariæ cohibentium fluxum membrorum, & confortantium iuamento magno, si Deo placet.

Recipe anisi drachman unam, mastich. sumac, pilorum leporis, balaustiorum, sanguinis draconis, seminis cydoniorum ana drachmas duas. ligni aloes drachmas duas, leuistici, libani, mandragoræ, tercibinthinæ, rosarum ana drachman unam, confice cum succo arnoglossi. Dosis est pilularum quatuor.

Pilulæ constipantes naturam, & uentrem, maximè quando fluxus ex debilitate uirtutis retentiue est, confortant intestina, & membra interiora.

Recipe rosarum, pulueris granorum myrti, sumac. luti Armeni, æqualiter confice cum succo plantaginis: & da cum aqua decoctionis granatorum.

Medicina magna sedans fluxū uentris propriè, qui sequi=

tur causam frigiditatis membrorum, & iste modus quando accidit uix separatur.

Recipe cinnamomi, ligni aloes, caryophyllorum: anisi, caryi, chamedryos, aristolochie rotundae, asparagi ana unciam unam, cōficiantur cum succo altheae, & ligno aloes. Dosis drachma una.

Syrupus ex arte nostra, constipans naturam, confortans intestina, facit appetitum, sedat stim, & febres eorū, si Deo placet.

Recipe succi pulegij, succi menthae, succi malorum lunaticorum, succi consolidae, succi cydoniorum ana libris tres, depurentur, post illud in bullitione ponatur balaustiorū, sumac, berberis anisi, seminum cydoniorum ana drachma una, sacchari sufficienter, in fine aromatizetur cum cinnamomi drachmis tribus, moschi granis tribus, & caplur. drachm. β. ligni aloes ʒ. iij. dosis uncia una ieiuno de mane, in uesperis, & in media nocte, cum aqua pluuiali decoctionis hyperici.

Electarium de materia repercussiuā uerificat naturam, laetificat cor, & omnia membra, & est bezoar extenuatum fluxus dyssenterici, & quorum uita subiugata est morti defendit eos, si Deo placet.

Recipe pulpae cydoniorum, pulpae panis posite in aqua pluuiali, corticis citri ana unc. unius β. zaphyri, & hyacinthy, sardonis, granatorum, & faenograci ana drachmas duas, zedoariae drachmam unam, tragacanthae, mastichis, coralliorum rubrorum, berbii, ligni aloes, anisi, cinnamomi, limaturae eboris, calami aromatici, mastichis, sanguinis draconis, gummi quercus ana drachmas duas β. ambrae unciam β. auri cocti drachmas quatuor, argenti meri drachmas quinque, moschi grana quatuor, granorum myrti drachmas quinque,

quinque, confice cum saccharo, & aqua zedoariae. Dosis quantum sufficit cum uino ualde odorifero. potus est ille expertorum iuuamentorum quorum natura perforata est, propter inopiam humorum calidorum natura, si Deus uoluerit.

Filius Zachariae. Confectio constringens uentrem sedans omnem fluxum.

Recipe pilorum leporis, seminum urticae, seminum plantaginis, seminum rosarum, seminum balaustiorum, seminum perforatae ana drachmam unam, sanguinis draconis, mastichis ana drachmas quatuor, terebinthinae drachm. duas, confice cum succo plantaginis.

Dixit inain quod carnes pauonis comestae, stringunt uentrem, & inter alias carnes expertas morbis laudabiliores dyssentericis existunt.

Confectio trochiscorum ex inuentione nostra, & sunt ultimi inter ceteros, compellunt omnes rheumatizantes mineras uiscerum, extinguunt dolores fortes cholericos, confortantes animam facientes somnum, & stringunt omne genus fluxus, si Deo placet.

Recipe bdellij, sandarachae, coaguli, gallarum, sumac, rhubarbari, asari, fructus tamaricis, corticum granatorum, myrti, spicae, spodij ana drachmas tres, iusquiami, opij, croci, castorei, myrrhae, libani, mandragorae ana drachm. β. seminum rosarum, acaciae, hypocystidos, balaustiorum, sanguinis draconis, gallarum, citri, anisi, boli ana drachmam unam, gummi quercus, seminum cydoniorum, seminum pyrorum ana drachmae unius β. conficiantur cum syrupo.

Recipe mandragorae, drachm. tres, balaustiorum uncias duas, consolidae, zedoariae, plantaginis ana manipulum unum, aromatizetur cum cinnamomo & caryophyllis. drachma una, sit

fit trochiscorum dosiſ cum aqua roſata.

Balneum expertorum iuuamentorū in fluxu uentris, confortans naturam, ſedans accidentia mala.

Recipe foliorum pini, zedoariæ, balaustiſtorum, foliorum ficus, corticis quercus, ſorborum acerborum, myrrhæ, lapidum ignitorum, omnium poſitorum in aceto, poſt illud ſufficienter cum aqua pluuiali ſufficienti bulliant, ut balneetur ſecundum poſſe uirtutis die ac nocte. ſedat citò fluxum, ſi Deo placet. Et iam uerificatum eſt uentofas poſt balneum eſſe ſublime iuuamentum, proprie ſub umbilico hinc inde, & in medio affixas.

Filius Zachariæ. Fumigium conſtipatiuum.

Recipe acaciæ, balaustiſtorum ana uncias duas, corticum ſorborum. manipulum unum, foliorum pini manipulos tres, lapidum ignitorum in hoc aceto multum cum ſupradictis bullito extinctorum, cuius ebullitionis uapores per partem inferiorem recipiantur: & proprie ſuis aſſellationibus ualet optime, ingrediuntur in loca emanantia aperta.

Clyſtere ad fluxum uentris.

Accipe aquæ cisternæ libras quatuor, ſucci plantaginis uncias quinque, in qua bulliant li. r. & duæ liquefacturæ adipis hirci, rizi uncias duas, adipis anſerum, adipis pauonum ana uncias duas, corroborat, & confortat, & ſuper aſpergatur ſanguinis draconis, maſtichis ſubtiliter puluerizatorum ana drachmas octo, & ſit tepidum, ſaginoſum, ut uentrem ingrediatur. quòd ſi aſſiduatur, & repetatur ſæpe in die & nocte, eſt efficax, & probatum. & proprie ſubuenit hulcerationibus uiſcerum, & defendit ſubſtantiam uiſcerum, ne uiolentur, & ſeparat inter mortem & uitam, ſi Deo placebit.

Confortat uiſcera ualde laxa, adhærens eis in loco in quo educitur

educitur ſubſtantia inteſtinorum: quòd interdum ſtringitur acumen, & uitium ſciſſuræ materiæ fluxum facientis: quòd ſi fuerit ex mala complexionem inteſtinorum fluxus ſtatim ſedat, & remouet eum: ſi Deo placet.

Inquit Hippocrates, poſita ſitia magna in prora capitis ſæpe in fluxu uentris maxime cholericò: & ſecundum poſſe completum confortat ſtomachum, & hepar.

Emplaſtrum conſtringens uentrem.

Recipe ſucci menthæ, balaustiſtorum, albuminis ouorum, farinæ hordei, ſanguinis draconis, apij, ſecundum coniecturam tuam, terebinthinæ, boli Armeni, aceti, caphuræ, maſtichis, libani. picis liquidæ, pone talem confectionem frigidam ſuper totum uentrem: & maxime ſuper locum ubi exiſtimas primò moueri dolorem, & gurgulationem.

Dixit Hippocrates.

Recipe omni mane ieiuno ſtomacho maſtichis drachmas tres, cum aqua pluuiali confortat ſtomachum, & uiſcera & omnes partes membrorum ad inuicem, & ſigillant. & ſanguis draconis, eo modo acceptus, & eſt expertorum iuuamentorum, & maxime cum ſucco plantaginis.

Petri Apponi Medici clariffimi in li-  
brum Ioannis Meſuæ addi-  
tio feliciter finit.



